7.A.251

ARTIS
CHEMICAE
PRINCIPES, AVICENNA ATQVE GEBER, HOC Volumine Continentur.

ATENEA — VENEZIA — NETTO

QVORVM ALTER NVNQVAM *hactenus in lucem prodijt: alter verò vetustis exemplaribus collatus, atq; elegantioribus & pluribus figuris quàm antehac illustratus, doctrinæ huius professoribus, hac nostra editione tum iucundior, tum vtilior euasit*

Adiecto Indice rerum & verborum copiosissimo.

Cum gratia & priuilegio.

BASILEÆ,
PER PETRVM PERNAM
M. D. LXXII.

BIBLIOTECA ATENEO
VENETO

ILLVSTRISSIMO

DOMINO PETRO DE GRANTRYE, D. DE BESNE, Equiti, & Christianiss. Gallorum Regis à Consiliis: eiusdemque ad Rhetos legato: Minos Celsus Senensis S. D.

IN ALMA *Ciuitatum parente Roma, de seculis inquã prælapsis, Medicorũ scholæ insignem dedecoris notam acceperunt: namque multorum annorum spacio, quicunq; Medicinam facerent, vrbe miserè caruerunt. Iuris item prudentes multi, quorum volumina per Imp. Iustinianum abrogata sunt, pristinæ dignitatis, & gloriæ perpessi sunt detrimentum. Sed vtinam temporibus nostris, aliquando, quinimò fre-*

quentius eiusmodi in artibus instaura-
tiones respub. Regesq; præstare, quantò
in scientijs, vitæque probitate, rerumq;
intelligentia fieret accessio maior? Inte-
rim insolentes minimè desipiant, artiũ,
medicinæ, iurisq; prudentiæ lèuitatem
obiectantes nobis. Neque enim detrimẽ
ta disciplinis ipsis, verùm illarum profes
soribus euenerunt. Idq; nequaquam iniu
ria: vti siquidem præclara perpetuaque
sunt in artibus, & disciplinis fundamẽ-
ta: sic sæpenumerò fit, vt artifices ipsi,
doctoresq; non pauci, quæ ipsorum tan-
tùm est culpa, sint explodẽdi. Tanta est
ignauiæ, negligentiæ, auaritiæq; morta-
lium magnitudo. Non ab simili iamdu-
dum contumelia subtilissimam Alche-
miæ philosophiam laborasse scimus. At
non in artem culpa referenda, cum eius
veri authores apprimè sapientes extite-
rint, ipsique Reges eam studiosè tracta-
rint:

rint: ſed ipſi, ipſi inquam artifices, plurimi ſunt meritò condemnandi. Quænam etenim miſeria noſtra eſt, vt ad altiſſimas, & arcanas philoſophiæ partes, ignarum vulgus, heroica inter ingenia, ſordidumq;, cogitationē appellat? Hinc noſtri temporis Alchimiſtæ ludibrio ſunt, & impoſtores cùm dicuntur, tũ nõ pauci reperiuntur: vt vnà præſtantiſſima naturæ æmula nihili reputetur, ab ignaris tamẽ, nihiliq; iudicijs. Verùm tãti cauſa detrimenti ab authorum affluẽtia potiſſimùm eſt. Excreuit in immenſum claſſis doctorũ, cum germani duces in omni ſciẽtia, ſed in hac præcipuè, breuiſſimo numero contineantur. Multitudo verè peccandi cauſam præbet, vt Ariſt. habet: Non dijudicãt plurimi addiſcentes, nulloq; diſcrimine multi columtur ſcriptores, cùm tribus vel quatuor exceptis, reliqui nullo ferè loco ſint re-

putandi. Porrò in hac facultate Chimica quis adeò parum versatus inter philosophos est, qui Gebero antiquissimo, Principiq; Auicen. primas non tribuat? En igitur, Illustrissime Legate, iã nũc procedunt Alchemiæ Ductores ex celebri Perniana Typographia, quàm antea nunquã, ad artem docẽdam paratiores. Et quamuis Geber sapientum parẽs iam diu sit in vulgum editus, nusquam tamen, ac nunquam (quod sciam) antea tàm castigatus, & suis ad artem imaginibus fuit instructus. Verùm Arabum decus Auicenna nunc primum prælum expertus est: et exit à nobis studio Pernæ mirifico, nulli sapientum operi postponendus. Quarè non laudib. hosce magistros prosequemur: Phœbi lux enim laternæ suppetias ridet: neq; artem ipsam Chemiam celebrare cogitamus in præsentia: quippe quòd per se celebratissima

sit

ſit inter viros imprimis celeberrimos. Hoc ergo ſolùm calamum paraui, tuoq; ſplendori clariſſimos hoſce Doctores cõmendare volui, quò meam erga meum D. obſeruantiam teſtatam facerem. Nõ ea interim ſperauerim, quæ cuncti ferè ſibi recipiunt, qui Procerib. aliquid nuncupare decernũt, nempe vel arti ipſi ex hac nuncupatione dignitatem, vel inuidorum ſanitatem. Linguarum inſanarũ tanta fuit ſemper temeritas, vt neq; Monarchis ipſis, neq; ipſi Numini parcant. Blaterent igitur ignari, lacerent canes vtcunque, doctrinam non laniabunt, animosq; præſtantes minimùm lædẽt maieſtate ſua contentos. Hoc igitur fuit cõſilium meum, Illuſtriſſime D. vt audita ingenij tui ſublimitate, ſublimi te quadã lectione delectarem, atque hac ſimul facultate, quanto ſtudio tuam dignitatem proſequerer ſignificarẽ. Quarè muneris

tenuitatem animi mei ſtudio rependas quæſo, quamúe ſit magnanimi Herois humilium etiam rerum faſtidio non teneri, nũc libeat meminiſſe. Interim, Celſum Italum Typographi Pernæ amicũ, inter familiares tuos habere licet remotum, & hactenus ignotũ ne dedigniere. Siquidẽ ego contrà precibus à Deo contendam, vt apud Chriſtianiſs. Galliarũ Regem. D. meus Illuſtriſsimus in horas magis gratioſus euadat. Vale.

Baſilæa ex officina Perniana. Idib. Aug. M. D. LXXII.

LIBER

LIBER ABVALI A.
BINCINE DE ANIMA
in arte Alchimiæ

PROLOGVS.

DIXIT Abuali Abincine: Explanabo tibi fili mi, quot capitula continentur in unaquaq; dictione siue libro libri unius, qui dicitur de Anima: quia librū istum intellectione nominaui eum librum de Anima. Ideo quia anima altior est corpore, & non potest uideri oculis, sed mente, quia oculus tātūm rem accidentem uidet, & mens uidet proprietatem. Ideo altiora sunt ea quę uidentur mente, quàm ea quæ uidentur oculis. Et anima est quædam pars circuli gloriæ, & circulus animæ est altior omnibus circulis. Laus ergo sit Deo qui creauit animam. Laus sit ei, quia non est alius Deus in seculo. Laus dico sit, quia placabilis est, creans res & earum radices, & faciens causam de quo non est causa: quia ipse solus est fortis in magnitudine sui honoris: quia ipse videt, & scit omnia quæ sunt in cœlo & in terra: & dat homini spiritum discernendi, & reducendi res omnes ad primam materiam secundum naturam earum: quia ipse Deus,

& non eſt alius præter ipſum. placeat igitur ei: mittat ſpiritum intelligentiæ.

Scias fili mi, quòd elemẽta ſunt quatuor, & modi & proprietates ſunt quatuor: & elemẽta ſunt ignis, aer, aqua, terra: & modi ſunt calor, frigiditas, & ſiccitas, & humiditas. Ille eſt res in aqua non eſt calor, nec frigiditas: ſiccitas & humiditas & non eſt corpus. & ſic eſt proprietas, & elementa ſunt facta de yle, & non ſunt partes æquales, neq; proprietates: & vnumquodque elementorum reuertitur in naturá alterius eleměti, & omnia quę ſunt in mundo, ſunt facta de elementis, & vnumquodque illorum poteſt redigi in naturam alterius elementi, ſi homo trahat ipſum de vi ad factum. Verbi gratia: Ordeum eſt equus per vim, & equus eſt ordeum per vim, & homo eſt triticum per vim: Si tu intelligas reuerſionem elementorum vnius in alterum, intelliges totum magiſterium, & intelliges illud cum auxilio Dei.

Explicit Prologus.

INCIPIT TABV-
LA PORTAE
Elementorum.

1 De Farinis 1
2 De Gallina 3
3 Porta Elementorum 4
4 De rebus abſconditis in Elementis ibid.
5 De Aere 5
6 Quod aer eſt cibus ignis 6
7 De natura abſcondita aeris 7
8 De Aqua 8
9 De Melle ibid.
10 De Naturis abſconditis Aquæ 9
11 De conuerſione elementorum in alterum ibidem
12 Quòd quæ ſunt in mundo ſunt quatuor elementa 10
13 De diuerſitatibus element. ibid. & 11
14 Quomodo quatuor elementa ſe ſoluunt 12
15 De lacte & caſeo 14
16 Quòd omnia ſunt compoſita ex quatuor elementis ſecundum diuerſitates 15.22
17 De miſtura ignis & aquæ. 19

TABVLA X. DICTIONVM.

Dictio prima est, Alchimia an sit.
Secunda, quæstio, quid sit Alchimia.
Tertia, quomodo potest fieri Alchimia.
Quarta, cur est Alchimia.
Quinta, est de nominatione lapidum & eorum natura, & eorum quæ ingrediuntur in magisterijs.
Sexta, in operibus corporum & animarum, antequàm operetur de alexire.
Septima, in alexirijs.
Octaua, in fermento.
Nona, est de complectione magisterij & sponsalitij.
Decima, est in ponderibus, & in capitulis istius libri, & primi libri.

Dictio prima habet duodecim capitula.

1 *Capitulum primum est ratio uera super magisterium* 24
2 *Proœmium Auicennæ, in quo tractatur ratio, quæ non potest fieri, quando sit uerum magisterium* 43
3 *Tractabit de disputationibus cum Geber Abenhaen* 49
4 Tra-

TABVLA

4 *Tractabit de disputationibus cum Iahide ab Indi-*
no 51
5 *de Disputationibus cum Abimazar Alfarabij* 54
6 *de Disputationibus cum Maurieno* 60
7 *de Disputationibus cum Abubacremahomat a-*
binzachane Alraci 68
8 *Est de Disputationibus cum omnibus illis qui ne-*
gant magisterium 72
9 *Loquor si est lapis noster animalis* 79
10 *Si est lapis noster herbalis* 82
11 *Si est lapis noster propè naturalis* 84
12 *Qualis est lapis noster* 86

In secunda Dictione sunt sex capitula.

1 *Cap. est, rem subtilem facere altam* 92
2 *Est, rem leuem facere ponderatam* 93
3 *Est, de mutatione dolorum* 94
4 *Est, de mutatione elementorum* 95
5 *Est, de mutatione scilicet, durum facere molle* 99
6 *Est, de mutatione naturæ in cuprũ id est, æs to-*
tius rei *ibid.*

In tertia Dictione sunt quinque capitula.

1 *Cap. est, quomodo præparatur corpus* 101

quo-

2 Quomodo præparantur elementa ibid.
3 Quomodo præparantur ſpiritus 102
4 Quomodo præparatur alexir ibidem
5 Quomodo præparantur fermentum & ſponſa litium 193

In quarta Dictione ſunt tria capitula.

Cap. 1 Cur præparatur corpus 105
2 Cur præparatur ſpiritus 106
3 Cur præparatur lapis, & cur eſt alexir, id eſt ad quid eſt. 107

In quinta Dictione ſuut XXVIII. Capitula.

Cap. 1 De tribus generibus æris 113
2 De Plumbo 115
3 De Stanno 119
4 De Latone, uel auricalco 120
5 De Metallo 122
6 De Ferro 123
7 De Auro 125
8 De Argento 131
9 De Marcaſita 133
10 De Alcoſol ibid.
11 De Sale alcali 134
12 De

13	De *Sale nitro*	135
13	De *Sale gemma*	136
14	De *Sale commune*	*ibid*
15	De *Vitreolo*	138
16	De *Sulphure*	140
17	De *Auripigmento*	143
18	De *Armoniaco*	144
19	De *Auro uiuo*	146
20	De *Capillis*	151
21	De *Vrina*	152
22	De *Ouis*	153
23	De *Sanguine*	*ibid.*
24	De *Vitreo*	154
25	De *Panno lineo albo*	158
26	De *Stercore equino*	159
27	De *Aceto*	160
28	De *Attorenge.*	161

In sexta Dictione sunt XXXIII. Capitula.

Cap. 1	De *Ablutione cupri*	178
2	De *Calce cupri*	189
3	De *ablutione cupri*	207
4	De *indurationc*	223
5	De *Mollificando siue inceramento*	252
6	De *Sublimatione corporum*	329
7	*de solutionibus corporum, & etiam de solutio-*	

ne Auripigmenti 240
2 de Ablutione plumbi, & natura eius 245
9 de Calcibus plumbi 253
10 de Ablutione plumbi 256
11 de Duratione plumbi 262
12 de Inceramento plumbi 267
13 de Sublimando 270
14 de Solutione plumbi 277
15 de Stanno ut in eundem modum præparetur sicut & alia præparantur 279
16 de Latonis præparatione 303
17 de Præparatione ascenti, siue metalli 317
18 de Præparatione ferri 330
19 de Ablutione argenti & præparatione 338
20 de Ablutione Auri & præparatione 363
21 de Distilatione urinæ 367
22 de Solutione Salis armoniaci 369
23 de Sublimatione eiusdem Salis 370
24 de Sublimatione Auripigmenti 371
25 de Sublimatione Argenti 374
26 de Durificatione eiusdem auri et solutione 377
27 de Sublimatione omnium Salium 379
28 de Ablutione corporum 380
29 de Salibus 382
30 de Corporibus albificandis 386
31 de Præparatione alcofoli 388
32 de Electione omnium corporum 390
33 de Electione spirituum 393

In

X. DICTIONVM.

In septima Dictione sunt V. capitula.

Cap: 1 *Tractat de Præparatione sanguinis, & diuidere ipsum per quatuor elementa* 397

2 *De Præparatione ouorum, & diuidere per quatuor elementa* 407

3 *De Præparatione capillorum, & diuidere per quatuor elementa* 413

4 *De Præparatione alexiris de argento* 418

5 *De Præparatione alexiris de auro.* 434

In octaua Dictione sunt duo capitula.

Cap. 1 *Tractat de Præparatione fermenti lunæ* 439

2 *Tractat de Præparatione fermenti solis.* *ibid.*

In nona Dictione sunt III. Capitula.

Cap. 1 *Tractat de toto magisterio* 457

2 *De Sponsalitijs lunæ* 462

3 *De Sponsalitijs Solis.* *ibid.*

In X. Dictione sunt tria capitula.

Cap. 1 *De Ponderibus* 466

2 *De hoc quod locutus sum in lib. de Physica* 469

3 *De Summis eorum de quibus locutus est.* 476

Expliciunt Capitula Dictionum.

**

INDEX EORVM QVAE IN SINGVLIS Capitibus Libri de Inuestigatione perfectionis, continentur.

Cap. 1 Præfatio, in qua explicat cur hũc librum scripserit. fol. 473

2 De rebus corpora metallica perficientibus & corrumpentibus 474

3 De lapide philosophorum, quod unus tantum sit ad albũ & ad rubeũ, & ex quib. reb. extrahatur, deq; possibilitate perfectionis 476

4 De rebus præparationem iuuantibus & earum mundatione & inde 478

5 De præparatione spirituum in genere 479

6 De præparatione et melioratione corporum in genere 485

7 De præparatione Iouis 488

8 De præparatione Saturni 490

9 De præparatione Veneris 492

10 De præparatione Martis 492

11 De præparatione Solis ibid.

12 De præparatione Lunæ 493

13 De proprietatibus Elixiris maioris ibid.

14 Epilogus & conclusio operis. 495

Finis libri Inuestigationis.

INDEX.

INDEX EORVM quę in ſingulis duorũ librorũ Summæ perfectionis capitibus continentur.

Libro primo hæc continentur:

1 *Præfatio, de Modo tradendæ huius artis, & de idoneis diſcipulis* 497

2 *Diuiſio huius libri primi in quatuor partes* 499

In prima parte de impedimentis hæc continentur.

3 *Diuiſio impedimentorum* 500

4 *De impedimentis huius operis ex parte corporis artificis* 501

5 *De impedimentis ex parte animæ artificis* 502

6 *De impedimentis externis huius artis opus impedientibus* 503

7 *Epilogus huius primæ partis, qualem oporteat eſſe artificem* 504

In ſecũda parte de negãtibus artem hæc continentur.

8 *Diuiſio dicendorum generalis* 24

9 *Rationes uariæ, artẽ ſimpliciter negãtiũ. ib.*

10 *Occupatio, fieri nec poſſe, nec debere, qđ ars naturam in omnibus differentijs ꝓprietatẽ actionis imitetur, & quædam de principijs metallorum erudita* 513

11 *Confutatio rationũ artem ſimpliciter negantium* 515

12 *Diuerſæ opiniones eorum, qui artem eſſe ſupponunt* 522

13 *Rationes negantium artem in ſulphure ſuppoſitam* 524

14 Confutatio rationum præcedentium 525

15 Rationes negantium artem in Arsenico suppositam eorumq; confutatio 526

16 Rationes negantium artem suppositam in sulphure, argento uiuo, tutia, magnesia, marchasita, & sale armoniaco, earumq; cõfutatio ibid.

17 Rationes negantium artem suppositam in spiritibus, unà cum corporibus figendis, & eorum confutatio 528

18 Rationes negantium artem in corporibus suppositam, & primo in plũbo albo, id est, stanno, seu Ioue, & earum confutatio 529

19 Rationes negantium artem in plumbo nigro suppositam 531

20 Rationes negantium artem in mixtione durorum cum duris, & mollium cum mollibus corporibus suppositam 522

21 Rationes negantium artem in mixtione durorum cum mollibus, & perfectorum cum imperfectis suppositam 533

22 Rationes negantium artem in extractione animæ, uel ignis regimine suppositam 534

23 Rationes negantium artem in uitro & gemmis suppositam, & eorum confutatio ibid.

24 Rationes negantium artem in medijs mineralibus, uel uegetabi-

tabilibus uel quarumcunq; rerum commixtione ſuppoſitam 535

In tertia parte de principijs naturalibus, & eorum effectu hæc continentur.

25 De *principijs naturalibus corporum metallicorum, ſecundum opinionem antiquorum* 537

26 De *principijs naturalibus metallorum, ſecundum opinionem recentium & authoris* 538

27 Diuiſio *dicendorũ de tribus principijs, ſulphure ſcilicet, arſenico, & argento uiuo* 540

28 De *ſulphure* 541

29 De *arſenico* 543

30 De *argento uiuo, ſiue Mercurio* 544

31 De *effectibus principiorũ naturæ, quæ ſunt corpora metallica* 545

32 De *Sole, ſiue auro.* 546

33 De *Luna, ſiue argẽto* 547

34 De *Saturno, ſiue plumbo* 548

35 De *Ioue ſiue ſtanno* 549

36 De *Venere, ſiue ære* 550

37 De *Marte, ſiue ferro* 551

In Quarta parte de principijs artificialibus hæc cõtinentur.

38 Diuiſio *dicendorũ in hac parte, cum inſinuatione perfectionis in ſecundo libro tra-*

dendæ 553
39 De sublimatione, cur sit inuenta 555
40 Quid sit sublimatio, & de tribus gradibus ignis in ea obseruandis 557
41 De fecibus corporum metallicorum spiritibus in sublimatione addendis, & earũ quantitate 562
42 De moderando igne in sublimatione 562
43 De erroribus circa quantitatẽ fæcũ, & dispositionẽ fornacis, in sublimãdo sulphure & arsenico uitandis. Item de fornace construẽdo, & lignis eligendis 564
44 Ex qua materia, et qua forma uas aludel sit faciendum 569
45 De sublimatione Mercurij siue argentiuiui 572
46 De sublimatione marchasitæ 579
47 De uase, in quo marchasita rectè possit sublimari 576
48 De sublimatione magnesiæ & tutiæ, item corporum imperfectorum, & de additione materiæ subleuantis ea 581
49 De descensione, & modo purificandi per pastillos 582
50 De distillatione, & causis eius, ac de tribus eiusdem generibus, scilicet per alembicum, per descensorium, & per filtrum 585
51 De calcinatione tam corporum quàm spirituum cum causis & modis suis 592
52 De solutione 599
53 De coagulatione & eius causis, deq; diuersis modis coagulandi Mer-

INDEX.

Mercurij & medicinarum ſolutarum 603

54 De fixione & cauſis eius, deq; diuerſis modis figendi corpora & ſpiritus 610

55 De ceratione 613

LIBRO SECVNdo Summæ perfectionis continentur hæc:

56 Præfatio diuidens ſecundum librum in tres partes 617

In prima parte de cognitione rerum, ex qua perfectionis poſſibilitas & modus deprehendi poteſt, hæc continentur.

Cap. 1 Quòd cognitio perfectionis huius artis à cognitione naturæ ſpirituum et corporum dependeat, & quòd de utriſque copioſè uelit tradere 618

2 De natura ſulphuris & arſenici ibid.

3 De natura mercurij ſiue argenti uiui 621

4 De natura marchaſitæ, magneſiæ & tutiæ 623

5 De natura ſolis ſiue auri 625

6 De natura lunæ ſiue argenti 628

7 De natura Martis ſiue ferri. Item de effectib. ſulphuris & mercurij, deq; cauſis corruptionis et perfectionis 629

8 De natura Veneris, ſiue æris 632

9 De natura Iouis ſiue ſtanni 636

10 De natura Saturni ſiue plumbi 640

INDEX.

In ſecunda parte de medicinis & neceſsitate perfectionis, &c. hæc continentur.

11 *Vniuſcuiuſque corporis imperfecti, ſimiliter & argenti uiui neceſſariò fore duplicem medicinam, unã ſcilicet ad album, alte eam uerò ad rubeum, à quibus tamen omnibus excuſamur per unicam perfectiſſimam* 645

12 *Vnicuique imperfectorum corporum ſuam præparationem eſſe adhibendam* 648

13 *Imperfectorum metallorum defectũ medicina ſuppleri, ſuperfluum uerò præparatione tolli oportere* 650

14 De *præparatione*

Saturni & I

15 De *præp*
Veneris

16 De *præp*
Martis

17 De *mundi*
argenti uiui

18 *Quinq; di*
proprietates
riò afferre
perfectiſsima
cet mundicie
rem, fuſionem
tuitatem, &
unde coniec
menda, ex q
bus eliciatur

19 De *præpa*
bus medicina
dis, ut differe
prietatum de
quirat

20 De *differe*
dicinarum
quòd quædã
mi ordinis
ſecundi, quæ
rò tertij

INDEX.

21 *De medicinis primi ordinis Venerem dealbantibus* 665

22 *De medicinis Martem dealbantibus* 669

23 *De medicinis Lunam citrinantibus* 671

24 *De differentijs proprietatũ medicinæ secundi ordinis* 674

25 *De medicina Lunari & Solari pro corporibus imperfectis* 676

26 *De medicina coagulante argentum uiuum* 679

27 *Quomodo medicinis ingreßio per artem concilietur* 680

28 *De medicina tertij ordinis in genere* 682

29 *De medicina Lunari tertij ordinis* 683

30 *De medicina Solari tertij ordinis* 685

In tertia parte, de probationibus perfectionis hæc continentur.

31 *Diuiſio dicendorum* 687

32 *De cineritio, quare quædam corpora in eo perdurent, quædã non* ibid.

33 *Cineritij examen quomodo ſit exercendum* 688

34 *De Cemento, quare quædã corpora plus, quædam uerò minus illud perferant* 691

35 *Cementi examen, quomodo componendum & exercendum.* 692

36 *De ignitione* 694

37 *De fuſione* 697

38 *De expoſitione ſuper uapores acutorũ* 699

39 *De extinctione igni*

R. ATENEO VENETO VENEZIA

torum 701
40 De adurẽtis ſulphuris admixtione 702
41 De calcinatione et reductione 704
42 De facili ſuſceptione argenti uiui 705
43 Recapitulatio totius artis ibid.
44 Quemmodum author in arte tradenda ſeruauerit 707

Finis Summæ perfectionis.

INDEX EORVM, quæ in ſingulis capitulis Libri de Inuentione veritatis, continentur.

1 De ſex proprietatibus rerum ex quibus medicina elicitur 709
2 De ſeptem medicinæ proprietatibus 711
3 Diuiſio totius lib. in 4. particulas 713
4 Prima particula, de mediorum mineraliũ præparationibus 714
5 Secundæ particulæ p̃ fatiũcula de ſpirituũ mundificationib. 718
6 De ſulphuris præparatione ibid.
7 De arſenici præparatione 720
8 De argenti uiui præparatione ibid.
9 De marchaſitæ præparatione 721
10 De tutiæ præparatione ibid.
11 Tertiæ particulæ præfatiuncula, de corporũ præparatione 722
12 De præparatione Saturni ibid.
13 De præparatione Iouis 723
14 De præparatione Martis 725
15 De præparatione Veneris ibid
16 De

16 *Quartæ particulæ præfatiuncula de medicinis* 727

17 *De medicinis albis pro Ioue & Saturno ibidem*

18 *De medicinis solaribus pro Ioue, & Saturno* 729

19 *De medicinis albis ℘ Venere & Marte* 730

20 *De medicinis rubeis ℘ Venere et Marte* 731

21 *De medicina tertij ordinis ad album* 732

22 *De medicina solari tertij ordinis* 733

23 *De aquis solutionis, & alijs inceratiuis* 734

Finis Inuentionis veritatis.

INDEX EORVM, quę in singulis capitibus libri Fornacum continentur.

1 *Præfatio diuidens librum* Fo. *nacũ in quatuor partes* 736

In prima parte de modis operandi hęc continentur.

2 *De furno calcinatorio* 737

3 *De furno sublimatorio* 739

4 *De furno distillatorio* 740

5 *De furno descensorio* 741

6 *De furno fusorio* 742

7 *De furno solutorio* 743

8 *De furno Athannor, uel fixatorio* 744

In secunda parte, De rebus præparandis hæc continentur.

9 *De præparatione spirituum, mediorum mineralium, et aluminũ* 745

10 De calcinatione Iouis 747
11 De calcinatione Saturni ibid.
12 De calcinatione Veneris ibid.
13 De calcinatione Martis 748
14 De calcinatione mediorum mineralium ibid.
15 De ablutionib. corporum combustorum ibid.
16 De incerationibus calcium ablutorum 749
17 D reductione calcium in solidam massam ibidem
18 De solutionibus corporum præparatorum, & de eorum coniunctionibus certis, cum proportione certa, ut meliora appareant, cum fulgore, post eorum reductio-
nes. 750

In tertia parte, De perficiendis, & alteratiuis, hæc continentur.

19 De modo perficiendi tertij ordinis 753
20 De regimine Iouis & Saturni 755
21 De regimine Veneris & Saturni 756
22 De regiminis Martis 757
23 De regimine Lunæ. ibid.
24 De regimine Mercurij 758
25 De fermento Lunæ ad azymum 759
26 De fermento Solis ad rubeum ibid.
27 De fermento fermenti, tam albi quàm rubei

INDEX.

rubei ſuper Mercu- rium 760

28 Recapitulatio experimentorum authoris 761

29 Ludi Mercuriales 765

30 Citrimatio Lunæ 766

Finis libri Fornacum.

INCIPIVNT VER-BA RERVM PRO-*ficientium.*

DIXIT Abualy : Incipio & dico in nomine Domini, quòd in primo capitulo primæ Dictionis oſtenditur ratio ſuper magiſterium: vtrum ſit vel non: vbi figurantur nomina quatuor Elementorum diuerſis nominibus: ibi etiam fit mentio de muſcis, de ſcarabeis, de formicis, & de numero: de alchyzara, de fumo magiſterij, de gallinis, de tructis, de aquila & bufone. Ibidem etiam fit collatio inter magiſtrum & diſcipulum de Elementis, & de cxlv. complexionibus, & de proprietatibus elementorum.

De *Farinis.*

DIxit Abualy Abincine, & verbum eſt dictū, quòd accipias de farina ſicali, & de farina milij, & facias de vna quoque ſingulos panes : & facias ollas, in quibus ipſos panes coquas in hūc modum: Accipe terram magiſterij, & facias ollam ro-

tundam, non sit quadrata, nec sit longa, sed sit bene rotunda & coque ad ignem, & mitte ibi panem quẽ fecisti de farina hordei. Secunda olla in qua mittis farinam tritici, facias sicut prædictam fecisti. Tertiam & quartam in eundem modum. Ratio cur debet homo mittere farinam hordei, antequam mittat farinam tritici: hæc sunt verba Philosophi: & omnis homo non intelligit ea, nisi ipse qui est de natura Philosophorum. Omnes farinas istas inuenies in quadam arcba mistas, tu debes eas eligere & mundare vnamquemque inparte, & postea eas coniungere pulchra coniunctione, & spatiose, & ibi est magisterium. Et non permisceas in opere tuo muscas, nec scarabeos, nec formicas: facias opus tuum ex mirtis & de virgis de alchizaran, & de lacte caprarum, & de aqua maris, & intelliges seu inuenies magisterium: habeas ova gallinarum nigrarum, & misce ea cum ære, & habebis aurum & argentum quantum volueris: & intellige. Dixit Abualy: hæc sunt verba simulata Philosophorum, & hæc sunt verba secreta: debes habere sensum primum, & subtilem intellectum, vt intelligas hæc verba, & alia similia. Debes facere furnum magisterij in hunc modum, furnum de duodecim palmis in longitudine, & tot in latitudine, viginti quatuor in altitudine, vt mit-

tas

tas panes ibi farinarum ad coquendum: & vt iungas & colligas; & compleas magisterium tuum: similitudo primi panis, secundi, ignis: similitudo panis tertij aer: similitudo panis quarti, aqua: graue est ad intelligendum auripigmentum: leue est ad intelligendum argentum viuum: malum est ad intelligendum sulphur: bonum est ad intelligendum sal armoniacum.

De *Gallina*.

Gallina est in tribus modis missa in pane, assa igni, cocta: Tructa sit duobus modis, illa est bona ad comedendum in bona aqua, aut in bonum vinum. non comedas festinanter, nec comedas quòd non bibas, nec bibas quòd non manduces. Verbum directum de carne pinguioris comede: non manduces de filio cuius mater bona non sit. Verbum tibi dicam rectum & obscurum, & si intelligas, est bonum: quatuor in vnum, & vnum in quatuor, & quatuor de vno: hîc habes magisterium. Res cuius caput rubeum est, & pedes albi, & oculi nigri: quid est? hoc est magisterium. Aquila quæ volat per aerem, & bufo qui vadit per terram, hoc est magisterium. Verbum verum tace, & loquere: loquere & tace: ibi est totũ magisterium. Modo dicam tibi pulchrum verbum: verbum scil. philoso

phorum: Ego habeo tibi dicere. Quid sunt quatuor elementa? Quatuor elementa sunt: prima destillatio: secunda destillatio: tertia destillatio, & quarta lauamentum.

Incipit Porta elementorũ collocutio inter discipulum & magistrum de elementis, de centum quinquaginta quinq; complexionibus, & de proprietatibus quatuor elementorum.

MOdò qũære sicut quærunt à Magistro, & sis bonus discipulus. Dicit Discipulus, de quo est principium magisterij nostri? dicit Magist. de Sapientia elementorum. dicit Discipulus: Quot sunt elementa? Magist. Ignis, Aer, Aqua, Terra: Discip. Cui naturæ est vnumquodque illorum elementorũ? Magist. Natura ignis caliditas & siccitas: natura aeris caliditas & humiditas: natura aquę frigiditas & humiditas: natura terræ, frigiditas & siccitas.

De rebus absconditis in elementis.

Dicit Discipulus: Quæ sunt res absconditæ, quæ sunt in elementis? Magister: res absconditæ quæ sunt in elementis, in igne ascen-

ſcenſio ad cœlum: quia per ignem fit Sol. Aer eſt ſubtus ignem: quia minorem habet effectum: Aqua eſt ponderata, non tantum quantum terra: terra eſt nimium ponderata. Terra ſoluitur tardè: aqua citò ſoluitur: aer citò ſoluitur, ſed nō tàm citò ſicut aqua: ignis ſoluitur citius, ſed magis tardè quàm aer ſoluatur, & ſoluitur citius quàm terra.

Diſc. Quomodo ſciemus naturam elementorum? Magiſt. Hoc ſcies duobus modis: Si accipias terram, & ponas ſuper tuam*, ſenties quòd refrigerat æſtate, quando maximus eſt calor, & Sol eſt iuxta nos, propter magnum calorem ſiccat humiditates aquæ, quæ ſunt in terra: & remanet terra ſimplex, & cum paucis humoribus: quando venit hyems, & Sol longius à nobis, inuenies terin ſua natura frigidam & ſiccam. Diſcipulus: Vnde ſciunt, quòd ignis eſt calidus & ſiccus: quia deſiccat humores? Magiſter: Omnis homo ſcit: quia ignis eſt calidus & ſiccus: quia deſiccat humores. & hoc ſcis per ſolem, qui in hyeme ſe elongat à nobis, & dimittit faciem terrę ſiccam ab humoribus.

Quærit Diſcipulus de Aere.

Diſcipulus: Vnde ſciunt id quòd aer eſt calidus & humidus? Magiſter: Prius debes ſcire: Si aer eſt: poſtea quæres quid ſit. Di-

ſcipulus: Dic mihi ſi eſt, & ſi eſt, quid eſt? Magiſt. Hoc modo potes ſcire quòd eſt de barchinis ferrariorum: quia bene vis, quando trahitur, impletur barchinus de aere, & quando emittit, ſufflat ignem. Si accipias vnum, & infles illum, tu videbis quòd inquantum magis inflatur, magis amplia-tur, vſque quòd non poſsit magis inflari: & poſtea quando aperies, aer exiet, & lenties illud vbicunque tetigit in corpore tuo. Cum iſtis rationibus potes ſcire: quia aer eſt in ventis, & cum alijs multis. Diſcipulus: Verum eſt, quòd aer eſt ventus: modò dic mihi: vnde hoc ſciuerunt, quòd aer erat calidus & humidus, ſicut mihi dixiſti? Magiſter: Hoc ſciunt duobus modis cur aer calidus eſt: quia quando tu vis aquam vertere in aerem, hoc facere non potes abſq; igne: alia, quia aer eſt cibus ignis.

Quòd Aer eſt cibus ignis.

Diſcipulus: Vnde ſciam: quia aer eſt cibus ignis: & cibus eſt natura in ventis? Magiſt. Si vis videre oculis, quòd aer eſt cibus ignis, accipe lampadem vnam, & mitte ibi de oleo ſufficienter, & mitte illam in vrceo terreo, & cooperi os, & cito extinguetur lampas: ideo quia aer eſt incluſus, & non habet vnde viuat ignis. Et ſi vis ſcire, quòd cibus eſt natura in vẽtis: vide, quia homo

homo quando comedit panem, viuit, si comederet scamoneam, moretur: quia panis est naturalis cibus hominis, & scammonea non est. Discipulus: Vnde scire potuerunt, quòd aer est humidus? Magister: Hoc duobus modis sciuerunt: vnus modus illorum est, quòd humiditas balnei humidat corpora nostra: secundus est quòd aer coniũgitur, & cadunt inde guttæ & humidat se: hoc scrutare: & potes scire in cucurbita aquæ rosaciæ, & ibi inuenies, & in cucurbitis distilationis lapidũ nostrorum. Discip. Bene intellexi, quòd natura aeris est caliditas & humiditas.

De natura abscondita aeris.

Magist. Dic mihi, quæ est natura abscondita aeris? Est leuitas & festinata solutio: leuitas eius quæ est super aquam, & dimittit omnia corpora ingredi in eum. Et ideo multi stulti putãt, quòd aer non esset in seculo: quia omnia corpora ingrediebãtur in eum, & festinata solutio est, quòd citius vertitur in aquã, & citò vertitur in ignem: quia tu vides, quòd quando incendas paruũ ignem, & mittas ibi de pingui oleo, videbis quòd multum crescet flamma eius: nam aeris sit, sed quia tam citò vertitur in ignem magis q̃ fit quãtitas eius ignis. Discip. Intellexi totã materia aeris, sc. quia nõ tàm citò vertitur in ignem, cur non est de calore ignis? Magi-

ſter: Si eſſet totum de vno colore, & viuens vnum, & cibus non debet vnum eſſe de ſua materia.

Quærit Diſcipulus de Aqua.

Diſcipulus: Poſtquam ſcio de Aere, dic de qua materia eſt aqua. Magiſter: Natura aquæ eſt frigiditas & humiditas. Diſcipulus: Vnde hoc ſcire potuerunt? Magiſter: Propter illos qui natant in aquam: quia refrigeratur corpus eorum, & humidatur. Diſcipulus: quia vidi multos natantes in aqua, & calefiebat corpus eorum. Magiſter: Hoc accidens fuit, & non res naturalis: quia aqua frigida, quando tetigit corpus refrigerat illud, & fugit calor naturalis: & quando deficit calor, aqua exit: calor vt calefaciat, quòd aquam tetigit, & calor ille talis. Si multa eſt aqua multum refrigerabit corpus hominis: ſed aqua humida eſt, quia eſt currens.

Exemplum de Melle.

Diſcipul. Si omne currens eſt frigidum: mel cur eſt calidum? Magiſter: Mel eſt calidum per vim, & nō peractum: & verum eſt quòd maior pars currentium eſt frigida, & eſt aliud ſignum, quia aqua eſt humida: quia dimittit res ingredi in corpore ſuo, & quia non eſt ſua humiditas quāta eſt aeris, non ingrediūtur ibi omnes res, ſicut faciūt in aere.

Diſci-

Discipul. Intellexi quòd aqua est frigida & humida.

De naturis abscondits aquæ.

Magister, dic modò quæ sunt naturæ absconditæ de aqua. Mag. Naturæ absconditę de aqua sunt pondera, & leues solutiones. Discip. Ne cures laborare mecum, vt dicas mihi rationes per naturas absconditas de aqua: quia iam intelligo bene naturas quatuor elementorum, & naturam absconditam vniuscuiusq;: & rationes sunt omnia. Mag. Benedictus sis, quia tam bonum habes intellectum.

De conuersione elementorum in alterutrum.

Iam perfecimus rationes quatuor elementorũ per naturas quæ sunt extrà, & quæ sunt infrà, modò debes scire vnumquodque elementorum quomodo vertitur in naturam alterius elementi. Primùm scias, quia cum decoquis aquam ad ignem tamdiu quòd non remaneat de ea non potest esse quòd omnino desinat esse, quia fumus efficitur, & fumus est aer: & aer est ignis. Si tu accendas lampadem, scis quod non viuet absque coniunctione aeris: Ergo aqua est ignis, & ignis vertitur in aquam per vim. Quomodo? Si tu accipias lampadem, & extinguas, vbi erat ignis vertitur in aerẽ: qa nõ potest esse qd corpus ignis

in nihilũ redigatur,nec vllum corpus in quo ſit longitudo & latitudo in nihilum vertitur. & ſi tu iungas illa, aer, quando extinguis ignem, totum vertitur in aquam : ergo ignis per vim vertitur in aquam,& ſic potes ſcire quòd aer vertitur in ignem & aquam, & aqua in aerem,& ignis in aerem,& terra vertitur in ignem: & tu vides quòd de terra ſurgit puluis:ille puluis vertitur in aerem,& aer in ignem,& ignis vertitur in terram : quia tu ſcis quòd aer vertitur in ignem , & aer vertitur in aquam,& aqua(quando congelatur & calor tetigit eam) non poteſt cito deleri. & iam dictum eſt , quòd omnia elementa vertuntur in alia.

Oſtenſio quod omnia quæ ſunt in mundo ſunt de quatuor elementis.

Modò oſtendam tibi, quòd omnia quæ ſunt in mundo, ſunt compilata de iſtis quatuor elementis. Debes ſcire, quòd ſunt res in quibus duo elementa ſunt maiora, & duo in quibus vnum maius eſt,& tria minora : & ſunt in quibus omnia æqualiter ſe habent. iſti quatuor modi ſunt aliquid, modo diuidá per diuerſitates ſiue differentias ſiue partes.

De *diuerſitatibus elementorum.*

Prima diuerſitas eſt,quòd ignis & aer ſunt maiora: ſecunda,quòd ignis &aer ſunt minora:ter-

ra: Tertia, quòd ignis & aqua sunt maiora: Quarta, qd ignis & aqua sunt minora: Quinta, quòd ignis & terra sunt maiora: Sexta, quòd ignis & terra sunt minora: Septima, quòd aer & aqua sunt maiora: Octaua quòd aer & aqua sunt minora: Nona, quòd aer & terra sunt maiora: Decima, quòd aer & terra sunt minora: Vndecima, quòd aqua & terra sunt minora: Duodecima, quòd aqua & terra sunt minora. Iam habes primum genus: & modò habes diuersitates secundas.

De tertia diuersitate.

Prima diuersitas, ignis aer, aqua sunt maiora: secunda ignis, aer & aqua sunt minora: tertia aer, aqua, terra sunt maiora: quarta, ignis & aqua & terra maiora: quinta aer, aqua terra minora: sexta, ignis & aqua, & terra minora: & in hoc modò si diuidas illos modos, veniunt tibi de primis xvj: de secundis sexaginta quatuor: de tertijs xlvij: de quartis (de quibus modo dicemus) xviij. Sunt omnes centum xlv.

De quarta diuersitate.

Modò dicam tibi de quarta diuersitate. Ignis multus, aer minus, aqua minus, terra minus. Secunda diuersitas, aer multus, aqua minus, terra minus, ignis minus: & quia scio quatu es acuti ingenij: & primus tu trahes omnes istas centum xlv diuersitates ad lucem:

& figurabis eas, quòd eas benè intelligas: & scias omnia corpora quietata. & debes intelligere hoc: quia scias de omnibus rebus quæ sunt compositæ in seculo, & videas quę sunt primæ, secundæ, tertiæ, & quartæ: & in quo loco illa res est. & quando hæc intellexeris, scies omnes res: quomodo sunt, & vnde sunt: Scias quia omnes res quæ sunt creatæ in seculo, vitales, herbales & naturales, omnes sunt cõpositæ de istis quatuor elementis, & ad ista quatuor elementa se soluunt.

Quomodo quatuor elementa se soluunt.

Verbi gratia tu vis soluere pomum in quatuor elemẽta vnde cæptum fuit. Primum debes videre in quo loco est, & si est de prima diuersitate, in quo loco est primæ diuersitatis: & si est de secunda diuersitate, & in quo loco est: & si est de tertia, & in quo loco eiusdem est: & si est de quarta, & in quo loco eiusdem est. Tu debes scire quòd pomum est calidum & frigidum, & siccum & humidum per fortitudinem non factum. quòd si calidum esset per factum, si quis tangeret eum comburetur: Si frigidum esset per factum, si quis tangeret eum refrigeraretur. & sic de siccitate & humiditate. & si pomum esset ignis per factum, ascẽderet super aera per vim, vbi est ignis ad suam naturam. Secundum Platonẽ ascen-

aſcẽderet ad ſtellas: ſecundũ Ariſtotelem ſuper aerẽ, quia Plato dicit, quòd ignis eſt de ſtelli : & Ariſtoteles dicit, quòd ignis eſt in altiori loco, qui eſt prope aeras: & ꝓpter curſus ſtellarum ferueſcit aer, & efficitur ignis naturalis. & ſi eſſet aer, pomum non eſſet corpus ponderatum: & ſi quis rurſum eleuaret eum, non premeretur ad terram. Et ſi eſſet aqua, eſſet res mollis, currens. Et ſi eſſet terra, eſſet tanti ponderis, quòd non teneret ſe in arbore. Sed quia eſt mixtum de aere & aqua de igne & terra, proceſsit inde res quæ non eſt ſimplex, ſed ſunt ibi omnes per vim. Quia tu ſcis ſi miſcueris aliquod elementum ſimpliciter cum alio ſimplici, procedet inde res alia, quæ non erit elementum: ſed erunt ibi duo elemẽta, quæ miſcuiſti per vim. Et ſi tu vis ſoluere ea, & redigere in ſuam naturam, verbi gratia in pomum, tere illud; & pone illud in cucurbita cũ alembis, & mitte in ignẽ, & diſtilla illud ſicut deſtillatur aqua roſacea, & exibit inde primùm aqua ſimplex, & qd remanebit combuſtũ, eſt in eo aliquid ignis cum terra mixtum, & habebis inde aquam & terram, & ignis qui verſus fuit in fumum, & ignis qui remanſit in aqua, & aer qui verſus eſt in aquã, quia non habuit vnde procederet. Et qui dicebat quòd aer non erat in pomo, proijciat eum ſuper aquam & natabit: & quia natat aer eſt in pomo, & non poteſt

mergi ſubtus. Modò audiuiſti &intellexiſti, quomodo pomum eſt de quatuor elemẽtis, & ſoluit ſe ad quatuor elementa.

Exemplum de lacte & caſeo.

Qui portaret lac, dic mihi, quomodo face res & in quo loco diuerſitatum, qui lac duce res tibi, deberes dicere qd in eo eſt, aqua multa & aer minus & terra minus: & ignis minus. & hæc cauſa vna eſt de quatuor d uerſitatibus: quia ſenſus oſtendit quòd ibi ſunt quatuor elementa, quia videt in eo aquam ſi facias illud congelari, ſed abſtrahas ab eo butirũm, & habebis tres cauſas. Caſeus quem inde extraxeris, eſt ſua terra: & butirũ ſi proijcias in ignem, vertitur in flammã: Ergo oſtendit, quòd ipſe aer poſtquam eſt cibus ignis, & ſerum quod exit inde, eſt ſua aqua: & ignis eſt ibi, quia lac eſt ſanguis coctus: ergo ſanguis eſt calidus, & lac calidum: ſed calor ille eſt minimus, & non videtur: ſed per directam rationem bene eſt ibi: Et ſi vis eum ſoluere ad quatuor elementa ſicut feciſti pomum, accipe lac dum calidum abſtrahitur abeſtia, & mitte in cucurbita cum alembic, & diſtilla ſicut aquam roſaceam: videbis quia quòd primum deſtillabis, erit clarius lacryma: & illud eſt aqua. poſt deſtillabis inde alia non tam clara, & vertitur in co ore citrino, & illud eſt aer. poſtea remanebit terra combuſta in fundo nigra. modò habes aquam, aerem

rem & terram: ignis euanuit in vaporibus & efficitur fumus, & fumus verſus eſt in aquã. Et intellectum eſt, quia omnia quæ ſunt in mundo de vitali & herbali ſunt cõpoſita de iſtis quatuor elementis, & ad illa ſe ſoluunt. Ergo debes intelligere, omnia quæ ſunt vitalia & herbalia, in quot diuerſitatum ſunt, & non debes aliqua ignorare de centum xlv. diuerſitatibus, in quo loco vnicuique illarũ eſt res vitalis & herbalis: & ſi modò hæc nõ ſcis, non potes operari de iſto libro: & ſi hoc ſcis, tua natura erit natura philoſophorum, & intelliges librum iſtum & amplius.

Quòd omnia ſunt compoſita de quatuor elementis ſecundum diuerſitates.

Poſtquam intellexiſti quòd omnia quæ ſunt in mundo de vitali & herbali, ſunt compoſita de iſtis quatuor elementis, & ſe ſoluit ad illa: & nullum ibi eſt quod nõ ſit in aliqua de centum xlv. diuerſitatibus: modò faciam te intelligere, quia quot res ſunt in ſeculo naturales omnes ſunt compoſitę de quatuor elementis, & non eſt ibi aliqua, quę non ſit de aliqua de centum xlv. diuerſitatibus: & ſoluunt ſe ad quatuor elementa. Et incipiam dicere tibi prius in lapide ſiccitori omnibus illis: in vitro ſunt quatuor elementa, frigiditas, humiditas, caliditas, & ſiccitas, & eſt vnũ

de ſecundis diuerſitatibus, de illa ſcilicet, vbi aqua & terra ſunt maiora. Et ſi tu dicis, quòd calor non eſt ſubtus terram; & vitrum eſt calidum, & poſtquam ſe facit ſubtus terram vbi non eſt calor, & non debet eſſe calidum. Ego probabo tibi per iuſtam rationē, quia calor eſt in ventre terræ, & vitrum eſt calidum. Nónne vides quòd in diebus hyemis, quando facit magnum frigus, quando facies terrę eſt nimium frigida & ſicca, fugit calor ille in ventrem terræ, quem fecit in ea æſtas, & calefacit omne quòd ibi inuenit. & quando trahis aquam de ventre terræ, inuenies eam calidam. hæc eſt ratio quòd calor eſt ibi. Et ſi homo ingrederetur in loco illo, pateretur ibi magnum calorem in hyeme, & in æſtate magnum frigus: & non quia calor recedat penitus de ventre terreæ, ſed homo habet in diebus hyemis frigus propter tempus frigidum, & quando trahit illam aquam putat quòd ſit calida, & ipſa non mutatur à ſua natura: & ſimiliter in æſtate putat, quod ſit frigida non mutatur de ſua natura: & ex hijs quæ diximus intelligis, quòd calor eſt in ventre terræ. Modò probabo tibi quòd vitrū eſt calidum, qui abſoluit ſe, & omne quod in igne ſoluitur, calidum: non tamen quod calor ſit ſuperabundans ſuper omnia elementa, ſed eſt ibi calor aliquantulus. Non vidiſti quòd illi qui operantur argentum, quá-

do vo-

do volunt ſoluere argentum, faciunt inſtrumentum ex terra & aqua ſimplex, & frangũt argentũ per partes, & mittunt in inſtrumento, & incendunt ignem de ſubtus: & quando hoc multotiens faciunt in inſtrumento, efficitur inſtrumẽtum illud vitreum: & ille Artifex ſolus non facit hoc, qa figuli faciunt hoc: & qui faciunt caldaria & fabri faciunt ſimiliter. & qui operantur in magiſterio. Solũ hoc eſt verbum verum: & non putes quòd tantũ de ſingulis dicam tibi, ſcilicet ipſi qui faciunt tegulas hoc faciunt. quia ſi accipis tegulã & multotiens diuque decoquatur, efficitur vitreũ: quia hoc facit natura cum calore intus in ventre terræ in centenis annorum, facimus nos in paucis diebus. Modò benè intellexiſti, quia omnes res quæ ſunt in ſeculo, vitales, herbales, & naturales, quod ſunt compoſitæ de quatuor elemẽt s, & in ipſis reuertuntur, & ſe ſoluunt. Et qui dicebat quòd in petra non erant quatuor elementa, nihil dicebat per hæc quæ diximus: quia ſi non poſſint ibi inueniri viſu, inueniuntur mente. Tu intellexiſti qualiter omnes res quæ ſunt in mundo, ſe habent ad quatuor elementa. Dic mihi, qui tibi ducent lac aut ſanguinem, quo modo ſolues eum ad quatuor elementa? & dic mihi, in qua diuerſitate eſſet lac? Iam dixi tibi in quo loco eſt, & quomodo ſe ſoluit ad quatuor elementa: modò benè intellige ſu-

per hunc locum, quia exponam tibi totum magisterium, vnde tu possis trahere totum magisterium.

De diuersitate quarta.

In diuersitate quarta dixi tibi verbum parvum, & complebo tibi hîc. Debes videre in rebus quę sunt in seculo, si in eis inuenire potueris de istis diuersitatibus. Et sunt istæ diuersitates ignis, aer, maiores: aqua, terra minores: ignis maior super omnia: aer minor igne, aqua maior terra: & minor aere, terra minor aqua. Diuersitates aeris & aquæ, grandes: de terra & igne minores: aer maior aqua, minor aere & maior terra: terra minor aqua, & maior igne: ignis minor terra. Diuersitates de aqua & terra grandes: ignis & aer minores: aqua maior quàm terra: terra maior quàm aqua, & maior quàm ignis: ignis maior quàm terra, & minor quàm aer: aer minor igne. Diuersitates ignis & terra maiores: aer & aqua minores. Ignis maior terra: terra minor igne, & maior aere: aer minor quàm terra, & maior quàm aqua: aqua minor quã aer. Et de istis diuersitatibus facias quod facere potueris. Quapropter istas diuersitates dicunt vnamquamque rem calidam & siccã, aut calidam & humidam, aut frigidam & siccam, aut frigidã & humidam. Verbi gratia, tu scis quod ignis est magis calidus quàm aer, & aer contrarius igni in humiditate: & terra

est

est frigida & sicca, & sua frigiditas nō potest expellere caloré ignis, & sua siccitas crescit in siccitate ignis, & est contra aerem in omnī bus modis. Aqua est frigida & humida, & cō-tra ignem omnibus modis: quia ignis est calī dus & siccus & aqua frigida & humida. Et si tu misceas pondera rectè de aqua & igne, qd vellet ignis calefacere, aqua infrigidat, & è conuerso: & quod vult ignis desiccare, aquæ humectat, & è conuerso.

De mistura ignis & aquæ.

Ideo quod mixtum est de igne & aqua, nō calet, nec infrigidat, nec desiccat, nec humi-dat. In eundem modum aer cum terra: mittā mus exemplum de diuersitatibus, de quibus dicimus. Vbi sint ignis & aer grādes, & aquæ & terra minores, ignis maior, aer minor quā ignis, & maior aqua: aqua minor quam aer & maior terra: & terra minor aqua. Mittamus de igne vnum, de aere mediū, de aqua quar-tum. De igne habet medium de calore, & me dium de siccitate, in aere quartum de calo-re, & quartū de humiditate: in aqua, viij. de fri giditate, & viij. de humiditate: in terra media octaua de frigiditate, & media octaua de sic-citate. habemus in igne mediam caloris, & in aere quartā caloris: ergo habet in isto cor-pore de calore vnum minus quartum, ha-bens in igne medium siccitatis & in terra octauam siccitatis: ergo habet in isto cor-

pore quatuor octauas ſiccitatis, & media habetur in iſto corpore de frigiditate: in aqua vna octaua, & in terra media octaua, & ſunt octaua & media. Habet in iſto corpore de humiditate in aere quarta, in aqua vna octaua, & in terra media octaua. Sunt tres octauæ modo auferimus de calore frigiditatem, quę eſt octaua & media, & remanent in iſto corpore quatuor octauæ & media. Modò auferamus de ſiccitate humiditatem, & eſt humiditas tres octauæ de quatuor octauis, & media: remanet de ſiccitate vna octaua & media: Ergo corpus iſtud eſt calidum & ſiccum. quod ſi vult octaua & media frigiditatis quę eſt ibi * frigeſcere, octaua & media cal ris ō dimittit. & ſi velint tres octauæ humiditatis humidare, non dimittunt hoc octauæ ſiccitatis quas cepimus. Ergo corpus iſtud eſt calidum & ſiccum: quia hæc duo, ſcilicet calditas & frigiditas non calefaciunt, nec frigidāt: quia calefactio quā hoc corpus facit, eſt propter calorem nimium qui ibi eſt. & ſic fit de ſiccitate & humiditate. Et poſtquam habes calidum & ſiccum per hęc quę prædiximus: Modò faciamus exemplum de frigido & humido: Accipe corpus quod ſit de diuerſitate quarta, de qua ſuperius diximus, quòd ſint in eo aqua, aer grādes: & terra & ignis minores: aqua grandis, aer minor aqua, & maior terra: terra minor aere, & maior igne: ignis

minor

minor quàm terra. Aqua vnum, aer medium, terra quartam, ignis octauam. in aqua medium frigiditatis & medium humiditatis, in aere quartum caloris, & quartum humiditatis: in terra octauum frigiditatis, & octauum ficcitatis: in igne media octaua caloris, & media ficcitatis: ergo habẽtur in isto corpore de calore duæ octauæ & media, de frigiditate quinque octauę, de ficcitate octaua & media, de humiditate sex octauę. Ergo quando tollimus ficcitatem quæ est octaua & media: de sex octauis de humiditate, & quando tollimus calorem quæ est secunda octaua: media de frigiditate quæ sunt quinque octauæ, remanent duæ octauæ & media de frigiditate: ergo corpus illud est frigidum & humidum: quia superant in frigiditate duę octauę & media: & de humiditate quatuor octauæ & media: quia si calor quem tollimus de frigiditate vult calefacere: infrigidabit frigiditas quã tollimus & sic est inter frigiditatem & humiditatem & ficcitatem: ergo corpus istud est frigidum & humidum, & non subtuliabimus multum: quia oportet facere librum in ponderibus & in speciebus: quæ sunt calidæ & frigidæ & siccæ & humidæ: & vnaquęque earum in quo gradu est: & quæ est ante gradum & in gradu: & explanabis qd̃ istę centũ xlv. diuersitates sunt ante gradus: & quando quis dicit hæc species est calida & sicca:

& frigida & humida vult dicere ante gradus: & quando homo vult reducere eam in gradum, ponderat eam in hunc modum, & facit eam calidam & ſiccam aut frigidam & humidam, de quacunque diuerſitate ſit iſtarum diuerſitatum.

Quòd omnes res ſunt compoſitæ de quatuor elementis.

Poſtquam intellexiſti res huius mundi, vitales, herbales & naturales ſunt compoſitæ de quatuor elementis, & ſunt in aliqua diuerſitate prædictarum, & ſoluunt ſe ad quatuor elementa. Poſtquam bene intellexiſti, & bene ſciuiſti, modò eſt hora, quòd diuidamus ſermonem quatuor elementorum: & incipiemus loqui in Dictionibus libri noſtri, ſingulatim, & explorabimus capitula vniuſcuiuſq; ſingulatim, & Portas cum verbo largo, & intellectu completo, ſecundum quod volumus facere in iſto libro, & viam philoſophorum tenebimus ſi Deo placuerit, cum fortitudine illius, qui fecit mundum. Sed ſi tu vis facere ſecundum rationem aliquod opus iſtius libri, quanta locuti fuimus hucuſque ſcrutare & intellige: ſin autem in vanum labores, & non putes quôd ſis in via philoſophorum: quia qui operatus fuerit in iſto libro antequam portam iſtam elementorum bene intelligat, in vanum laborat: & ita intē-

dit

dit, vt asinus ad ceruam nō videt: verbi gratia, si tu facere vis aliquam calcem, aut aliquod linimentum, aut iungere aliquod corpus cum alio, debes scire corpora in qua diuersitate sunt, qualiter iuncta, id est composita, & qua intentione faciunt calcem, & lauant: & qua intentione dicemus quicquid dicimus, quicquid facimus, lege multū portam istam, & stude eam: & lege & intellige, & ad Deum te commendo. Laudetur Deus: quia compleuimus Portam elementorum: & incipiemus primam Dictionem: de decem Dictionibus libri nostri, in nomine Domini.

Explicit porta Elementorum.

INCIPIVNT CA-PITVLA PRIMAE *Dictionis.*

CAPVT I.

PRIMVM capitulum de ſex corporibus, quæ ſe malleo elongát: & de mercurio, & ſulphure, & de ſeptem proprietatibus, quæ ſunt caliditas, frigiditas, ſiccitas, humiditas, leuitas, ponderoſitas, ſolutio, & de ſale armoniaco ſoluendo: & quod ſeptem corpora ſunt de ſulphure & mercurio: & de modo quærendi ſcilicet, ſi eſt, quid eſt quomodo eſt, cur eſt: & de tribus mixturis.

Secundum capitulum eſt, in quo oſtenditur ratio, qđ non poteſt eſſe quin ſit magiſterium: ibidem etiam oſtenditur, qđ via rationis eſt tribus modis de dialectica, de philoſophia, & de arte ſophiſtica, & de mercurio indurando, & de lapidibus, & quod Plato dixit in filio ſuo eſſe magiſterium lapidis: & de complexione mercurij.

In tertio capitulo diſputat contra Geber, & de eius obſcuritate: & quomodo ſeducebat omnes.

In

In hoc quarto capitulo disputat contra Iahiæ Abindinon: ibidem etiam ostenduntur quæ sunt operi necessaria.

In hoc quinto capitulo fit commendatio de operibus Abunazer Alpharabi, & tractat de lapidibus: & Hermes dixit, magisterium esse de me & filio meo. Agitur etiam de lapide fœtido, & bene olente: & quòd de sangui ne sunt quatuor elementa: & quòd auripigmentum & sulphur, & sales non sunt de substantia alexir., sed valent ad ablutionem: & de auripigmento sublimando, & de luna facienda, & quòd mercurius post sublimationem debet lauari: & ratio quare lapis diuiditur in quatuor elementa: & quare lauantur corpora de magisterio Abimezer Alpharabi, de mercurio indurádo, & abluẽdo ære.

Sexto capitulo agit contta Maurienum: & agitur ibi de capillis, de ouis & sanguine: & iterum de mercurio indurando: & quòd marchasita non ponitur in alexir: & de stanno: & iterum de sanguine: qui fuerint magistri istius artis: & iterum de mercurio sublimando & indurando, & soluendo: & quare fit solutio vel induratio.

In septimo cap. disputat contra Abbubatrẽ Maomet, & de cõmendatione Razę philosophi, & de mercurio indurando, & olla facienda: & quarto fit de grosso gracile, & de lapidibus: & quôd spiritus capiunt essentiam in

in corporibus non præparatis, & de ſtercore equino, & de fortitudine ſeculi, ad indurã dum mercuriũ: & de ratione colligendi fortitudinem ſeculi, & de faciendo auro mediocriter bono, & de fermento.

In 8. capitulo diſputat cum omnibus illis qui negant magiſterium: ibidem etiam agitur de fortitudine ſeculi, & eius medicinis, & quòd per oculũ intelligitur mercurius, & de cera nigra, alba & rubea: & quid ſint oua nigræ gallinę, quid aquila, quid griffus, & de figuratiuis nominib. elementorum, & quid ſit leuamen, & de teſtudine, & quòd per caules plumbum intelligitur, & de marchaſita, & de yritio & rafano, paſtinaca & auripigmẽto, & quòd per marchaſitã ad aurum ſanguis intelligitur: & per marchaſitam ad lunã oua intelliguntur, & de lingua hominis ſylueſtri, & de calce, & quid ſit ſpõſalitiũ, quid alexir.

In 9. capitulo loquitur: Si eſt lapis noſter animalis, & de lapide vitali, & qualiter Geber ſeducebat homines in lapide, & de mercurio ſublimãdo per fortitudinem ignis ſiue aliena appoſitione, & de eodem ſublimãdo tribus modis: & quòd aliud eſt proijcere corpus ſuper alexir, & aliud eſt proijcere alexir ſuper corpus: vbi notatur corpus minus, & corpus maius, & de ordine præparationis alexir, & quicquid mittitur in alexir ſublimatur, vt 4. elementa: mercurius, fermentum

mẽtum, corpus minus, & de cera rubea, i. de sanguine, & de præparatione alexir, & proiectione fermenti, de mercurij fortitudinib. & corpore minori, & fermẽto, & de tribus modis proijciendi puluerem nostrum: quia res proijcitur, & de probatione Solis vel Lunæ artificialis, & de vtilitate magisterij, & quòd corpus non bene coloratur, nisi appositione fermenti, & quôd nõ valet opus sine mercurio indurato, & tamen alibi dicit contrà.

In 10. capitulo agitur de lapide herbali, i. capillis, & quantum durat alexir, & auripigmentũ, vel sulphur, vel sales non intrant in alexir, sed valent ad corpora, & quòd cum aqua lapidis herbalis induratur mercurius, & soluuntur corpora.

In 11. capitulo tractat, si est lapis noster propriè naturalis: agit ibidem de ouis, & quid sit lapis naturalis, & quòd aqua lapidis inducat mercurium, & tangit omnes res, & quòd quãdoq; pro mendacio veritatem intelligamus, & de mercurio rubificando, & de ponderibus, & quòd in decuplum valet magis res sublimata quàm alia.

In 12. capitulo tractat qualis est noster lapis, & quid est, & quales capilli vel oua, vel sãguis debeãt assumi, & de stercore equino, & de ordine magisterij, & de ♀. indurando, & de sale armoniaco soluẽdo, & qđ ꝑ sulfure rubeo intelligatur sol, et de corpore molliẽdo, et de

acri facere dulce, & quòd per ignem intelligas fimũ nimis calidũ, & de laminis cupri & de vrina, & de aceto, & de ære ad album & de Saturno ad rubeum, de formula in cuneis, & corpora mollificãdo, & de illis quod in eis ponimus, & de tribus modulis, id eſt, formis, & quòd ſublimatio ſæpius reiterata ſcilicet auripigmenti, & ſulphuris magis valebit.

In nomine domini incipit liber Abuali Abincine, qui fuit vnus de magnis philoſoph.

Proœmium.

IN nomine Domini creatoris omnium, & factoris cum magno magiſterio, & cum magno ſenſu, & magna prudentia dixit Abualy Abincine incipiam cũ virtute illius, qui primò incepit, & dicam cum virtute eius in dictione prima decem dictionum iſtius libri Animæ, & in capitulo primo duodecim capitulis, & dictione prima, & faciam te bene intelligere: primũ cum ratione philoſophi, & poſtea cum viſione oculorum, & hoc in nomine Domini.

Capitulum primum primæ dictionis.

Dicit Abualy, qui ſunt philoſophi dicunt: quia ſex ſunt res, quæ poſſunt elongari cum malleo ad fornacem, ſcil. aurum, argentum, ſtannum, cuprum, ferrum, plumbum, creantur, naturaliter ſubtus terra: & adhuc dicũt, quòd

quòdaurum viu. auripigmentum, ſulphur, ſal armoniacũ, qui creantur naturaliter ſubtus terram: & ſi quando quæſierimus aurũ viuum, i. argen. viuum, dicunt, quòd aurum viuum eſt res quæ naſcitur ſubtus terram, propter humiditatem magnam exiſtentem in loco illo: & pro multo aere: & hoc euenit propter Solem & aerẽ qui tangunt eum: ideò efficitur currẽs propter humiditatem, et frigiditatem quæ ſunt in eo, & non efficitur, niſi in loco frigido: & dicunt, quòd hoc aurum viuum eſt res de quarta diuerſitate, vbi eſt de aqua multa, & aer minus, terra minus, ignis minus: & quia fugit de igne, non eſt niſi per calorẽ exiſtentem in igne: quia cùm accedit ad ignem, maior pars eius eſt ex aqua, & aqua eſt contra ignẽ, & fugit contrarium à ſuo contrario: & quando incipit calere, deſiccatur, & vertitur iuxta in materiã ignis, & aſcendit ſicut ignis: & ſi multum ei dederint ignẽ, & ſic in loco clauſo recedit in de humiditas, & vertit ſe in calorem ignis accidentalem: & hoc quod dicunt vermilion. Et dicunt homines naturales, quòd eſt aurũ viuũ. Et ſi quæris ab eis, quid eſt auripigmẽtum, dicent tibi: quia auripigmentum eſt res terrena: & eſt vnũ de quarta diuerſitate. Terra nimis, aer, minꝰ, ignis minꝰ: aqua minus: & dicit, quòd ignis & aer eſt maior totius rei quãdo mittitur in alote, aſcendit: hoc eſt ve-

rum:& propter hoc dicũt, quòd aer & ignis ſunt magis,& dicunt,quòd auripigmentum eſt contra aurum viu. & non omnino : quia ſicut ille dicit & eſt verum, quicquid homo naturalis dicit, eſt verum: & ita eſt de omni homine, quanuis naturalis ſit: verum quia in quacunq; cauſa huius mundi debet homo quærere 7.proprietates , & hæ ſunt , calor,frigiditas,ſiccitas, humiditas,leuitas,põderoſitas,ſolutio in omnibus rebus,quæ in hoc ſeculo ſunt : debes ſcire in vnaquaque quot ſint iſtarum , & quando vult accipere ſuum cõtrarium,verbi gratia:ſi ſit res, quòd calor ſit ibi maior, minor ſiccitas & frigiditas minor,& humiditas minor,& leuitas maior,ponderoſitas minor,& quòd citò ſoluatur: eodẽ modo debet accipere contrarium ſuũ,quòd ſit ibi humiditas maior,frigiditas minor,& ſiccitas minor, caliditas minor,põderoſitas maior,leuitas minor: ſoluatur tardè,ſi hoc modo eſt ſuum contrarium in omnib.modis,& ſi nõ ſcias quomodo eſt ſuum contrarium de omnibus 7. proprietatibus, & auripigmentum eſt contra aurum viu. in hoc modo auripigmentũ terra maior, ignis minor, aer minor ,aqua maior , minor leuitas,maior põderoſitas,minor ſolutio tardè.

De *auro viuo*.

Aurum viuum humiditas maior , frigiditas minor,ſiccitas minor, calor minor,ponderoſi-

derositas maior, lœuitas minor, solutio tardè contrarium auri viui ad auripigmentum est in frigiditate & humiditate, & siccitate, & in calore, & in solutione, & põderositate sunt æquales.

De *sulphure*.

Homines naturales dicunt, quòd sulphur est calidum & siccum, & habet proprietates auripigmẽti, & non habet tantum calorem quantum auripigmentum.

De *sale armoniaco*.

Naturales dicunt, quòd sal armoniacũ est medium inter auripigmentũ, & aurum viu. & primũ dicemus cuius naturę est sal armoniacus sicut dicunt philosophi. Ipsi dicunt, quòd sal armoniacus se facit subtus terrã in loco calido, & dicunt quòd eius calor non est tantus sicut ignis, & minus calor aeris, & ideo qui mitteret in loco aeris non falleretur, & in loco ignis non falleretur in hoc magisterio, sed si tu vis scire qualiter sal armoniacus sit medius inter auripigmentum & aurum viuum, debes scire, quòd auripigmẽtum est calidũ sicut ignis, & aurum viuum est frigidum sicut aqua, & hoc sal armoniacum non est calidum sicut ignis, nec frigidũ sicut aqua: ideo est mediũ inter vtrũq;, & auripigmentũ est siccũ, & aurum viu. humidũ, & sal armoniacũ non est siccũ neq; humidũ.

quia si tu vis soluere eum, dum siccum est, pi sta eũ, & imple ex eo vnum stẽtinum, & proijce in aqua calida, & bulliat: & inuenies eũ humidum sicut aquam: & hoc quod tibi dico, adhuc explanabo tibi in capitulo de Salib. Vides quòd non est tàm siccũ quomodo auripigmentum: nec tá humidum, vt aurũ viuum, & est medium inter ponderosum & leue: ideo est medium in omnib. & ascendit sicut ascendunt ista alia tria.

De *auro*.

Sed dicunt philosophi, quòd aurũ fecit se in vẽtre terræ, cum calore magno in multis annis, & fecit se de auro viuo pulchro, cum sulphure rubicundo, claro, ablq; lapidib. coctũ per 100. annos, & amplius: & adhuc dicemus hoc quod pertinet ad aurũ in sua porta.

De *argento*.

Sed argentum sicut dicunt philosophi, efficitur de auro viuo, & claro, & sulphure croceo coctis per centena annorum.

De *cupro*.

Cuprum efficitur de auro viuo grosso, de sulfure rubeo grosso coctis per 100. annos.

De *auro nimis cocto*.

Sed scire debes, quòd aurũ est nimis coctũ: & ideo neq; ignis, neq; aer, neq; terra, neq; aqua delet eũ: quia calor cogit eũ. coxit per 100. annos, & indurauit eum nimis, ita quòd nulla res potest eum delere.

Quòd

Quod argentum eſt crudum.

Et argentum eſt crudum, & non coctum: ideo terra delet eum.

Quod cuprum eſt combuſtum.

Cuprum eſt combuſtum, ideo non delet eum terra, niſi per multos annos: ſed ignis citò conſumit eum.

De plumbo.

Dicunt philoſophi, quòd eſt factum ſubtus terram de auro viuo groſſo & ſpiſſo, & de ſulphure peſsimo & impuro, crudo, parum cocto.

De ferro.

Ferrum eſt ſubtus terra de auro viuo ſpiſſo, & de ſulphure rubeo ſpiſſo nimis cocto.

De ſulphure rubeo ferri, & quod odor plumbi calcinat aurum.

Et ſi vis ſcire quod eſt ſulphur de ferro rubeo, id eſt calefacto: proijce ibi acetum & videbis uum azeiar rubeum, ſed eſt de meliori ſulphure quàm plumbum: quia plumbum in tantum de peſsima natura eſt, quòd cum ſuo odore frangit aurum, & ſtringit aurum viuum: quia quando aurum ſoluit, ſi darent ei odorem de plumbo vertitur in calcem donec redigat eum magiſterio: & totum hoc nolo hîc explanare, quia loca ſua habet, &

ſua capitula abſtracta ꝑ explanare vnãquanque rerum, quid eſt, & quomodo eſt, & quot modis eſt, largiſsimo verbo ſi Deo placuerit. Sed ego nolo te hîc docere, niſi verbis philoſophorum: quia hîc libitum eſt largius per omnes res intelligere.

Quæſtio ſi eſt, quid eſt, quomodo eſt, & de alchimia ſi eſt.

Huc vſque locuti fuimus de verbis philoſophorum in ſex prædictis, quæ ſunt quæ ſe elongant: & modo incipiemus, Quali modo quęrit homo ſi eſt: Quia nullus homo poteſt ſcire aliquid, niſi quærat in iſtis quatuor quęſtionibus, ſi eſt, quid eſt, quomodo eſt, cur eſt. Reſponſum de eo ſi eſt, debet eſſe, non, aut ſic. Si dicit non, non reſtat quæſtio: ſi dicit ſic, debet quęrere quid eſt. Reſponſum de quid eſt, deſcriptio eſt. Reſponſum de quomodo eſt, partitiones ſunt. Reſponſum de cur eſt, ſunt vtilitates eius. Et modo dicem⁹, quomodo debet homo quærere ſi eſt. Si tamen eſſes in heremo, vbi non eſſent domus, nec homines, & inuenires domum bene fabricatam, & portæ clauſæ eſſent, ſic quod non poſſes ingredi, dic quomodo quæſieris ſi eſſet ibi homo, aut non? modò dic mihi quinque ſenſus: Quæram ſi eſt ibi homo caput primum, quæres per viſum: quomodo videbis? Si videbis fumum aſcendere de domo illa: aut ſi videbis inde aquam procede-

re,

re, quod sit de opere hominum, scies quòd fumus non est nisi de igne, & ignem faciunt ibi homines. Et si igitur non videas ibi, nec aliquid aliud, vt tu possis cognoscere quod non sunt ibi homines per visum, accedes ad portam, & inquires per auditum (scilicet sensum secundum) quid est: si ibi audies sonum quem faciunt homines. Et si non audies, quęres per sensum tertium, qui est odoratus: videbis si odorabis aliquid, quod faciant ibi homines: & si cum istis prædictis tribus non potueris scire quòd ibi sint homines: non poteris scire cum alijs duobus residuis; & si potes scire quòd homines sint ibi, scies res duas de quatuor petitionibus, vna quòd homines sint ibi: secunda, quid sunt homines: & tu petes ab eis, quomodo permanent ibi, & cur: & scies omnes quatuor petitiones. Et sic debes quærere de omnibus rebus si sunt: & si sunt, quid sunt: & quomodo sunt: & cur sunt. Et modo petimus si est Alchimia. sunt quidam de naturalibus qui dicunt: quòd non est Alchimia: sed Aristoteles & Plato, & omnes philosophi dicunt quòd est: & oculis, scilicet visu, ostendimus quid sit Alchimia.

Ratio ſuper philoſophos qui dicunt, quod non eſt Alchimia.

Ratio ſuper philoſophos qui dicũt, quod non eſt. Reſponſum ad illos: Si vos concedi-tis quod vnumquodque illorum ſex, quæ per malleum ſe elongant, eſt factum de auro viuo, & de ſulphure, aut non: ſi negant da bimus eis rationes quòd ſunt factæ de illis: hæc eſt ratio: quia vnumquodq; illorũ corporum efficitur currens ſicut auruin viuum, & azenzar quod efficitur de iſtis ſex, eſt de colore ſulphuris: ꝙa azenzar de ferro rubeo eſt, & azenzar de cupro croceum de colore viridis non bene naturalis: igitur bene debe mus ſcire, quod omne corpus quod ſoluitur, & inde efficitur azenzar, quod eſt factum de auro viuo & de ſulphure. Si concedunt, con cedunt de quali ſulphure, & de quali auro viuo eſt vnumquodque iſtorum, quæ ſe elongant.

Ponit exemplum de vitro.

At nos quæremus ab eis, vitrum quid eſt: & dicent vnum de duobus: aut dicent quod eſt ſimplex res facta de quatuor elementis. Si dicunt quod ſimplex res eſt, hoc non poteſt fieri: quia ſimplex res non eſt in mundo, quam videant oculi: igitur vitrum eſt de quatuor elementis: & videmus quod efficitur fluens, & inde non efficitur azẽzar: igitur

igitur bene possumus scire quòd vitrum est de terra, de qua posset fieri aurum viuum: Igitur Magistri scilicet figuli, qui faciunt terrea vasa, quando mittunt ignem in eis diu efficiuntur vitrea. Quid est quod hoc facit? Dicũt isti philosophi, quod est, quòd calor solis coqueret in ventre terræ per centena annorum, facit ignis in breui hora. Igitur quis prohibet nobis, quod sulphur & aurum viuum coquit calor solis in ventre terræ per centena annorum, & inde efficitur aurum quod coquimus nos in paruo tempore ad ignem, & facimus inde aurum; quia quod coquit calor solis per centena annorum, coquimus nos ad ignem in paruo tempore, sicut illi dixerunt superius de vitro. Hæc est ratio super philosophos, qui dicũt, quod non potest homo trahere genus quod spectet suum genus de alio genere, quod non sit de sua natura.

Quòd de ordeo potest fieri res viuens.

Nos dicemus eis, de ordeo potest homo facere rem viuentem: negabunt & dicent, quod ordeum est vnum genus; & res viuens aliud genus, & non potest fieri quòd genus procedat de re quæ non est de suo genere.

Ostensio de prædicto.

Nos dicemus eis: Ergo si nos accipiamꝰ de stercore equi, quod non est aliud quòd ordeum, & mittimus in loco vbi calor tangat

illud procedent inde ille beſtiæ, quas dicunt abaxes. Illi dicent hoc euenit de putredine ſtercoris, ſicut muſcæ de putredine aeris, & humorum hominum putredine. Dicemus eis: Ergo iam probauiſtis, quòd genus ſe facit in alia natura, & non in ſua, ſicuti ſe faciũt iſtæ res vitales de herbalibus. Sicut qui accipit ſpinam alicuius piſcis, & mittit ſubtus algoceram, & permaneat ibi per menſem, inueniet ipſam ſpinam vermen, qui eſt centipes: ergo benè probauimus, quod bene trahit homo de genere aliud genus, quod non eſt de ſuo genere.

Contradicentes dicunt, quòd res naturales mutari non poſſunt.

Sed ſunt alij philoſophi qui non concedunt hoc magiſterium, propter iſtam rem quam dicemus. Dicunt, quòd non eſt de re, cuius natura nõ eſt vt ſubſtineat ignẽ, quòd ignẽ ſubſtineat: & non poteſt fieri quôd rem coloratam diſcolores, & mutes eam in alium colorem, & permaneat in ſecundo colore, & nõ poſsit verti ad primum colorem: hoc qđ ſit in re naturali, quod non ſit vitalis, neque herbalis: quia primus color debet perſiſtere ſemper, & ſecundus color debet deleri, & reuerti ad primam ſuam naturam: & adhuc magis non poteſt fieri, quod tu mutes vnum colorem in alium colorem: qui nõ ſit de ſua natura, de colore, de ſapore, & de pondere viden-

dendo hãc diuerſitatẽ &nõ deſcẽdẽdo ab ea.

Solutio.

Dicemus eis rationem primã: Quia dixiſtis, quod nõ poteſt fieri, quod homo trahat de natura quæ non poteſt ſubſtinere ignem, naturam quæ ſubſtineat ignem, quę eſt de vitro: quia terra cito deletur ad ignem: & quãdo ignis diu tangit eam, efficitur fortis: quia non habet ignis vim ſuper vitrum.

Solutio de colore cum exemplo latonis & vitri.

Et dicemus eis rationem ſuper tinctură: Vos dixiſtis, quòd non poteſt fieri, quòd nulla res poſsit mutari de colore ſuo, & ille color quòd ſit perẽnis: ergo quid eſt, quòd cuprum quãdo miſcetur cum tucia efficitur in latonẽ? cũ mixtũ eſt cum capillis, efficitur aurum? & nunquam cuprũ amittit colorẽ illum quem recipit quando mixtũ eſt cũ tucia? ergo iam probauimus qd̃ colores poſſunt mutari, & magis durat ſecundus quàm primus. Modò dicam⁹ vobis rationẽ quomodo poſſunt mutari res cum omnibus naturis ſuis. Vos dixiſtis, quòd nulla res poteſt mutari ad aliam rem in colore, in ſapore, & in pondere: Ego probabo vobis, quòd poteſt in vitro, quia vitrum non eſt de colore terræ, nec de ſuo ſapore, nec de ſuo pondere: & niſi eſſet longum narrare multa, oſtenderem vobis rationes vt probarem magiſterium, & viſio auferet omnes rationes.

Quòd elixir tingit corpora, & non crescunt in pondere.

Et si aliquis garrulus dicat: Non potest esse verum magisterium, quòd nulla res quæ mixta est cum alia crescat in suo pondere: & hoc quod magistri dicunt, quod faciunt, qd miscent elixir cum cocporibus, non crescat elixir in ponderibus corporum, Dicemus enim, magis dabimus tibi, quod hoc noster elixir debet esse tingens patiens præparata & sic incorporanda cum suo corpore, & non crescat in eo surgens & sustinens omnes tentationes huius seculi: & ipsum semper existit bonum.

Ratio cur non crescit, & de tribus commistionibus.

Sed dicemus tibi: Cur non crescit in suo pondere? omne hoc quod miscetur cum alia re, miscet se cum aliquo de tribus modis: aut per mixtionem, quod nunquá possit diuidi, sicut tucia cum cupro: aut per mixtioné quę possit diuidi, sicut mercurius cum aliquibus de corporibus: aut per mixtionem de coniunctione, & permanet vnusquisque singulariter: sed iste elixir, qui se miscet cum corpore est cõmistio sicut tucia cũ cupro: & nõ augmentat in suo põdere, sicut crescit cuprũ de illa tucia: & hæc est ratio, quia tucia est res terrenalis, & nostra elixir est spiritualis:

quia

lis : quia reuertitur natura ſui generis ad aliud genus . Iam habes rationem per tincturam, modò dabimus rationem , vt poſsit reuerti de totis ſuis proprietatibus, ſicut de re dulci efficitur amara, de alba nigra, de leui ponderoſa : hoc eſt verbum impletum de omnibus ſuis proprietatibus. Si vis ſcire omne hoc, vide quomodo fit metallum : & ibi inueuies omne hoc quod tibi dixi. & non putes, quòd ego trahá id de ſuo genere ad aliud genus, & ipſum nó ſit ibi pvim: ſed eſt ibi per vim, & verè eſt ibi . Si ibi non eſſet , non poſſet mutari in illam naturam in quam mutatur. Et in hoc ſunt duo verba: vnum eſt, quòd verum eſt magiſterium: aliud eſt, quod non eſt verum . & ſi eſt verum, eſt ſicut adhuc dicemus. Sed non eſt verũ, & nó poteſt eſſe: quia inuenimus quòd tucia mutat cuprum in eodem modo , & vitrum efficitur propter longam decoctionem in ventre terræ. Ergo ferrum non poteſt tam citò diſſolui, quia parum eſt ibi de auro viuo. Ergo quis prohibet, vt nos non faciamus magiſterium quod ſit ſimile huic? Modò habes rationem quod verum eſt.

Adhuc dicam tibi rationem, quæ eſt fortitudo iſtarum rationum: cur valent magis lapides Gir q̃ alij? & ſulphur magis quàm alij, & vitrũ minus q̃ alij? Illi lapides ſunt precioſi, quia efficiuntur in loco calido cũ magno

ATENEO VENETO VENEZIA

calore. Et ſicut eſt magnus calor ex parte orientis: & ſicut locus ille vbi illi inueniũtur eſt proximus Soli, ſic valent magis lapides; hoc verum eſt. Et vitrum in quantum plus tangitur de calore Solis, tantum magis valet. Et hîe non eſt locus quòd loquamur de colore lapidum. Et ille lapis qui magis ſuſtinet ignem & alios labores, ille magis valet. & ſi quis ſciret experimẽtum lapidum, poſſet reducere, & facere deteriores bonos cũ ſapientia, ſicut faciunt illi, qui annulos faciunt cũ groſſo ſenſu in tinctura vitri, ſicut illi faciunt illam tincturam cum groſſo ſenſu: ſi haberẽt acutum ſenſum, facerent illam tincturam durare in omni tempore, & reducerent illam naturam ad naturam illius tincturæ. Sed modò vide, quòd lapis qui proximus igitur eſt, & coctus, & ſuſtinet ignem, & tardè frangitur, ille magis valet. Sic eſt de ſex quæ ſe elongant cum malleis: quia ille qui propinquior eſt Soli, ſuſtinet ignem, & frangitur tardè, ille valet magis, ſicut magis valet aurum arburiũ q̃ argentum, & argentũ magis q̃ cuprum, & cuprũ magis q̃ ſtannum. & ſtannũ magis q̃ ferrum, & ferrũ magis quàm plumbum. & peſsimi magiſtri ſicut mutant cuprum de colore auri, ſi eſſent acuti ingenij, poſſent facere ipſum cuprum aurum, ſicut dicemus in hoc libro. Et poſtquam diximus rationes ad hominem ſapientem, quod magi-

magiſterium eſt, diuidemus hoc capitulum de capitulo primo, de prima dictione, quod ſuperius diximus, eſt clauis totius magiſterij: & modò incipiemus capitulum ſecundum, & dicemus in ipſo, quòd non poteſt fieri, quin magiſterium ſit, ſi Deo domino totius mundi placuerit.

De tribus rationibus, & quanta eſt viſio quæ vincit rationes. Cap. II.

IN nomine, domini pĭj & miſericordis. Dixit Abuali Abincine: quia dixi, quòd ponerem illud capitulum, quòd non poteſt eſſe, quòd magiſterium non ſit verum: loquar in eo, & poſtea litigabo cum quo me oportet litem habere & contentionem. Modò dicam tibi, quare non poteſt fieri, quòd non ſit magiſterium. Si aurum & argentum non viderem, dicerem quòd nihil erat magiſterium. Sed quia video, credo & ſcio, quòd magiſterium eſt. & via rationis eſt in tribus modis: ratio Dialecticæ, & de Philoſophia, & ratio de ſophiſticis, & ratio viſionis: per rationem Dialecticæ, quòd non poteſt fieri quòd non ſit magiſterium, eſt de vitro, quòd poſtquam diximus, quòd aurum ſe facit ſubtus terram de auro viuo, & de auripigmento cum calore ſolis in centena annorum: & vitrum ſimiliter efficitur ſubtus terram cum calore Solis in centena annorum, & quando homo coquit terram ad ignem,

in paucis diebus facit eam vitrum: ergo non poteſt fieri, ſi nos miſcemus ſulphur & aurum viuũ, ſicut oportet, & coquamus ad ignem ſicut oportet, quòd non ſe faciat aurum, & magis ſi duas res miſceas procedit inde tertia, quę non erit de ſimilitudine illarum. Ergo non poteſt fieri, ſi nos miſceamus ſulphur cũ auro viuo, quòd inde non proce dat tertia res, quæ non erit de ſimilitudine illarum.

De *ratione Sophiſtica.*

Per rationem ſophiſticam dic mihi, croceum eſt mixtum de pauco nigro & multũ albo cum calore ignis & cum ſuis proprietatibus. Dic mihi quid eſt rubeum? Rubeum magis nigrum quàm album cũ calore ignis. Dic mihi, quid eſt Cineritium? Magis album quàm rubeum cum frigiditate aquæ. Ergo qui commiſceret omnes iſtos colores, qualis color procederet, vide: color auri per fidem, quam mihi debes, vide quomodo ſeduxi te: quia cum ore tuo dixiſti, quòd color auri eſt factus: quia tu ſcis quòd croceum cum colore eſt auripigmentum, & alius color eſt auripigmentum, & tertius aurum viuum. Ergo bene poteſt ſciri, quòd non poteſt fieri, quòd color auri non ſit per fidem quam debes domino. Si tu acciperes aurum

viuum

viuum, & faceres illud durum, & mutares de illo colore, cur non esset aurum? Verum est, si aurum viuum posset indurari. hoc non potest fieri sine ratione visionis. hoc vide. Sed bene scis, quia si tu siccas illam humiditatẽ, quæ est in eo, efficietur aurum.

De induratione Mercurij.

Accepit Abuali Abizalemi suum filium & misit eum in domum quandam, & accepit de plumbo alcofoli quatuor libras, de alio plumbo libras duas, de stanno tres libr. de auro viuo libram & mediam: lauauit cũ aqua salis, & bulliuit illud in aceto ter, postea misit illud in ouo anseris, & posuit in olla de ferro facta ad modum eius, & ita grandis, & soluit plumbum cum stanno in olla quadam, & dimisit ollam cum ouo desursũ, & bulliuit per viginti quatuor horas, & in hora duodecima discooperuit, & ostendit filio suo, & erat durum sicut mel, & in hora 24 discooperuit, & ostendit filio suo, & erat durum & album sicut plata: ergo modô habes tres causas, quòd non potest esse, quin sit magisterium.

Aristoteles de Lapidibus.

Inuenimus scriptum in lib. Aristotelis, quẽ fecit de Lapidibus, dicit: Duo lapides ia-

cent in ſtercore vnus fœtens, & alius bene odorans, perges, & parum appreciati in oculis gentium, ſi ſcirent gentes eorum valetudines, tenerent eos honorificè: ſed quia neſciunt illorum valetudinem, deſpiciunt, & dimittunt eos ſuper ſtercora in locis fœtentibus, & qui coniunget eos, ibi eſt magiſterium. Sed Ariſtoteles fecit eum ita obſcurum, vt nullus intelligeret.

Plato, quòd de eo & de filio ſuo erat magiſterium.

Et Plato dicit, Plato pater vnum de lo Salomares, quod quæſierũt ad illum alamure, ſi erat verum magiſterium: & ingreſſus eſt domum, & accepit filium ſuum paruulũ in collo ſuo, & dixit, per Deum dominum cœli & terræ, magiſterium eſt in meo filio, et de illo, et in me, et in ipſo: ergo oſtendit, quòd magiſterium erat verum. Et quidam philoſophorum requiſitus à diſcipulis ſuis, quid dicis in calce? Ipſe reſpondit: Si miſcetur ea in alutel, bona eueniet inde medicina. Ij dixerunt ei: Quid dicis in auripigmento? ipſe reſpondit: Si miſcuerint eum cum calce, incîdit capillos. Dixerũt ei: Quid dicis in argento viuo? reſpondit: Si fecerint inde vnguentum cum ſulphure emblancheto, mundat ſcabiem.

De

De Philosopho, qui dicit:

Qui accipit quod debet.

Et quæsierunt ab alio philosopho, quid dicebat in magisterio: dixit, quòd per Deum ego reuelabo vobis, & non negabo vobis: qui accipit quod debet, & miscet sicut debet, & operatur sicut debet, & tenet sicut debet, procedit inde quod debet procedere: & ita in physica, qui dat medicinam ægroto illam quam debet, & sicut debet, & quantam debet, exit inde quod debet. Vide ergo quòd nullus magistrorum, nec vllus philosophus sit, qui neget magisterium qui esset sapiens, & intelligeret intentiones, et ex parte Astronomiæ, sicut sunt septem planetæ: ita sunt illa quæ cum malleo se elongant, Saturnus, plumbũ, Iuppiter stannum, Marsæs, Sol aurũ, Venus aurichalcum, cuprũ Mercurius, aurum viuum Luna plata, et ideo misimus aurum viuum inter illa, quę se malleant quia indurescunt.

De argento uiuo, Sole, & Luna, & Saturno.

Sicut diximus, et dicemus in suo loco, aurum viuũ est humidum, et frigidũ, et calidũ, et siccũ: frigidum et humidũ per corpus suũ, calidũ et siccũ per spiritũ suum currentẽ per frigiditatẽ suam, et nigrũ propter colorem, nigrum et albũ nigredinem habet propter

corpus ſuum, albedinem per animam ſuam: ponderatum & leue ponderatum per frigiditatem, frigidum per corpus ſuum, leue per calorem, calidum per animam ſuam: in facie ſua habet nigredinem & albedinem: intra corpus ſuum contrarium frigidum in ſimilitudine, calidum interius: & qui vult eum durum facere, debet ſiccare ſuam humiditatem, & calefacere ſuam ſiccitatem, & redibit ſuum abſconditum manifeſtũ: & ideo, quia Mercurius habet magis de ſpiritu quàm alij Ideo locutus ſum amplius de eo quàm de alijs in hoc loco: quia adhuc loquemur in vno quoque corpore manifeſto, ſi Deo placuerit. Et ſicut Sol magis valet, dat fortitudinem ſuam vſque ad Saturnum, & deorſum vſque ad Lunam, & ita aurum eſt preciоſius omnibus alijs: & ideo, quia omnes res cœleſtes ſunt mixtæ cum terreſtribus, ita mittunt ſuam fortitudinem de ſurſum de orſum: quia fortitudo terrenorum fuit vt aſcẽderet ſuperius, & fortitudo ſuperius fuit vt deſcenderet inferius: & ſicut non poteſt fieri, quòd Saturnus non currat cum Sole in eodem ſigno: ita non poteſt fieri, quòd hoc magiſterium non retrahat de plumbo aurum. Sed intellige quod volumus dicere, poſtquam habes rationem, quod non poteſt fieri quòd non ſit magiſterium. Modò eſt tempus vt finiamus iſtud capitulum in

hoc

hoc loco, & habebimus dicta duo capitula de noſtra dictione prima: & loquemur de rationibus bonorum philoſophorum & de prę teritis, & præſentibus in libris eorum per rationes directas, ſi Deo placuerit, & ipſe cuſtodiat nos de errore.

Diſputatio cum Geber de lapide.

Cap. III.

IN nomine Domini, dixit Abuali Abincine: Incipiam dicere in capitulo tertio rationes cum Geber Abinhaen, qui fuit magiſter magiſtrorum in hoc magiſterio. Dicemus verba Geber planè. Ille dicit, petra non eſt petra, leuis petra: non diligunt eam gentes. petra inuenitur vbique: petram non habent reges: petra inuenitur in harenis: qui accipit eam, et diuidit per quatuor elementa, & facit ſicut ipſe dicit, habet bonã elixir. Ego probabo per ſuum magiſteriũm quod mentitur, quia in tali magiſterio nemo debet verecundari. Ille dicit, quòd accipiat homo de petra quod non eſt petra, & herba eſt aut beſtia: & ille dicit petra eſt leuis, & inuenta eſt in ſtercoribus, & poſtquam ibi inuenitur, nõ eſt arbor, & herba eſt, beſtia eſt, & non poteſt viuere poſt vnum annum, & non efficitur in ſtercoribus niſi de putredine ſtercorũ: Poſtquam ipſe dicit, petrã nõ diligunt homines, non poteſt eſſe qd herba ſit: quia gentes comederẽt omnia, aut diligerẽt, aut ſi eſſet me-

dicinalis, quis diligeret eam? Ille dicit, petra, iactata in ſtercore, & poſtq̃ eſt iactata in ſtercore nõ eſt herba: qa herba nõ poteſt diuidi per quatuor elemẽnta: qd̃ ſit piecta in ſtercore, & nõ ſit arbor: ergo nõ põt eſſe arbor nec petra, remanſit beſtia. Hle dicit qd̃ eſt cara apud reges, & leuis apud paupes: & iam diximus qd̃ nõ põt eſſe beſtia in ſtercorib. q̃ duret xij. menſibus in antea: ergo qũo poteſt eſſe, qd̃ iſta beſtia ſit cara apud reges, & leuis apud pauperes? Ille dixit, petra inuenitur in arena, & non poteſt eſſe qd̃ beſtia viuat in arena. Ergo diximus, quòd petra de Geber Abenhaen nõ eſt herbalis, nec petralis, neq; ſpĩritualis per iſtas rationes quas diximus: & rationes non dixit, niſi vt obſcuratũ eſſet legentib. & per impinguare corda hominũ, & per cõuertere de gracili groſſum, & de aere qui aſcẽdit ſurſum, vertere deorſum. Sed omnes ſapiẽtes intelligũt res de reb. & verba de verbis: quia nunq̃ Geber Abenhaen voluit hæc verba dicere, vt homines intelligãt. Sed dixit ea, vt turbaret corda ſapientũ, & adhuc magiſter dicit, qd̃ de ſua alexir ſi darẽt fęminę prę gnãti, de fęmina efficeretur maſculꝰ. Et dicit de ſua alexir, Si quis ſepeliret in quatuor partibus alicuius ciuitatis non ingrederetur ibi neq; rata, neq; raton, neq; alia res polluta: Et dicit, quod ſi de illa alexir biberet æger, quãcunq; infirmitatem pateretur, ſanaretur. & dicit de talibus verbis & ſimilib. de quibus oẽs

libri sui sunt pleni. & hoc non dicit, nisi propter obscuritatē magisterij. Et omnis sapiēs intelligit hoc, cur ipse dicit & tentāt hoc stulti, & nō inueniūt: & tentant sapiētes, & inueniūt: qa ille dicit, qd ad indurādū mercuriū misceant de alchazara, & grana de mirtis, & marchasitā de auro & argēto. & hoc nō capit sensus hoīs: qa ipse miscet cū via bona malā viā. & nemo intelligit nisi sapiēs, qui sciat eligere malū de bono, potest cognoscere suā falsitatē: Ego nō dico qd petra nō sit herbalis, aut petralis, aut bestialis: nec nego qd sua alexir non reddat de fęmina masculū, & cætera q̄ diximus nō faciat, & nō est mihi graue nī si p hoc, qd vult coopire oculos gētiū, vt nō videāt, & corda eorū vt nō intelligāt: qa hoc quidē ipse dicit, qa mittat homo de alexir in quatuor partib. ciuitatis, & null⁹ eô ingredietur: hoc vult dicere, qd in nostro magisterio, qñ aliqs mittit ibi de quatuor elemētis, p rationē nō nascetur ibi aliqd falsum: & hoc qd dicit, quòd si fœmina pręgnās bibat de sua alexir, reuertetur in masculum, verū est: hoc est qd dicit. Et nota, qd si aliquis mittat de nostra alexir sup lunā efficietur aurū: sed oīa verba sua nō exponemus quia nihil valēt, & sunt vana, & ideo dimittimus. Sed hoc quod dicit de præparatione ouorum, capillorum, operare tu cum isto lapide, & operabor ego cum meo, & valebit magis opus meum

quàm tuum: & ego iactabo vnum ſuper mille, & valebit magis quàm tuum. Hoc non dicit, niſi vt ſeducat homines, quia ſuum opus & aliorum opus vnum & idē eſt. Et hoc qđ dicit per vitam domini noſtri nō opereris cū auro viuo, nec cum auripigmento, nec cum ſale armoniaco, nec cum ſulphure, nec cū aceto, nec cum aliquibus de ſalibus, nihil eſt: quia totum hoc dicit vt ſeducat gentes: & ſapiens homo bene intelligit ſua verba, & propter dilectionem quam habeo, curo vel dico verba iſta, & expono ea: quia tu potes explanare totum librum huius magiſterij, & intelliges librum de Geber & ſuorum ſociorum. Et modò finiam in hoc loco hoc capitulū: & dicemus in hoc capitulo 4. primę dictionis: & dicemus ibi rationes Iahię Abindinon: & Deus laudetur.

Diſputatio cum Iahie Abindinon. Cap. IIII.

IN nomine Domini: Hoc eſt initium capituli quarti. Dixit Abuali Abincine de Babylonia. Quia dixi, quòd ponerē iſtud capitulum in rationibus de Iahie Abindinon, incipiam cum virtute domini, & dicam, qđ Iahie Abindinon facit in libris ſuis, & tenuit viam meliorem quàm fecerit Geber Abenhaen. quia Geber Abenhaen dixit obſcurè, & Iahie quod dixit, dixit planè. Quod dixit, Accipe de ſulphure, & de auripigmēto, & de argento viuo, & de ſale armoniaco, & de ſal gemma,

gemma,& vitreolo,& de ſale alcali,& de alumine, & de aceto, & de ſex quæ ſe elongant ad malleum,quę ſunt aurum,argentum,plũbum,ſtannum,cuprum,ferrum,& vrinam,& capilli,& oua,& ſanguis,& fortitudinem, & ſtercus equinum,& ſal cõmune, & vitreolũ: & non dixit quomodo prępareˉtur,ſed dixit, accipe hoc,miſce cũ hoc, & eueniet tibi hoc, ideo dicimus contra ipſum:quia inuenimus in libro ſuo,quòd miſcuit res cum quib. non oporrebat,& dimiſit quędam,quæ erant neceſſaria.& adhuc maximè errauit, quia dixit in ſua elixir,tingit cum tinctura,& dixit in libro Sponſalitij,hęc alexir nõ tingit cum tinctura, ſed magis tingit cũ alia virtute,& hoc verbum cum primo verbo videntur contraria,ſed non ſunt. Si ita diceretur, hæc alexir tingit cum ſua tinctura quę eſt manifeſta,plane diceret:ſed homo ſapiens intelligit verbũ de verbo.Et adhuc inueniunt in libro ſuo vbi dicit, hic lapis eſt bonus ad ſponſalitium, & nutrit eum in ſponſalitio,& dicit in capitulo Lapidarij,hic lapis non eſt bonus ad ſponſalitium, & ſunt verba cum alijs verbis contraria, & totum hoc non inuenies in libro meo.& finit capitulum quartum,& incipit capitulũ quintum,ſi Deo placuerit.

Commendatio de operibus Abimazere Alfarabi. Cap. V.

IN nomine Domini dixit Abuali Abincine: Iam diximus vsque modo in capitulis primis, modò dicemus in hoc capitulo rationes quæ sunt in libris Abimazer Alfarabi. Abimazer Alfarabi fuit de magnatib. qui in hoc fuerunt magisterio, & ipse illuminauit multos cæcos, & reuelauit multa obscura, & aperuit multa sigilla: & quomodo poterimus malum de eo dicere? quia omne quod scimus ab illo habuimus. Et ipse est naturalis magister noster: ideo dicemus hîc suas rationes cum consilio suo, & de magisterijs suis de quibus operatus est: non vt vilipendamus eum, nec dicamus malum de ipso: sed vt reducamus ad memoriam: & laudemus eum, sicut facit bonus discipulus bonum magistrum. Ideo prȩcipio & dico tibi fili Abinzalemi, quod legas frequenter in libris Abimazer vbicunque inueneris eos: quia non inuenimus meliores. Et incipiam cum virtute Domini, & dicam opera sua & magisteria cum cõsilio suo si placuerit. Dixit Abimazer Alfarabi in libris de principio mũdi, vbi locutus fuit de vij. Planetis, in dictione vbi dicit, Quid est post naturam? dicit petra, quam philosophi absconderunt, dixerũt eam tribus modis: & ita prope dicit Abimazer

zer in loco in quo tibi dixi. Sunt de philoſophis qui dicunt, quòd petra eſt herbalis : & alij qui ducũt quòd eſt naturalis, & alij dicũt eam eſſe vitalem, ſiue animalem, ſecundum quod mihi videtur, & probaui. Petra herbalis ſunt capilli, petra naturalis oua, petra animalis ſanguis humanus. Sed ſicut ratio oſtẽdit & viſio, hæc ſunt penè abſtracta de philoſophis : ſicut Haramuge dixit, quod accepit filium ſuum in collo ſuo, & iurauit per Dominum cœli & terræ, lapis eſt de me, & in ipſo. & quando dicit de me, intellige fortitudinem ſeculi : & quando dicit in illo, capillos, & ſanguinem, & (ſicut Geber dicit) petra quæ non eſt petra, quæ inuenitur in fimis, illa eſt petra philoſophorum: & vult dicere propter capillos, ſicut dixit Ariſtoteles, duo lapides inuenti ſuper fimos : vnus reddit odorem bonum, alius malum : vnus eſt ponderoſus, alius leuis, & ſubtilis in oculis pauperum : ſi cognoſcerent ſeruarent : Illi ſunt lapides philoſophorum, ſi quis agnoſceret nunquam indigeret : hoc eſt dicere, propter capillos, & oua : & ita Maurienus dixit, Noſter lapis pretioſior alijs lapidibus, & in omni loco inuenies abſconditum vbi prudenter inquiſieris : Hoc eſt dicere, propter ſanguinem. Et quando dicit, in omni loco eſt: hoc dixit, quia eſt in corpore hominis : & quia eſt in omni loco in

ventre: hoc est dicere, quia est vbi non est, & nullus fuit qui nec per signa, nec aliter diceret, nisi ꝓpter hos lapides. Si tu accipias eos & diuidas per quatuor elementa, & laues, & prępares sicut oportet: & facias sponsalitiũ sicut prudẽs homo facere debet, inuenies magisterium. Et non labores de auripigmento, nec de sulphure, nec de salibus: hoc est verbum Abimiger. Et adhuc magister dicit in eodem loco, vbi dicit de vij. planetis, & significat per septem quæ se elongant. Dicit cur est Saturnus frigidus & siccus, & luna frigida & humida: frigiditas in vtroque bona est, quia si non esset propter frigiditatem Saturni, tantus esset calor solis, quod combureret omne quod esset super Saturnum. Et in eodem modo sicut diximus per Saturnum, de super sic dicimus per Lunam, quæ est inferior. Sed cur est Saturnus siccus, & Luna humida? ideo est, quia Saturnus est prope species, & Luna iuxta aquam & terram: & hanc rationem eandem dixit per alios quinque planetas. Et non diximus in hoc loco hoc verbum, nisi vt sciamus quòd plumbum est contra Lunam per partes humiditatis, & est contra solem ex parte frigiditatis: ideo est leuis ad intelligendum ex qua parte volueris, sicut siccitas est super solem, ita humiditas est subtus solem: & ideo dicit quòd Mercurius indurat, & est leuis ad tornandum in

qua

qua parte volueris:& hoc eſt primũ verbũ; & intellige. Modò dicam in operibus Abimeger ſicut ipſe operabatur,& videbatur operari per incorporata,& non per alexir:& perficere opus per vim de curſibus, & non de Spiritibus:quia vis curſuũ eſt per incorporata, & vis Spirituum eſt perficere cauſam,quæ non eſt in eo per viſionem,& eſt in eo per naturam:& ita dixit,quòd nullus operaretur cum auripigmento & ſulphure & ſalibus de alexir,ſed ad incorporandum poſſunt ibi mitti.Et modò incipit dicere incorporamentum de Abimazer Alfarabi, ſi Deo placuerit, vſque quò miſcuit captionẽ cum perfectione cucurrit, quòd Deus facit res de non re, & ita qui mortuus eſt,non viuet, ſi Deo placuerit.

Opera Abimezer Alfarabi ſunt hæc.

In nomine Domini: dixit Abimezer,accipe de auripigmento,& tere,& mole bene,& immiſce ſalem armoniacum,& mitte in alutel per vnum diem, & habebit coloré ſicut de auro,& reiteres ad terendum cum ſale armoniaco ſoluto, & incorpora cum auro viuo indurato, & cum fimo Saturni & Iouis: & lauato poſtea cum aceto & ſale armoniaco, & habebit colorem ſicut argentum, & nullus homo peterit diſtinguere inter illa.Sed ſi vis eum incorporare cum cupro,i-

tem aurùm viuum &auripigmentum, ſolue & infunde cuprum, & proijce ibi de colore vel fermento lunæ, & dimitte eum infrigidari, & dixit de talibus incorporamentis, ſed cum iſtis, quę diximus ſatis habebimus: quia bonum ſenſum habemus.

Reprehenſio de operibus Abimezer Alfarabi.

Dixit Abuali Abincine. Hic magiſter dixit incorporare, & non dixit quantum oportet mittere de vnoquoq;, & modò dicam ego per mandatum ſuum, & reducam ad memoriam. Debet primùm mittere de auropigmento ʒ. libras, & quando erit ſublimatum quòd reuertatur ad libram mediá, et debet eſſe aurum viu. libra, et cadat auripigmentum in tribus quintis, et aurum viuum in duabus quintis, et ad colorem de cupro incorporādo debet eſſe vna libra, et aurum viuum præparatum et coloratum alia libra, et de cupro libra et media, ita quòd aurum viuum et auripigmentum veniát in ſeptenis, et cuprū in tribus: et pondera colorem cum atramuſces, vade per hunc ordinem et ſtringe ſtannum, et albifica eodem modo.

De lapide.

Modò dicemus ſuper magiſterium ſuas rationes. Et ille dicit, noſter lapis multū laudatur à magiſtris, et eſt probatus, et eſt verus

rus, et disputatur secūrè de eo per rationes sensus visionis, sicut ignis viuit de aere, et aer est de liniamento aquæ, et aqua est de liniamento terræ, ita est lapis noster, ita diuidatur in quatuor elementa. Intellige, quia bene intellecta est petra nostra, et fecerunt ibi multa verba superfluitatis, quæ dimisimus.

De filio qui non intelligebat superflua quæ dixerat pater.

Dixit Abuzalem ad Abulai patrem suū: ego nō intelligo prędicta superflua verba, sed dic mihi, verbum quod intelligere possum: quia non possum sustinere ista verba philosophorū acutissima: & sicut promisisti mihi, ostende magisterium, & dimitte aurum viuum, auripigmentum, & dic mihi prius magisteriū. Dixit Abuali non potest dici bonū magisterium absq; bonis rationibus: bonus magister nō potest esse nisi sciat omnes rationes: quia non oportet scire, cur lapis noster diuiditur in quatuor elementa, & nos accepimus parum de eo, & proijcimus super corpus, & solem facit siue lunam. hoc non potest fieri sine præparatione & sublimatione corporis: quia suæ partes minimæ non possent ingredi, nisi in minimis & subtiliatis partibus corporis. Ideo diuisimus quòd præparemus suā materiam, & facimus eā primā,

& diuidamus in quatuor elementa, et mittamus de vno minus, et de alio magis, secundum rationem, et vt possumus iustè præparemus, et in ipsa hora incorporat se cum corpore, sed antea non poterat propter multam grossitiem, quæ in ipso corpore erat. hæc est vna ratio de rationibus, cur diuiditur lapis in quatuor elementa.

Cur lauantur corpora.

Modò dicamus, cur lauamus corpus, et accipiamus modestè cuprum. Nos lauamus primùm, vt auferamus immunditiam eius: nos facimus eũ calcem, vt attenuemus suam materiam, vt possit reuerti de grosso in leue: nos lauamus cum aquis fortissimis, vt reciperet humiditatem, quam perdidit in calce: et de siccitate aquæ, quæ est in eo: nos induramus, et inceramus, vt sit leuis, vt possit reuerti de vna materia in aliam: et nos sublimamus eum vt magis attenuetur materia illa: nos miscemus cum auro viuo, vt præparetur magis sua materia: et omne hoc non facimus, nisi vt habeamus aurum viuum, et sulphur de illa materia de qua aurũ et argentum efficiebatur subtus terrã: nos mittimus ignem ei cum nostris viribus, et ignis noster penè siccus est, et est ad aurũ: et nos mittimus ibi fermentum de illa materia

quam

quam facere volumus, si est ad aurũ: si est ad argẽtum, argentum. Et mittimus pacẽ inter inimicos, cùm nõ sit inimicitia in nostro magisterio: et damus vnicuiq; de lapide quem diligit. totum hoc, per facere materiam super terram in paucis diebus, quam natura faceret in ventre terræ millesima annorum: ẽt hoc totum non est, nisi per magnam sapiẽtiam: et ideo habemus necesse, vt sciamus rationes vniuscuiusq; magistrorum, vt sciamus eorum magisterium, et non reuertamus verba super illos, nisi vt manifestemus verba eorum, scilicet super Geber Abenhaen, et Iahiæ Abindinon, et Maurienum: super istos debemus reiterare, et Deus laudetur.

De magisterijs Abimezer Alfarabi, de indurando mercurio.

Modò dicemus de magisterijs Abimezer Alfarabi, et istud capitulum est suum: et ipse tractat de indurando mercurio. Accipe de mercurio duas libras, et laua, et bulli per 3. dies in aceto et sale, et mitte in alcutia angusta et rotunda in furno per diẽ et noctem. Et dixit super hoc has duas causas. Aurum viu. non ponderatum nil valet: aurum viuum non assatum nil valet: aurum induratum necesse est vt bulliat, cum aceto et sale lauetur. Postea dixit, quòd abstrahat homo, et mittat

in modum vasis ferrei factum admodùm testę oui, foramina habentis in latere: & recipiat fumum Saturni & Iouis mixti ad magis per triginta sex horas, ad minus per 18. Et sunt quidam magistri, & egomet Abuali dixi, quòd necessaria erat testa oui, & nihil est, & volui dicere propter vas ferreum factum ad modum testę oui: quia testa oui nil valet.

De præparatione cupri.

Qui vult præparare cuprum, abluat primùm cũ aceto & sale, & faciat inde tabulas admodum ollæ in grositudine digiti, & habeat de sulphure sublimato, & de sale armoniaco sicut opus est, & faciat calcem sicut ratio postulat, et inceret & induret, & fermẽtet & desponset sicut ratio est, & præparet alexir, sicut ratio est. Et non dixit modum præparádi, nec pondus, sed si deo placuerit, nos dicemus, vt intelligatur in hoc libro, & illuminabo omnes cæcos, & soluam omnes catenatos, & nullus homo ita planè locutus fuit sicut & nos, si Deo placuerit. Et intellige, modò finiemus capitulum istud, & incipiemus capitulum sextum dictionis primæ, si Deo placuerit.

Disputatio contra Maurienum.

Cap. VI.

In nomine Dei Regis regum: Dixit Abualis Abincine, senior honoratus: quia dixi, quòd ponerem istud capitulum sextum in ratio-

rationibus cum Maurieno, faciam hoc cum virtute domini. Maurienus fuit homo regis Versusaha: & fuit multum acutus & subtilis sensus: nisi quia in suis libris dixit multa mẽ dacia. Ipse dixit, lapis magistrorum non sunt capilli, & vult intelligere per capillos lanã, id est capillos omnis bestiæ præter hominem, & qui bene legit, intelligit hoc quod dicit propter capillos hominum. Et dixit, noster lapis non sunt capilli: hoc dixit vt non intelligerent homines, & adhuc magis dicit in alio libro, in quo loquitur cum rege: dicit, non opereris de capillis, & non opereris de ouis, nec de sanguine: quia non est ibi vtilitas: operare cũm nostro lapide, & inuenies magisterium. Et dixit hoc, vt homines non intelligerent, & excæcaret oculos eorum, vt clauderet seras eorum: & hoc dixit sicut philosophus, qui quandoq; per affirmationem intelligit negationem, & ecõuersò: & ita fecit Maurienus: dixit regi, quòd ipse non operetur cum prædictis lapidib. & fecit eum intelligere, quòd cum eis operaretur.

De sanguine.

Modô loquemur de sanguine, de quo Maurien. locutus fuit in paruo libro, quẽ fecit regi propter memoriá: vbi dixit, Accipe de lapide rubeo multũ, & sit talis qđ non inuenia tur in omni tẽpore ille fluit, et est cõgelatus, calor eius sicut calor, & diuide p 4. elemẽta,

et sic maior pars terræ, et præpara, et de hoc sit tua alexir, et adhuc dixit Regi.

Quòd alexir est mixta de vij. naturis.

Noster puluis de nostra alexir est mixtus de septem naturis, scilicet, de calore, de frigore, de siccitate, de humiditate, de leuitate, de ponderositate, et de paruitate: et iste lapis vnde est ista alexir efficitur, et non est aliud nisi sanguis, et non intelligas aliud, quicquid alij dicant. Et quomodo potest esse, quòd Maurienus diceret veritatem: quia ipse dicit propriè, non est necesse vt corpus lauetur: et calcem aliquam non dixit de aliquo magisterio: propter hoc conuenit, vt contẽdamus cum eo: quia in tantum voluit abscondere rem, quòd nihil per suum librũ non incedas: quia interficiet te ille, qui quantum dicit, nihil dicit nisi tantummodo sibijpsi, et qui se cum ipso intelligit. Et dixit, quòd qui accipit aurũ viu. et miscet cum fel le hominis, indurescet, et super hoc nõ dixit rationẽ, et dixit: accipe saturnum, et solue: et fac foueá in cinere, et imple de mercurio, et cooperi cum cinere, et super Saturnum proijce, inuenies mercurium induratum, pulchrũ vt argentum: et dixit, laua mercurium, et erit argentum: et ille dixit colores multos ad lapides: et nihil valent.

Quòd

Quòd filius reprehendit patrem de vituperio magistrorum, & responsio patris.

Dixit Abuzalemi ad Abuali patrẽ suum: cur nihil valet, & cur laudes magistrorum despicis? & cur cõtemnis illos? Dixit Abuali: Fili, si tu intelligeres sicut ego facio, tu scires quæ ego contemnerẽ: & quæ ego laudarem: quia ratio est, quòd dicas, lapis tingit, & lapis non tingit: lapis leuis, & lapis põderosus: vnũquodq; illorũ dicitur propter magisterium, & qui intelligit: & ideo non elongabo verba mea cum Maurieno: quia ipse non fuit tantæ auctoritatis, quòd ego interponam verba mea in hoc meo libro: ideo dicemus multa verba in hoc capitulo, si Deo placuerit, quæ refero Deo creatori cœli & terræ, qui misit in lingua sapientiam ad loquendum mirabilia sua.

Contemptus marcasitæ.

Marcasitá de auro & argento non mittit vllus sapiens in sua alexir: quia alexir opus est vt sit tingens alexir cum colore suo: & non augmentet in pondere: quia debet esse spiritus, & non corpus: & si quis mitteret marcasitã augmentaret in pondere: quia marcasita est corpus, & nõ est spiritus: & sic de omnib. rebus quæ non sunt spiritus. Maurien. dicit quòd operetur homo de stanno ad album: & hoc non videmus nos de consilio nostro: non ideo quòd non habeat vim in magiste-

rio vt fiat album : ſcd quia eſt graue ad faci-
endum, & ſemper erit peſsimum opus, quá-
uis ſit ibi ſubtile magiſterium : & ille dicit,
quòd accipiat homo beſtiam quam abſcon-
dit per lapidem, & frangat per partes viuam
aut mortuam. Et dicit in alio loco, ſi mortua
eſt nil valet : ergo non poteſt eſſe de aliqua
beſtia, quòd poſtquam diuidatur per partes
non moriatur : & hoc non dixit niſi propter
ſanguinem hominis, & non de alio ſangui-
ne: quia ſanguis eſt beſtia, & hoc quod dicit,
frangitur per partes exiſtens viua, hoc eſt
quòd ſanguis quando egreditur de corpore
pars quædam congelatur, illa quæ magis eſt
terrenalis, et vult dicere, viuam de homine
viuo. Et hoc quod dicit, ſi mortua eſt, vult
dicere, quòd de homine mortuo nihil valet.
Et in libris ſuis inuenies multa talia, in qui-
bus vnum mittit pro alio, & tu debes ſuper
hoc ſubtiliter intelligere, quò non ſeducat
te ille, vel alij.

Nomina magiſtrorum iſtius artis.

Modò dicã tibi fili Abuzalemi, qui fuerũt
magiſtri, quos ego audiui, aut vidi, et ſunt
vſq; in hodiernum diem, à quibus multa po
teris addiſcere. Et elige ex eis bonos ſiue ma
los, Adam, Noe, Iariz, Aramus, Squiliaru-
piz. leuf. nullum prophetam dicam tibi. Rex
Galud de Babilonia, Rebilogar bebazuria,
Iſaac Iudęus de moiros, Ombre abelhata, a-

liàs

liàs abnabitalui. Et ante iſtos alij gentiles. Aramus medianus et alius vltimus Zucrat. Bucras flatõ: Clarõ, Pliuus, Zaib, Zubaibar, Ariſtotel. Alexander, Coſta fildeluca, Batlanunz, Geber, Abenhaẽ, Abimezer Alfarabi, Iahię, Abendenon: Mahomet de Razi. Pizagros, Nitafors, Abul, Caradiſſe, Maurien. Iacob Almonũ. Abumazar, Albateli, Alaua, Rezini, Cotahiua, Higer, Gebẽ, & multi alij, qd̃ tibi dicere non potui: de Chriſtianis Iohan. Euangeliſta, Prior alexandrię, Garſia cardinalis, Gilebert Cardinalis Hug. apoſtolicus vel vniuerſalis archiep. Penus monachus, Durãdus monachus, Virgil. almortid, Dominicus, Egidius, magiſter hoſpitalis Ieroſolomitani, qui traxit librũ de 125. lapidibus, Epiſcopus Antroicus, Dominus de põderibus. Et iſte epiſcopus docuit me magnũ magiſterium in Africa: & dixit quòd acciperem aurum viu. & ſublimarẽ duabus vicib: vt facias viuum, infunde illũ in ſale: & mitte eum in ſtercore humano, & maneat ibi per 2. dies & olla ferrea. Et in hoc magiſterio eſt ſenſus magnus: & apoſtolic. Dominicus docuit me ſuper hoc duas res: vnã ad indurandũ, & aliã ad incerandũ. Indurare eſt quòd miſceas cũ rebus bene calidis multũ frigida: ideo vt frigidum faciat intrare calidum, ſicut ſal acetum diſſoluendum. Non miſceas rem frigidam, ſed calidam, ſicut vrina & ſal, et

& primùm quòd me docuit Episcopus est ad indurandum mercurium, & omne hoc di co ad vtilitatẽ tuam: eò quòd scias magiste-ria hominum. Et Iacob alhartarne Iudæus docuit me multas res, qui erat acuti ingenij: & adhuc dicam tibi, quòd me docuit, Deo volente, corrigo te. Si tu vis naturaliter esse philosophus, dico tibi per sensum, & ex parte legis vbicunq; sis: quòd audias hominem sapientem, vt eas & discas ab eo cuiuscunq; legis sit: quia lex & prophetæ dicunt: Non interficias, nec furtum facias: non facias for nicationem: quod tibi vis alij velis & ne sis maledicus. Modò finiemus capitulum istud. & finitum est, Deo gratias. Modò incipiemus septimum.

Disputatio contra Abubacher, & de commendatione Rasis. Capitulum VII.

In nomine Domini: Dixit Abuali Abincine: Quòd dixi, quòd mitterem istud capitulum vij. in rationibus cum Abubechar Mahomet Abnebezacharia Arazi, faciá, si Deo placuerit. Arazi fuit homo sapiens multùm, philosophus acutus, & traxit multos libros in philosophia, & in hoc magisterio: & dixit veritatẽ sine obscuritate, non vt seduceret, & docuit mercurium indurare, & de toto magisterio, & de directa alexir, & lapidem verum: & est multum de voluntate nostra.

Si tu

Si tu inuenies de libris ſuis, lege eos: quia multa bona inuenies ibi: quia ille tenuit in libris ſuis viam philoſophorum: ideo dicemus in hoc capitulo de ſuis dictis, ſi Deo placuerit. Ille dicit ad mercurium indurandum.

De induratione mercurij, & de mutatione naturarum.

1 Laua mercurium cum aceto, & ſale, & buli per 2. dies, & noctem vnã, vt recipiat ſiccitatem: mitte in alcutiam, & mitte, & imple in furno communi, vt aſſetur per 3. dies, & hoc facias in die & in nocte: poſtea bullias alia vice cum ſale & aceto ter, vt colligat ſiccitatem, fac ei vas ferreũ admodum teſtę oui, & & imple de eo p foramen quoddam anguſtũ quod ibi facies, & cooperi foramen cum terra magiſterij, & habeas in alia olla ſolutum de Saturno & Ioue, & de aqua aquilę mittes in vaſe illo, vbi mercurius eſt: poſtquam ſolueris Saturnum & Iouem, pone ollam ferream deſuper, vt recipiat totum fumum, & ita indurabitur mercurius. Et aliter oſtendit adhuc, & dicit, quòd debes ſcire naturam lapidum, & fortitudinem illorum, & qui ſit, & cui ſit amicus ſiue inimicus & vt operaris cum magna ſubtilitate, & no eſtimanter, & quòd agnoſcas hoc quod facies, & groſſum facies gracile & ponderatum al-

leuia, & mollifices aſperũ, & dulceſcas amarum, & cum hoc habebis magiſteriũ. Dixit Abuali hoc, quod dicit groſſum facies graci le, vult dicere, quòd corpus, quod eſt de groſ ſa materia, facias primùm vt fiat ſpiritus, ſicut facimus de auro & argento, fermentum: & quod dicit alleuia ponderoſum, vult dicere, quòd res, quæ eſt de groſſa materia, quòd facias leuem, ſicut facimus plumbum & cuprum ſublimatũ: & quod dicit mitiga aſperum, vult dicere, quòd facias de materia aſpera leuẽ, ſicut facimus de metallo & plũbo alcofolis currẽte: & hoc quod dicit dulceſce amarum, vult dicere, quòd res, quę eſt de amara materia facias dulcem, ſicut facimus de ſtanno argentũ: hæc eſt quinta pars verborum ſuorum, & adhuc magis dicit.

De commixtione duorum lapidum, & de additione tertiæ.

Accipe de petra naturali, & de herbali, & de ambabus facias vnam, & diuide per 4. elementa: & hîc ſit vna petra, & in alio loco dicit, quòd tertiã petram miſceas cũ illis duabus, & ſit vna, & illum lapidem diuides per quatuor elementa. Dixit Abuali: hîc commixtio videtur mihi quòd habet magnum ſpiritum, & eſt multum acuta: & primũ, quia in commixtione rerum habet magnam obſcuritatem, quam non poſſunt intelligere homines: & non eſt mirum ſi dixit res obſcuras,

ſed

ſed vt mihi videtur hoc nō dixit, niſi per fortitudinem alexir ad corpora groſſa, ſcilicet ferrum, metallum, ſtannum & laronem: iſta alexir eſt bona ad iſta corpora, & adhuc magis facit iſta alexir, quod non dixit ille, ſcilicet vt proijcias de iſta alexir parum in multo corpore. Et dixit aliud verbum, quòd in præparatis corporibus capiūt ſpem ſtatim: non propter hoc dicit, quòd capiunt ſpiritus in corporibus non præparatis, ſed plus confeſtim capiunt in præparatis corporib. & meliora fiunt corpora, & minori fermento indigent, & minus intrat in illo corpore de alexir: & adhuc magis dixit in manibus medicinarum: dixit materias vniuſcuiuſq; planè: ita quòd omnes poſſunt eas bene cognoſcere. Et dixit, quòd marcaſita de auro, nec de argento non eſt bona ad miſcendum: & ille laudat ſtercus equinum multum ad hoc magiſterium, & eſt neceſſe in hoc magiſterio: quia dixit, quòd eſt bonum prædictum ſtercus pro lauare, & ad fermẽtum, & ad alexir, & ad mercuriuin indurandum: & intrat multum in hoc magiſterio: quia in hoc ſtercore ſunt contrariæ fortitudines, ſcilicet caliditas, ſiccitas, & humiditas: & ideò eſt bonum ad indurandum & mollifican dum, & ad ſoluendum, & ad indurandum cum calore & ſiccitate, ad mollificandum cum calore & humiditate, ad ſoluẽdum per

nimiam frigiditatem, quæ in eo est & humi-
ditatem: ideo magis prodest nobis hoc ster-
cus quã aliud: & quia est propinquius equi-
tati, propterea hoc stercus est melius omni
bus: & præter hoc stercus ipse mittit ibi for-
titudinem seculi: & neminem magistrum i-
bi audiui hoc dicere, nisi ipsum solũ: & vidi
quòd ipse iustè dicit, & sapienter, & subtili-
ter, & non credebam donec tentaui in fer-
mentum & in alexir, & indurãdo mercurio,
& in alijs magisterijs: & fermentũ auri est bo
nũ, & in multis magisterijs nominatur, hoc
est verbum Abuzatri Arazi: sed in sequenti
capitulo ostendam tibi qualiter debet inue-
niri fortitudo seculi: Iacob Abiani Iudęus o-
stendit mihi valetudinem fortitudinis: acci-
pe de fortitudine seculi vnciam 1. & de cu-
pro pręparato x. vncias, & de auripigmento
pręparato, & sublimato 3. vncias, & commi-
sto & soluto habebis aurum medianum. Po
stea docuit, vt mittamus ibi de fermẽto boni
auri octauam partem vnciæ, sed esset acerri-
mum, & non posset operari, nisi mitteretur
in aliquo modulo, & multa alia ostendit: &
modò finietur istud capitulum.

Disputatio cum illis qui negant magisterium.

Capitulum VIII.

In nomine domini, dixit Abuali Abincine:
ego dixi hoc capitulum 8. propter illos qui
negãt magisterium: quidã negabant, qa non
pote-

poterat operari in diebus octo. Alij negabãt, quia ſine colore erat: & qui negabant de octo diebus, hæc erat ratio: quia videbant ſoluere argentum ſcamam de terra deſuper, & dicebant, quod ipſa ſcama oſtendebat, quia argẽtum non poterat operari niſi per centena annorum. Nos dicemus eis, quod nõ poteſt coqui in ventre terræ: & quando ſoluitur facit ſcamam illam: & hoc euenit propter quatuor elementa, quæ ſunt ibi, & terra illa ſcilicet ſcama, monſtrat terram: quia quando calor venit & ſoluit, illa terra quæ non eſt incorporata aſcendit deſuper: & quæ eſt benè incorporata non poteſt recedere. Et qui negant per menſem vnum, dicunt: Nos videmus, quod quando aurum ſoluitur non minuitur in igne, ſi finum ſit: & quando abſtrahũt inde, ſtatim congelatur, & hoc oſtendit, quòd non eſt incorporatum cum alia re, ſed natura facit hoc, & ſi incorporaretur cum argento viuo, nõ induraretur tam citô: & ſi miſceretur cum aliquo corporum, minueretur ad ignẽ. Rationem ſuper illos iam diximus, quia hoc qd ſoluitur & elongatur, facit ſe de argento viuo & ſulphure coctis in ventre terræ, & quomodo ſtat in ventre terræ, eodem modo erexit: & quãtò magis coquitur in vẽtre terrę, tãtò minus minuitur in vẽtre terrę, & ideo aurum quod eſt coctum nõ poteſt minui: & ſi non eſſet propter argẽtum quod eſt

ibi non posset solui : quia in terrā est parum de mercurio, & ideo non potest ita statim solui: & illi qui negant propter colorem, dicunt quòd si verum esset magisterium de colore, de quo est alexir, de eodem esse aurum & argentum: Ratio super illos puluerem vitreoli & gallę quando misces, non dat colorem nigrum : & quando misces cum aqua est nigrū. Ita est de alexir : qđ quādo misces cum quibus oportet, erit calor absconditus. Alij negant magisterium, & dicunt, quòd nemo potest facere de re leui ponderatam, nec de duro molle, nec de aspero leue , nec de acri dulce, nec de grosso tenue, & è contrà. Ratio super illos : aliam rationem non possumus dicere hominibus , nisi visionem , & possumus cum eis dicere verùm. Verbi gratia : Mercurium debemus eis ostendere indurатum , & dicimus eis : quia propter hoc quòd mercurius erat frigidus & humidus, nos calefecimus : quòd non est res in mundo sine calore, humiditate, frigiditate, siccitate: & in mercurio est magis frigidum & humidum quàm calidum : & sic ideo volumus nos quod sit ibi magis de calore & siccitate quàm de alijs. At qui negant hoc magisterium , debet eis responderi per rationem: & qui negant, similiter. Et quia dixi, quod ostenderem tibi quomodo inueni-

res

res fortitudinem ſeculi, dicam tibi in plumbo, aut in ſtanno erit melius, quàm in alia re: & modo dicam tibi valetudines fortitudinis: & ſunt viginti tres. Indurare, mollificare, incerare, fermentare, ſponſalitium in minima calce, incolorare & ſubtiliare: fortitudinem ignis percremare cum alia re per alcofol, per deſamar, per auferre timorem, per dæmones coniungere, per malum quod faciunt animalia quæ mordent, per canem rabidum, per cœcos illuminare, per claudos ſanare: cum hoc comedunt dæmones, per ſanare lepram, quæ eſt de melancholia, per ſiccare colorem, per facere ad caſtoſon, per colligere vt non ſiccentur, per dulceſcere aquam, per ſoluere ferrum, per dormire, per ydropicum ex frigiditate ſanare, per rugitum aurium auferre, per ſiccitatem neruorum, per omnem infirmitatem frigidam & ſiccam: Quando magiſter qui operatur eſt acuti ingenij, & mittat vnumquodque in ſuo loco, & operetur cum magna ſapientia.

De *diuersis nomimibus lapidum quæ figurant lapidem.*

Modò dicemus quæ est bona, & quæ est mala per quinque sensus corporis: primum per visionem. Videas eam, si est alba, aut cineritij coloris: audire nõ est opus. Odora, si flagrat benè vel malè. Gusta si est acris vel dulcis, aut si est salsa: Tenta si sæpè aut non. quia dicit Aramus, quod voluit habere ad magisterium, & inuenit eam amaram: Dicit Aristoteles, quod quæsiuit, & inuenit eam calidam: & prima fuit de igneo, & secunda de coctineo, & totum verbum debet esse æquale in omnibus rebus: Et modò dicam tibi rem secretam: oculus hominis, oculus tauri, & de vacca, & de gallina, & de ceruo. Et hominis oculus est ad significandum mercurium, stercus humanum, & alia omnia stercora, est dens lingua hominis, & aliæ linguę, (sicut ego exponam) sunt cera nigra, & alba, & rubea. & iste ceræ sunt de capillis, & ouis, & sanguine. Oua nigræ gallinę sunt aqua de petra nigra, id est, de capillis: aquila & grifus sunt lapides nostri: auripigmentum, ignis & sal. ignis similiter, & in quibusdã locis terra, aurum viuum aqua: aliquando aer, & secũdum diuersa loca diuersa est terra: & in hoc intellectu est necessarius magnus sensus. bletas, berdolagos, lactucas, spinachia, coriãdrum, herba tana, multæ earum significant lapides

pides. Intellige quod dico: quia verum eſt, quia leuamen eſt fermentum auri & argenti: & non eſt aliud leuamen. Illud animal quod vocatur Anoca nõ intrat in magiſterium. Et intelligas fili, quôd quando iuro tibi dicere verum, credas eſſe mẽdacium, & è conuerſo: & hoc capitulum nemini dicas, quia hîc dixi tibi magnum ſecretũ: & in hoc capitulo ſunt multa bona, & hoc capitulum non mittas in hoc libro. Deus ſcit omnia: iſta ſocietas non erat neceſſe, quia tale capitulum non debes hîc mittere. Et quãdo audies me dicere, caules, ſcias quod plumbum eſt, & plumbum de caulibus eſt noſter lapis. Et quando audies me dicere, armarcaſita, ſi eſt de auro, ſcias quod dico tibi propter ſanguinẽ, & ſi eſt de argento, ſcias quod dico tibi propter oua. Et quando tibi dico yritium, dico tibi propter capillos: quia yritium intrat in magiſterium. Et multi dicunt, quod hîc erat lapis, & dicebant propter capillos. Et quando dico tibi paſtinacas & raphanos, ſcias quod vult dicere propter ſanguinem: & hoc multum debet obſcurari propter inſipientes: & ideò dico tibi vnũ pro alio. Et quando dico tibi pilulas auripigmenti, ſcias quod dico propter ignẽ de petra. Intellige quæ dixi ad operandum, & ad aliud faciendum ſicut bonus filius facit. & totum hoc eſt bonũ. Reuertar ad ea quæ dixi.

Quod malitioſè philoſophi negant magiſterium.

Dico tibi quòd omnis philoſophus, qui negat hoc magiſterium, facit hoc malitioſè, quia ſcit quod verum eſt. Nam poſtquã ſcit, ſi vult, ſcientia parua eſt magna, & longa eſt quamuis ſit curta: & non requieſcas donec ſcias. & qui negant tibi hoc magiſterium, nõ credas.

De expoſitione linguæ ſylueſtri hominis, & fermento.

Sed antequam finiatur, dico tibi. quòd quando audies me dicere linguam ſylueſtri hominis, aut carnem eiuſdem, volo dicere capillos: & hoc quod facit de calce cupri, aut de alia calce, quæ ſit ad ſublimandum, nõ eſt niſi vt mittas in alexir: & adhuc mittũt in alexir calcem cupri, quando eſt alexir ad proijciendum ſuper cuprum. Facias calcem de illa materia cuius fuerit corpus, ſuper quo proijcere vis: & mitte ibi fermentum: ſi eſt ad aurum, de auro, & ſi ad argentum, de argento. Et ſponſalitium non eſt aliud, niſi quod coniungas fermentum cum corpore quod ego dico. & alexires ſunt pulueres ſimplices debent fieri de lapide & corpus, & fermentum quod ibi miſces, debet eſſe puluis.

De *lapide vitali & animali, & de iuramento filij.* Cap. VIIII.

DIxit Abuali Abincine: Dicam in hoc capitulo de noſtro lapide, ſi eſt vitalis, verè vitalis eſt: quia ſi non eſſet, non ita bene poſſemus operari. Sed dicam tibi quare vitalis eſt: Tu ſcis quia aurum & argentum ſunt de precioſioribus rebus huius ſeculi: & ſicut aurum eſt precioſius alijs, ita lapis noſter non eſt niſi vitalis. & ego oſtendam tibi quia vitalis eſt: & corpus non eſſet forte niſi per ſpiritum, & omnis res vbi ſpiritus eſt, precioſior eſt alia quæ eſt ſine ſpiritu. Et ad hoc quod omnes magiſtri dicunt cum Geber, verum eſt quòd ſunt ibi lapides alij, ſed magis valet vitalis lapis. Et dicit Geber, Tu operare cum tuo, & ego cum meo, & magis valebit meus quàm tuus: quia meus eſt ſpiritalis cum anima, & tuus non eſt ſpiritalis: & ideo ſi vis fili oſtendam tibi quòd multum valet noſter lapis. Reſpondit Abuzalemi, non opto aliud. Dixit Abuali, ſi teneas ſecretum, oſtendam tibi: Reſpondit filius, certè tenebo: Tenebis? Iura mihi per legem quam tu tenes, & per fidem quam tu mihi debes, quòd magiſterium nemini reueles. Iurat filius, & Deus laudetur.

De ſublimatione mercurij, & de rixa inter filium & patrem.

Dixit Abuali: Fili, vidiſti mercurium indurari, & induraſti: modò volo quòd ſublimes mercurium. Reſpondet, placet. Accepit duas libras merçurij, & miſit in aludel, & receſsit: & reuerſus poſtea vt diſcooperiret aludel, & videret ſi erat ſublimatus, in diſcoopertione aſcendit mercurius in faciem, & combuſſit eum, & exclamauit: & dixit coràm omnibus. Pater meus ſtultus, qui facit de lapidibus aurum, & de terra argentum. Vidit eum auunculus ſuus & remiſit in domum ſuam, & dixit ei: ſcias quòd mercurius ſublimatur tribus modis, per fortitudinem ignis, aliâs p ſemetipſum, aliàs per cõiunctionẽ: Sic qui combuſsit te, fuit per fortitudinem ignis. Dixit Abuzalemi ad Abuali, maledicẽdo eum, & qui docuit eum: quia vos feciſtis me comburere: dixit Abuali, ſtultus es, & facies tua eſt facies canis. Dixit Abuzalemi, ſi ego ſum amatus, ſum filius, & ſi ſum canis, filius ſum canis, & ſi ſum malus, non degenero: vis me verberare? dubitas in hoc? non dubites: certè verberabo tẽ, & occidam te. fecerũt pacẽ, & dixit Abuali filio ſuo Abuzalemi: Remitte mihi quæ tibi feci, & miſit eum in domum ſuam, & docuit eum ſublimare mercurium ſicut dicemus in hoc libro. Dixit Abuali filio ſuo: Ego oſtendam tibi tuum bonum magiſterium

ſterium, ſi Deo placuerit. Iuit Abuzalemi cum patre ſuo in domũ quandam, & ſublimauerunt mercurium, pręparauerunt lapidem, qui eſt cera rubea, & diuiſerunt per quatuor eleméta, & fecit calcem cupri, & lauit, & præparauit, & ſublimauit, indurauit, & inceraui, & mollificauit, & præparauit fermentum argenti, & fecit ipſum calcem, & præparauit ſicut neceſſe fuit, & fecit alexir ſicut neceſſe fuit. Poſtea præparauit corpus maius argenti, & ſiecit ibi fermentũ: poſtea proiecit ibi quod remanſit de alexir, & traxit argentum bonum. hoc fecit cum petra animali, ita fecit cum alexir de ſole, & traxit aurum bonum, & ſuſtulit aurum, et argentum fecit. Quot temperamenta facere potuit? primum temperauerunt cum lapide, poſtea ad ignem, poſtea in opere: & fuerunt bona & de bono colore, et de bono pondere: intrauit in eis alexir, & non creuit in pondere.

De vtilitatibus magiſterij.

Modò dicam tibi vtilitates magiſterij: Si non diuidas lapidem per quatuor elementa, non poteſt bene coniungi cum corpore: et niſi miſceas de ipſo corpore in alexir, non diligit corpus ſpiritum: & ſi non miſces fermétum cum alexir, non coloratur corpus ſicut debet: et ſi non ſublimas totum hoc quod tu mittis in alexir, exit aurum aut argentũ acre:

& si non præpares corpus, non sustinet ignẽ lapidis, & nisi tibi caueas indurando aut mollificando, non erit habile aurum siue argentum ad operandum: Modò dixi tibi magnas vtilitates: custodi & scias vnde procedit detrimentum in magisterio, & quomodo possis præparare: & intellige quæ dixi: & perlege multotiens à quadraginta vsque ad quinquaginta: quod si benè non præparas nihil valet: & si non durè facis benè mercurium, nihil valet opus. Miratus fuit Abuzalemi de hoc argento & auro quod vidit patri suo, & rogauit quod compleret ei librum istum: pòst vidit lapidem animalem qualis erat: sciuit in rei veritate, quod lapis animalis bonus erat.

De lapide nostro, si est herbalis.
Cap. X.

DIXIT Abuali Abincine in hoc capitulo, dicam si noster lapis est herbalis: Herbalis est noster lapis: si herbalis non esset, quis posset eum facere herbalem? quia omnis res quæ non crescit non est herbalis, nec animalis: & nostrum magisterium crescit multum: ergo necesse est quòd noster lapis sit animalis cum herbali: & quia tu non credis quod lapis noster sit herbalis, ostendam tibi vt videas oculis tuis. Accepit

Abuali

Abuali lapidem herbalem, & diuisit per quatuor elementa, & ostendit filio suo quomodo præpararet: & dixit ei, postquam scis quomodo præparatur, & tu præparasti, faciam tibi hunc librum in memoriam, & non obliuiscaris magisterium sicut Deo placuerit.

De vita alexiris, & quod cum aqua lapidis soluuntur corpora, & induratur mercurius.

Et vita alexiri est per multos annos, quod non peioratur in mille annis : & magis valet ducentorum annorum, quàm in primo anno : quia si ita non esset, non esset verum magisterium, quod faceret materiam reuerti : & esset reuertens & hoc non esset, intrat insensu : & intellige verbum istud duobus modis in modum lauandi, & in modo maledicendi: nō opereris de sulphure, de aceto, de auripigmento, de sale, quia nihil est. hoc est verum magisterium : Magis valet operari cum isto lapide, quàm multum cum alijs : Ideo dixi tibi, intellige benè : & mercurius potest indurari cum aqua istius lapidis, & omnia alia corpora soluuntur cum eadem aqua.

De lapide naturali & vtilitatibus eius.
Cap. XI.

IN nomine Domini: dixit Abuali Abincine: ego facio capitulum iſtud vndecimũ in lapide naturali, & dicam vtilitates ſuas in hoc loco. Lapis naturalis eſt illa res, quæ efficitur in ventre terræ ſine opere: & lapis noſter naturalis eſt res quæ per ſe ipſam naſcitur, & non creſcit, & non minuitur: & lapides naturales ſunt aurum vivum, auripigmẽtum, ſal armoniacum, ſulphur: hij ſunt naturales et ſpiritales. & lapis herbalis nõ poteſt eſſe, quòd ſi naſcatur & non creſcat, et naturalis naſcitur & non creſcit: quia ſi creſceret non eſſet inter eos diuiſio. Acetũ, vrina, dẽs, ſunt medicinæ noſtri lapidis naturalis, et vtilitates noſtri lapidis naturalis non poſſunt numerari: quia aqua noſtri lapidis naturalis indurat mercurium, & tingit omnes res ſicut ſpiritalis. & inter ſpiritalem & naturalẽ ſunt duę differentię: prima differentia eſt, quia naturalis ſtatim operatur, & ſpiritalis non niſi in termino ſtatũto: ſed hic lapis noſter eſt primi corporis et operatur in groſsis rebus, et reddit eas in modum ſuum: quia ſi nõ dimitteret groſſas ſicut erant, nõ eueniret inde opus quod venit: quia lapis noſter naturalis quamuis non operetur niſi in ſubtiliãdo corpora, et traheret de ſua natura ad aliam, ſatis ſuffice-

sufficeret. et hîc dicimus nostra verba secreta, et nō est mirum si omnino nō reuelamus, et si quis videt miratur.

De *quatuor mendacijs, & de alleuiando corpora.*

Modò dicam tibi magnum mendacium: et non credas. Accipe mercurium, et misce cum igne tui lapidis, & statim erit rubeus, et semper diligent se. Et hîc dicam tibi magnū mendacium: Accipe de mercurio pondus vnum, & de igne lapidis quartam partem ponderis, et de aqua lapidis medietatem quantitatis mercurij, et mitte in furno calido, et sic vade agitando et miscendo. Modò dicam tibi magnum mēdacium: Accipe mercurium et incorpora eum cum quatuor elementis, et cum cupro, cum sapientia, & habebis magisterium, et non dicam tibi magis. Modò dicā tibi magnum mendacium: Quādo sublimas aliquod corpus cum commixtione spiritus sublimati, potest pijcere vnum super decē, magis quàm illud quod nō est sublimatum. Et istud corpus præparatum bis plus valet: & quotiens sublimas totiens lucraris ad proijciendum vnum super decem, & quanto magis alleuies tuum corpus, magis valebit. hoc verum est quod magis valet alleuiatum quā ponderatum. Vtere hoc libro, & eris Dominus totius mundi.

De lapide vero, & quòd magisterium est sempiternum. Cap. XII.

IN nomine Domini: Dixit Abuali Abinci-ne, mitte capitulum istud duodecimum in quo est noster lapis. Incipio & dico, quòd lapis noster non est aliud nisi capilli, oua, sanguis hominis, oua gallinarum, capilli hominis: & non mittas capillos nisi pueriles virginesque, & sanguinem de iuuenibus, & oua nisi de albis gallinis, & nigris, & gallo permanente cum eis: quia sine gallo nihil valēt. Stercus equinum debet mutari in vnoquoque mense: sed magisterium non est nisi diuitibus & sapientibus, & qui non habet non operetur. hoc pertinet regibus & altioribus: quia hoc magisterium est sempiternum.

Primò mercurius induretur.

Primum quod debes facere in hoc magisterio est, quod indures vel sublimes mercurium, & hoc primum debet esse in magisterio: Munda corpora quando vis mittere in eis spiritus: quando habes induratū mercurium redige eum in calcem, & postea solue eum, & redige eum in suam materiam: & sublima eum si potes eum indurare: fac inde puluerem, & illum puluerem mitte in tuo magisterio.

Solutio

Solutio ſalis armoniaci.

Quando vis ſoluere ſalem armoniacum ſolue hoc modo, in budello porci cum aqua. quod facis fac ſuauiter, & non feſtinanter: quia alexir nil valet in mercurio indurare videtur ſubtilitatis ſub & intelligentia magiſtri.

De ſulphure rubeo.

Et ſulphur rubeum eſt vtile in hoc magiſterio, & aliud non valet tantum.

Calx cupri de laminis groſsis.

In quantum groſsiores facies laminas cupri ad faciendum calcem, magis valet. Verùm eſt quòd quanto magis operaberis in hoc magiſterio, magis volueris operari: Verùm magiſterium eſt quod tibi dixi.

De vrina.

Vrina debet deſtillari multotiens, & eſt fortior aceto.

De ablutione calcis & commixtione alexir.

Quando abluis calcem laua multotiens, & poſtea incorpora eá cum ſalibus vel dentibus: quia quanto magis abluis, magis alba efficietur: & mitte ibi aliquem ſpiritum. ad album magis valet cuprum, ad rubeum, plumbum: ſtannum ad album, ferrum ad rubeum: ſed cum ferro non opereris.

Quando vis miſcere alexir nullus te videat. hoc eſt verum, quòd quãdo aliquis facit qd debet, accipit quod debet.

De modulis.

Totum magiſterium eſt in commixtione ſpirituum, quando miſces vnum ſpiritũ, tertius non deterioratur. Ergo non feci in hoc libro modulum, ſcilicet tranſiectamentum. Sed dicã in hoc capitulo: Dixit Abuali Abincine: Hoc capitulum eſt bonum, & qui neſcit facere totum magiſterium: quia ſunt quidã qui faciunt aurum & argentum, & non poſſunt bene operari: & quidam faciunt aurum & argẽtum, & ſunt acres, & ad iſta omnia valet tranſgetare: ſed ante debes mollificare corpus illud quod vis trãſgetare cum rebus fortibus, cum vrina puerorum, & aceto, & ſale armoniaco, & alijs ſalibus quò volueris, & non mollifices multum ne valeat minus magiſterium: Et ſi eſt aurum, eſt acre, cito frangitur. Ideo eſt neceſſe vt ſoluatur multum cum rebus fortibus ſubtus ſtercus equinum: & in hora ſoluendi, id eſt mollificandi vel in hora fundendi, eſt opus magno magiſterio, quod non habeat ignem multum vt dẽterioretur, ſed paruum vt ſoluatur. Dico tibi, quòd quãdo vis facere vas aureum, fac primum de cera illud vas, & poſtea cooperi de terra magiſterij, & ſicca ad ſolem vt multũ indureſcat:

ſed

ſed prius fac foramen aliquod, & poſtea proijce in ignem, et egredietur cera: & per illud foramen mitte aurum ſiue argentum. Modus Morabetinorũ hoc modo eſt: Fac centũ aut ducentos modulos cerę ad modum Morabetinorum, & cooperi de terra admodum de canna longa quadrata, & facies ibi foramina vnde egrediatur cera, & intret aurum, & proijce inde ceram cum virtute ignis, & mitte aurum ſiue argentum: poſtea frange terrã, & inuenies tuos morabunt: et ita facies de argento. Sed ſi ſint quadrati de argento, fac ſigna eodem modo. Accipe de mercurio ſublimato & miſce cum cupro, & iacta de alexir, et habebis magiſterium. Modulus efficitur tribus modis: modulus per aſtronomiũ, aut modulus ad hoc magiſterium, & modulus ad anellarios. Quanto magis ſublimes auripigmentũ, magis valebit: quanto magis ſublimabis ſulphur, magis valebit: quanto magis ſoluas ſalem armoniacum, magis valebit: quanto magis albeſcas ſal alcali, magis valebit, Modò dicam tibi quomodo debes facere modulum moraburti & denariorum: Habeas partem ferri, & mitte ſuper terram, et facies rotundum & planum, & ſcribe ſignũ, modum et litteras: & ita fac quòd creatoris ſit in medio, et deorſum nomen regis, et in circuitu milleſima: & ita debes facere, quod morabunt bene exeat formatus, & con

cauus, & ita facies in ſuperiori parte, vt poſſit legi facies tabulas auri : & ſcindes quantum morabunt fuerint, & parum minus, & mittes in modulo : & alius modulus deſuper, & deſuper dabis ter cum martello. Prima percuſsio parua, ſecunda grandis, tertia erit parua, & habebis morabunt bonos. Sed ſi vis proijcere in modulo, facies ferrum quadratum decem palmarum in longitudine, in latitudine manum vnam, & facies foueas in modum morabunt, & facies in circuitu, & habebis cinerem & ſal, & cum vrina puerorum facies paſtam, & implebis ex ea modulum : & quando erit recens deſuper, ſignabis de aliquo morabunt, & ita facies in alio modulo : & inter morabunt & morabunt, mittas vnam pennam anſeris, vt poſsit inde currere aurum de fouea in aliam, & inunge ambos modulos poſtquam ſicci fuerint, & implebis de auro vel de argento.

Explicit Dictio prima.

INCIPIVNT CAPITVLA SECVNDÆ DICTIONIS QUÆ SUNT SEX.

In primo capitulo tractat de re ſubtili facere altam: Ibi etiam tractat de mercurio indurando, & de incorporatione mercurij cum corpore minori.

In ſecundo capitulo tractat de leui re facere ponderatam, & de vtilitate ſublimandi, & de lauatione.

In tertio capitulo tractat de mutatione Colorum.

In quarto capitulo tractat de mutatione elementorum: & de molli facere durum, & de tribus in hoc magiſterio inquirendis: & quæ & quot ſunt in hoc opere neceſſaria: & de corporibus quæ ſe elongant vt ære, plumbo, & ſeptem ſalibus, & alijs quæ huic operi ſunt neceſſaria: & quod bortus non nominatur inter ſales, & quod marcaſita, nec litargirum, nec alchizaram, nec mirtum non habeas. & de Geber, & Maurieno non credendo, & de electuario contra fumum & fœtorem magiſterij: & de vnguento contra vulnera ex magiſterio prouenientia: & de mercurio indurando, & de Luna conficienda.

In quinto capitulo tractat de mutatione, ſcilicet de duro facere molle, & de molle facere durum, & de elementis.

In ſexto capitulo tractat de mutatione naturæ totius rei.

Expliciunt Capitula.

INCIPIT DICTIO ſecunda cum virtute Dei.

CAPVT I.

IN nomine Domini, Dixit Abuali Abincine: Modò dicam hanc dictionem & ſua capitula planè, ſi Deo placuerit. Primum capitulum huius dictionis eſt de ſubtili re facere magnam, et dicam omnes rationes ſuas per directum. De ære volumus facere aurum, quia vbi nimis eſt combuſtum, volumus facere quòd non ſit multum combuſtum: & vbi non ſuſtinet ignem, volumus vt ſubſtineat: & vbi in terra peioratur, volumus quòd non peioretur: & ſicut diximus de cupro, ita eſt de omnibus rebus, ſcilicet de ſex. Sed de noſtro lapide quod magis valet, eſt quod primùm diuiditur de corpore non bono, & ſpiritus creſcit paulatim. & modò

dò dicemus de mercurio indurando. Mercu rius debet hoc modo præparari, ſicut nos facimus: quia primum lauamus, poſtea ſoluimus, poſtea induramus, poſtea incorporamus cum ære, & facimus inde argentum, & nulla luna eſt illa melior. Sed ante mittimus alexir, & ſal armoniacum ſoluimus: ideo qd attenuetur materia & auripigmentum ſublimamus, & ſulphur eo quòd minuat de fortitudine, & totum hoc dicimus, vt faciamus de ſubtili bonum, & ita de omnibus rebus ideo explicamus iſtud capitulum. & laudetur Deus.

ATENEO VENETO VENEZIA

De *rebus leuibus facere ponderatas.* Cap. II.

DIxit Abuali Abincine: Hic dicam quomodo facimus de rebus leuibus ponderatas, & de ponderatis leues: de leui ponderatam, ſicut de cupro, quando miſcetur cum mercurio eſt cuprum magis ponderatum quàm ſit mercurius, & ita erit ſi ſit mixtum cum aliquibus illorum, quæ ſe elongant: ſed quando æs bis ſublimatur, efficitur magis albũ, & miſcetur cum malo granato: & hîc ſunt verba quæ præceſſores noſtri dixerunt: quia quotiens ſublimatur mercurius magis ſolitò, toties lucratur mercurius. Morabunt primum verbum, eſt lauatio cupri, & loquor ibi latum verbum: quòd lauatio cu-

prieſt: vt redigamus cuprum in ſuam priorẽ naturã, & redigamus in aurum viuum, & ſulphur, & illud aurum viuum, & ſulphur, volumus tantum lauare, vt ſint verè aurum & ſulphur, vt poſsimus inde facere aurum aut aliã naturam: & ideo facimus illud aſcendere, vt reuertatur tenuis & leuis, & damus eis ignẽ cum ſublimatur, donec ſit album aut rubeũ: ſi rubeum mittimus in ſublimatione fermentum & ignem lapidis, vt nimis coquatur, & cum magno calore, & cum magis coquitur ad rubeum, magis valet: & vt ſit album lucramur humiditatem, & nõ mittimus ibi ignem multum: & coquimus crudum de natura albi: quia nullũ eſt hoc magiſterium, niſi reuertantur naturæ.

De rebus duris facere molles de coloribus. Cap. III..

DIXIT Abuali Abincinæ, modò loquar de duro facere molle, & de coloribus nigris facere albos, & è conuerſo. Colores reuertuntur quando corpora fiunt tenuata, leuius reuertuntur, nos miſcemus colores rubeos in albis coloribus: idem in corporibus dealbatis: res albas cum igne ſcilicet rubeo, & magna ſapientia eſt in mutatione colorum: quia tinctores ſciunt hoc, & mirum eſt mittere colorem per vim, & creſcere in pondus, & hac de cauſa dicunt noſtra

ſtra in alexir tingens: quia tingit quod volumus ſine augmentatione ſui ponderis, & magnum eſt mutare colores: & intellige benè.

De rebus mollibus facere duras, & de figuratiuis nomimibus operis, & de quatuor ſpeciebus, & de ſeptem corporibus, & de ſeptem ſalibus, & de tribus ceris.

Cap. IIII.

DIXIT Abuali Abincine: Dicam in hoc capitulo de molli facere durum, & cur: Et fit tribus de cauſis, prima per mutare naturam, & facere tenuẽ: Iſtæ ſunt tres rationes, cur durum facimus molle: quia mollificare magnum eſt: ideo magna tibi dicam. Factum eſt quòd quis facit per opus manuum ſuarum in hoc magiſterio ſunt tria inquirenda. Primum ſubtilitas animæ, & opera manuũ, & arbitrium: ſed arbitrium habet neceſſarias diuitias, ſapientiã & libros: quia ſi accipis æs, & vis indurare & incerare, neceſſariam habes rem frigidã & calidam: Calidam per incerare, & frigidam per ſtringere, & rem ſiccam & humidam per mollificare, & ſiccam per durificare. Et quia tu vis incerare, ideo miſce de re calida & humida magis, quàm de frigida & ſicca,

Et radix istius verbi est sapientia naturarum & mutatio. Habeas de carnibus, scilicet de de porco, arietina, gallinacea, asinina, anatina, leporina arogrilli, & comede de qua vis: & habeas panem triticeum, ordeaceum, panem siligineum, & panem milij: hîc est opus alexir si tu intelligis, Sed hoc est verbum singulare. Debes habere de quatuor spiritibus, scilicet aurum viuum, sulphur, auripigmentum, sal armoniacum. Et debes habere de vij. corporibus, scilicet aurum, argentum, ferrum, mercurium, stannum, æs, plumbum: & debes habere vij. sales, quæ sunt sal nitri, haurac, sal gemma, sal alcali, sal commune, alumen, vitreolum: & debes habere de tribus lapidibus, cera nigra, alba, rubea: & debes habere de vrina puerorum, sed distillatam, & de dentibus diaboli, & de stercore equino, & de stercore humano, & de plumbo alcofoli, & acetum forte: sed de nulla marcasita, nec de litargirio, nec de virgis alchizaram, nec de granis mirti, non inueniam in domo tua: quia in die qua inueniam, ipsa die cremabo te, & hoc dico, quòd non credas Gebero nec Maurieno, hunc librum habeas, & munu teneas: quia illuminabit te.

Elec-

Electuarium contra infirmitates quæ perueniunt ex magisterio.

Fac hanc medicinam, & non timebis fumum: quia hæc acuit sensum, & non dimittit vt odores malum faciát in corpore: Hęc sunt galanga, nux muscata, piper longum, spica, folium anacardinum, fu, meu, falle, balaustia, xall. reubarbari, æqualia pondera: violę, rosæ, absinthium, succus oliuarum, grana leuticinia, & grana plantaginis, scariola, semẽ portulacæ, grana purgata de butesis, de melonibus, de cucurbitis, de pinpinellis, semen lactucæ, semen herbæ sanæ, sariles quartum, ana pondus vnum, musci media nouena põderis, perlas, lignum aloes quintum ponderis, & vocarum sex pondera: omnia tere & conficias cum isto sirupo, scilicet polipodij dũas vncias, radicis fœniculi, petroselini, & de tarde piperato scabamũ, radicis apri ana vnciam vnam, squinanti vnam vnciam, liquiritij, ysopi, fœniculi, anisi, caladrelli, caltas, ana vnciam vnam. Coque, fac syrupum: & pastam facias, & misce in syrupo stecados incuscutam, ana vncias duas. Accipe quotidie in mane quatuor arenticos, & ille syrupus auferet omnes infirmitates huius magisterij, & non timebis, nec de auripigmento, nec de aliquo fumo.

Vnguentum contra aduſtiones.

Sed ſi cadat de corporibus in vno corpore extra, fac hoc vnguentum ad vngendum, non timebis. Recipit auri viui vnciam vnam, blanci vnciam mediam, litargirij quartum vnciæ, viridis vnum arentium, ſarcocollæ tres arentios, aloes epatici quatuor arentios, olei roſacei vnciam ſemis, ceræ albæ vnciam mediam, tragacanti, gummi arabici, malum vobiſcum, alfoba, ſeminis lini, ſandalorum ana duos arentios. Qua ſunt terenda, tere, ſcilicet ſpecies, & gummas ſolue in abuam cum malo vobiſco, & alfoba, & ſemine lini, coniunge cum cera, fac vnguentum, & in loco combuſto corporis tui vnge bis vel ter, vel quater.

De collirio.

Et ſi de opere ceciderit in oculo, fac hoc alcofol, quod recipit agreſtæ ſuccum: pone ſuper cuprum, & miſce tuciam, & tere, & fac alcofol: & ſi opus fuerit mitte, & ſunt multæ ſpecies, quas numeramus in libro corporis. Sed quando vis indurare mercurium, vide quod olla ſit calida, & facta ad modum oui, & perforata in tribus locis minimis perforaminibus, & ſi ipſa, et cæt. Sed de frigida nō poſſet indurari mercurius. Accipe de cupro, & fac de eo calcem, & albeſce.

beſce cum ſale armoniaco, & de alijs ſalibus & deſcende eum per botum barbatũ, & ſubli ma mercurium, & indureſce, & in corpora cum ea, habebis argentum, quotiẽs ſublimabis magis valebit.

De *quatuor elementis.* Cap. V.

DIXIT Abuali Abincine. Dicam in hoc capitulo de quatuor elementis, quæ ſunt ignis, aqua, aer, terra, & cum iſtis quatuor perficitur opus noſtrũ, & ſunt radices noſtri magiſterij: & dicemus in loco ſuo præparamenta iſtorum elementorum.

De *mutatione naturarum rerum.* Cap. VI.

DIXIT Abuali Abincine: Ratio omnium rerum eſt, quod mutantur extra naturam ſuorum, quod eſt mutare de vna natura in aliam: ſicut facimus de cupro platam, de plumbo aurum, de mercurio durũ, dẽ ferro molle, de ſulphure rem volantem: & totum hoc verbum philoſophicũ. Et ſi ita non mutaretur, nõ perficeretur opus iſtud: quia ſicut philoſophi dicunt: Mutatio eſt ſapientia magna, & res q̃ mutantur, mutãtur in vnũ de tribus modis: per melioré, per peiorem, aut per eius ſimile: ſi eſt per alium ſimile, nihil valet, ſed peius eſt perditio: ſi per meliorem bonũ eſt: Ergo hoc magiſteriũ

debet mutare per melius. Explicit ſextum Capitulum, ſed ante dicám aliquid, quando miſces corpus cum ſpiritu, priùs mitte corpus, & poſtea ſpiritum: & ſi bene non ſit præparatum, corpus non coniungetur cum ſpiritu, & non feſtines magiſterium.

Explicit Dictio *ſecunda.*

INCIPIVNT CAPITVLA DICTIONIS *tertiæ quæ ſunt quinq;.*

In primo capitulo tractat de præparatione corporum.

In ſecundo capitulo tractat de præparatione elemẽtorum, & de tribus reſinis, id eſt de tribus lapidibus, & de tribus legibus de reſina, & lege Domini, & de quatuor elementis.

In tertio capitulo tractat quomodo præparatur ſpiritus, & quòd elementa quandoque dicuntur ſpiritus, & ſpiritus elementa.

In quarto capitulo tractat de præparatione alexir, & quot ſunt quæ ibi ponuntur.

In quinto capitulo tractat de præparatione fermenti, & ſponſalitij, & quid ſit leuamẽ, & quid ſit ſponſalitium.

INCIPIT DICTIO tertia cum virtute Dei.

De præparatione corporum.

CAPVT I.

DIXIT Abuali Abincine: Modò tractabo in hac dictione de capitulis de quibus tractaturus sum: Primum capitulum de preparatione corporis. Sic præparatur corpus per fortitudinem salium, per fortitudinem lapidis, & spirituum, & aceti, & cum alijs rebus. Præparatio sua est sublimare eum, & mutare in naturam primam, & in aliam naturam altiorem: Hęc est explanatio prima præparationis corporum.

De *præparatione elementorum & de tribus resinis.*

Cap. II.

DIxit Abuali Abincine: præparatio elementorum habet resinas tres: de vnaquaque fac legem: Vna lex dominum, alia lapidum, alia herbarum. Resina est lapis: lex dominus est. Lex lapidis est opus quod faciunt de auro viuo & de auripigmento: lex herbalis est lapis capillorum. Elementa

BIBLIOTECA ... VENEZIA VENETO

præparantur in diuisione illorum, & in præparatione singulorum: ignis in parte sua, terra similiter, aqua similiter, aer similiter: quia illi mittunt animam, & præparabimus præparationem illorum. Hæc est autem præparatio.

De præparatione spirituum.

Cap. III.

DIXIT Abuali Abincine. Hîc dicam præparationem spirituum, quæ est vt subtilies in quantum potes: & vt quàm citius poterit intret in corporibus. Spiritus ita præparantur: Sal armoniacum soluitur & sublimatur: Aurum viuum sublimat se, & facit se puluerem, & induratur, & soluitur: Auripigmentum sublimatur & comburit corpora: sulphur sublimatur, & comburit corpora magna combustione: iam diximus quomodo præparatur spiritus.

De præparatione alexiris.

Cap. IIII.

DIXIT Abuali Abincine: In hoc capitulo tractabo de præparatione alexiris, quæ sic præparatur, quando coniungunt elementa: lapidis & spiritus, & fermentum & corpus minus. hæc est præparatio alexir, sed quomodo præparátur modo dicemus: Ad alexir solis mitte terram & mercurium, aerem, ignem, fermentum solis,

&

& de corpore plumbi, aut aliud. Ad alexir de luna mittit terram, aquam, aerem, fermentum: & ita mittunt in prædictum aurum viuum, & fermentum lunæ & cuprum, aut de corporibus alijs.

De *leuamine & sponsalitio quid sunt.*

Cap. V.

DIXIT Abuali Abincine: In hoc capitulo exponam quid est leuamen, quid sponsalitium: Leuamen est res quam mittunt in alexir, vt reducat corpus maius in eandem materiam de qua est fermentum: sicut sol, sicut luna: Et de alia re non potest effici fermentum, nisi de sole aut de luna: sed fermentum ita præparatur: Fac eam calcem, & ablue, & solue, & mollescunt, & indurescunt, vt sit de prima materia, & misceatur benè cum corpore minori. Sponsalitium est quando miscētur spiritus, & elementa cum fermēto & corpore. Præparatio est singulariter post præparationem istam.

Explicit tertia Dictio.

INCIPIT DICTIO quarta, & cur præparatur corpus, & de duobus bonis verbis.

Primum capitulum tractat cur præparatur corpus, & quod alexir capit etiam in corpore non præparato, & de indurádo mercurio, & quid ſit vas ferreum in quo induratur mercurius: qđ prius fúmigetur exterius fumo Saturni, & ſimiliter fumigetur interius ipſo fumo. Multum ibidem tractat de mercurio: & quod magnúm corpus in quo proijcitur alexir non eſt ſublimandum: & qualiter Geber ſeducebat aduerſarios: & de ponderibus.

In ſecundo capitulo agit cur præparatur ſpiritus: agit ibidem de ſpiritibus, id eſt ſale armoniaco, ſulphure, auripigmento: & quare dicuntur ſpiritus, & de ſimulatis nominibus elementorum.

In capitulo tertio agit, cur eſt lapis noſter, & quia cum aqua lapidis ſoluuntur corpora, & mercurius induratur.

In capitulo quarto agit quid ſit alexir, & cur eſt: agit etiam de interpretatione alexir.

Incipit

INIPICT DICTIO QVARTA

curpræparatur corpus, & de duobus bonis verbis. CAP. I.

DIXIT Abuali Abincine: Iam locutus ſum in Dictione prima: Si eſt magiſterium. In ſecunda dixi, ſi eſt quid eſt. In tertia quomodo eſt: in hac verò dicam cur eſt. Primùm quod dicam cur pręparatur corpus. Corpus ideo præparatur, vt ſpiritus poſsit cum eo citius coadunari leuiùs: quia ſi corpus bene prius non pręparetur, nil valeret: non ideò vt tollas fortitudinẽ noſtri lapidis: quia quanuis corpus non præparetur bene coniungetur, & corpus minus præparamus, vt miſceamus cum fermento: & neceſſe eſt, vt præparemus: quia ſi non præparetur, non coniungeretur cum fermento: quia fermentum eſt purum. Modò dicam qualiter te debes cuſtodire, dum opus facis de malis hominibus, non opereris corá omnibus quando vis indurare mercurium. Mitte in ferro calido, quando ſublimas ſulphur, aut auripigmentum: nõ aperias alutel, donec ſit frigidum: & ita facies quando ſublimabis ſal armoniacum, non remaneat: quia corpus minus quod vis coniungere cum fermento, & fermentum quod non ſit ſublimatum & induratum, et melle factum bis vel ter: quia hoc eſt quod dicit Geber: Si lapis noſter eſt

ſanguis, aut capllli, aut oùa, operamini cum eis: Si meus lapis venit melior quàm veſter, magis valet meus, et ipſe non operabatur cum alio, niſi cum capillis, et ſanguine, et cum ouis: ſed ſublimabat corpus, & ſpiritum, & fermentum multotiens, & ita eos ſeducere & intellige. Modô dicam tibi verba bona: accipe cuprum & fac illlud calcem, & fac illud album, & multotiens ſolue, & habebis argentum. Modò dicam tibi bonum verbum, in ponderibus vj. & vj. & media vj. hoc eſt dicere. Sexta de corpore, ſexta de ſexta de ſpiritu, media ſexta de ſexta de elemento.

De præparatione ſpirituum: & quòd elementa vocantur nominibus ſpirituum, & è contrariò.

Capitulum II.

Primùm dicam tibi cur ſunt ſpiritus. Spiritus ſunt vt imprimetur corpus, vt poſsit coniungi cum anima, & ſpiritus ſunt corpora, ſed habent differentiam cum alijs corporibus: quia ſublimantur iſta & non alia: & dicuntur ſpiritus: quia nulla res poteſt ſublimari ſine ſpiritu: quia lapis aliquis non aſcendit, ſi tu non facias eum aſcendere cum manibus, aut cum alia re, & ita de alijs corporibus, & iſta aſcendunt per ſemetipſa, & ſpiritus ſoluuntur leniter, & faciunt ſoluere alia, & cremant, et infrigidant, & ſic-

ſiccant, et humidant,& quandoque vocant iſtos ſpiritus quatuor elementa, et nominant quatuor elementa lapidis, ſcilicet terram, aquam,aerem,ignem. quandoque nominibus quatuor ſpirituum figuratiuè, et ſecundum nomina ſpirituum mittunt,et nominant quatuor elementa in alexir, et ita quatuor elementta lapidis, ſcilicet terram, aquam, aerem, ignem nominant nominibus ſpirituum. Vnde multi decipiuntur, et dicunt, aurum viuum, et ſulphur, et auripigmentum,et ſal armoniacum, et qui vident iſtam elixir, putant propter illa nomina quòd de illis conſtet,et illa mittere laborant in hoc opere, et non inueniunt magiſterium. Sed tu fili non intendas ita magiſterium: quia vbi inueneris auripigmentum, mitte in loco ſuo ignem lapidis, et quando inueneris ſulphur, intellige aerem, et quandoque ignem, et ſal armoniacum non ſolutum intellige terram,aurum viu.aquam, et aurum viuum quandoque per ſe.

De *lapide cur eſt.* Cap. III.

Dixit Abuali Abincine: Dicam in hoc capitulo cur eſt lapis noſter: Lapis noſter eſt per tingere per fortitùdinem:per ſuſtentare ignẽ,per facere de malo bonum:cũ aqua ſua ſoluuntur corpora, & induratur mercurius, & hoc eſt de fortitudine ſua, & ſuus ignis

non diuiditur ab aliquo loco vel corpore. magnam valetudinem habet lapis noſter. Si rex cognouiſſet, ſeruaret ſicut plas: & lapides precioſos. Benedictus Deus: quia noluit oſtendere niſi philoſophis.

De Elixir cur eſt, et quomodo interpretatur. C.IIII.

Dixit Abuali Abincine: Hîc dicam, cur eſt alexir: Alexir eſt res quam iactamus ſuper corpus maius, vt mittat rem de ſua natura in aliam. Alexir dicunt quando miſcent ibi corpus minus, & ſpirituin, & elementa, & fermentum: & de omnibus fit confectio vna, & propter hoc eſt alexir. Alexir verbum Græcũ, & diuiditur in ic xir, & vult dicere magnus theſaurus. Et dicunt quidam, quòd ic eſt melius, & xir cenſus: xir verũ eſt quod eſt cenſus: & ita eſt (vult dicere) melior de theſauris. *Explicit dictio Quarta.*

Capitula dictionis quintæ, quæ sũt xxix.

Primum capitulum agit de Ære.

Secundum cap. agit de naturis plumbi, & de effuſione cupri, & de terra magiſterij, & de caputijs, & de artificioſa effuſione cupri, & furno faciendo, & plumbo neceſſario in magiſterio, & qualiter efficitur balcher & acceron, id eſt vermilio.

Tertium capitulum tractat de ſtanno, & de eodem indurando, & facere album: & de

boto

boto barbaro, & luna artificiali, & de luna noſtra.

Quartum cap. loquitur de allotone, & qualiter fit aurichalcum, & de cognitione auricalchi.

In quinto cap. agit de arſenico, & de lapidibus, & de metallo.

In ſexto cap. agit de ferro, & de cuneis, id eſt formulis faciendis, & de metallo.

In ſeptimo cap. agit de auro, & eius muneribus, & de falſo auro, & de cognitione auri, ſiue ſit bonum per vij. ſigna, & de fermentis, & de auro obrizo, de natura ferri, & de natura auri naturalis, & de capucio ad aurum, & de præparatione auri acris, & quòd ſtatim frangitur, & de aqua, & quòd media libra argenti viu. redigitur ad 3. vncias poſt ſublimationem & ſolutionem, & de his quæ ſunt in auro, & proſunt dæmonibus, & toſsico, & alijs.

In octauo capitulo loquitur de argento lapidis, & eius naturis, & quæ differentia eſt inter argentum naturale & artificiale, & de notitia argenti, ſi ſit petrale, aut herbale, & qualiter fit argentum de medicinis, & de indurando eo, & mercurio: & de olla ferrea tribus foraminibus perforata, & qualiter fit terra magiſterij: & de calce cupri facta cum ſale armoniaco, & deſcenſa per botum barbatum, & mixta cum mercurio ſit argen-

tum: & de ponderibus alexir Lunæ, & de cognitione iſtius argenti, & eius effuſione, & fermenti.

In nono cap. tractat de marcaſita.

In 10. cap. tractat de plumbo alcofoli, & eius virtutibus.

In 11. cap. tractat qualiter fit ſal alcali, & de naturis & vtilitatibus eius, & quomodo dealbatur.

In 12. cap. tractat de ſale nitro, & de eius ſolutione.

In 13. cap. tractat de ſale gemma, et de natura eius, et vtilitatibus.

In xiiij. tractat de ſale communi, et quòd mercurius ſtringitur cum ſale armoniaco, & de vtilitatibus ſalis communis, et quòd pro ſale communi induratur mercurius, & quòd non lauetur mercurius cum aqua dulci, ſed cum ſalſa, et quòd pars vitę intelligas aquam de vij. ſalibus.

In xv. cap. tractat de vitriolo, & de eius naturis: ibidem tractat de duobus aluminib. ſ. hyameni, et magra, de alumine hyameni et eius vtilitatib. & naturis. Ibidem etiam tractat de ſale baurac. Et quia ſuppoſitum egeri ſtatim in aqua ſoluitur, in ipſo valde agit ibidem, quòd ſal per vitrum intelligatur terra, per vitriolum ſimiliter terra, per ſal commune terra, per ſal alcali aqua, per ſal gẽma oleum, per alumen oleũ, per baurac ignem.

In

In xvj. capitulo tractat de ſulphure et eius naturi s : et qualiter habeant ignem de ſulphure qui durabit ſemper, aut per biennium : & quòd ſulphur intrat in calce faciendo tantùm: & quòd multi ponunt ſulphur pro lapide, & de aquila, & gallina, & quòd lapis huius magiſterij vnus eſt. Agit etiam de correctione filij , & quòd ſecretum verum huius magiſterij eſt ſanguis, oua et capilli: et hi ſunt veri lapides, et non alij , quamuis alij nominentur. Agit etiam de correctione filij, et quòd argentum viuum poteſt colorari cum ſulphure, et de luna coloranda in ſolem, et quòd ſulphur rubeum non eſt niſi de ſubtus terra, et de probatione ſulphuris.

In xvij. cap. tractat de auripigmeuto, et vbi dicimus mitte auripigmentum, intelligatur ignis, et quòd quatuor ſunt quæ ſe ſublimant, auripigmentum, aurum viuum, ſal armoniacum, et ſulphur, et qualiter per nomina ſpirituum intelliguntur elementa.

In xviij. capitulo tractat de ſale armoniaco , et quòd ſal quidem armoniacum fit de aqua, et quòd per magnas partes frangitur, melius eſt in hoc opere : et quomodo ſoluitur armoniacum , et quòd in multis magiſterijs prodeſt ſal armoniacum, et quòd aurum quod inuenitur in arena, eſt melius q̃ illud quod fit de herba, et de indurádo mercurio, et quomodo corpus acrũ prẹparatur.

In xix. capitulo tractat de lapide qui non eſt lapis, & de lapide naturali, & de fœtente lapide, & de ponderibus Solis & Lunæ, & quot modis dicitur mercurius, & de cognitione mercurij naturalis & artificialis, & quomodo fit metallum, & quòd de argento viuo mixto cũ cupro fit argentum, & de natura æris & argenti viui, quòd quando ſublimatur fit calidum & ſiccum: & de cõcordia inter inimicos, & de indurando mercurio.

In xx. cap. tractat de capillis, & quòd aqua capillorum indurat mercurium, & quales capilli intrant in magiſterio ad habendũ lapidem, et quòd botus barbatus fit cum terra magiſterij, & aqua ſalium capillorumq;.

In vigeſimoprimo capitulo tractat de vrina, et quòd alia vrina non intrat in magiſterio, niſi puerorum: agit etiam de ſtercore hominis, et quòd ſtercus intrat in magiſterio in multis, et de ſudore hominis.

In xxij. cap. tractat de ouis, & quòd alia oua non intrant in magiſterio, niſi de gallinis permanentibus cum gallo.

In xxiij. cap. agit, quòd nullus ſanguis intrat in magiſterio niſi humanus.

In xxiiij. capitulo agit de vitro, quòd vitrum neceſſe eſt in magiſterio, & de cognitione vitri crudi aut cocti: & in quibus vaſis ſeruantur medicinæ, et quòd ſeruãtur in

vitro

vitro magis valet alio: & in quibus vasis seruantur elementa, & in quibus seruetur vrina, & sanguis, & de mercurio, & alijs sublimandis in vasis terreis.

In xxv. cap. tractat de pāno lineo, & quòd nullum alutel ponas ad ignem, nisi sit prius coopertum terra magisterij cum panno.

In xxvj. capit. agit de stercore equino, & quomodo præparatur stercus equinum.

In xxvij. cap. tractat de aceto, & quòd cū aceto potes pastare terram magisterij.

In xxviij. cap. agit de atrogongis: ibidem agit, quòd cuprum fundatur cum fortitudine barchinorum, agit de auricalco, & quòd ferrum non soluitur, neq; plumbum alcofolis, neq; vitreolum.

In xxix. cap. agit de his quæ per ordinem in magisterio sunt facienda.

QVINTA DICTIO
de tribus generibus Aeris.
Cap. I.

Dixit Abuali Abincine: In hac dictione dicam radicem huius libri, & loquar talia, quæ nunquā alicui reuelata fuerunt: dicemus per deza, per habubede, per habuahabez, per xina, per achomar, per mozram, per zalema, per alhuaxi, per aelge, per nostro semorralab, abimaz alfarabi naturas specie-

rum,& incipiam capitulum cum virtute Domini : Cuprum eſt in tribus modis:cuprum Herminium , cuprum Naturale , & cuprum Nauarræ. Et natura illius calida & ſicca,& non eſt multus calx ſuus:& eſt in eo humiditas: & ideo funditur. Et ſecundum Philoſophos quos dixi , eſt cuprum de auro viuo groſſo , & de ſulphure rubeo cocto in ventre terræ per centena annorũ:ſed nõ cocto tantum ſicut aurum , & non eſt combuſtum ſicut ferrum , & ideo eſt leue ad mutandum adhibitum hominis : & eſt magis propinquum argento quàm auro:quia habet de ſulphure pluſquàm de auro viuo . Et cuprum eſt rubeum , & eſt album , & quando percutis, ſonat , & melius eſt. Et vide ne opereris cum cupro herminio in hoc magiſterio. Et cuprum herminium eſt nigrum, & multitudo ſulphuris quæ eſt ibi confundit eum : & ideo non poteris eum lauare, nec album facere : quia non poteſt dealbari niſi per multitudinem auri viui : & aurum viuum eſt argentum , niſi quia argentum eſt magis coctum in ventre terræ per centena annorum. Et adhuc dicemus naturam ſuam in ſuo loco:& ſi tu percutias cum martello in cupro iſto herminio , ſonabit ad modum rei combuſtæ: & melius eſt rubeum & album. Et ſunt quidam qui de iſto ſolo faciunt argentum , et non eſt bonum : quia tantum dealbant

bant eum: & postquam albificant eum, & non miscent, ibi mercurium non est naturale: & dicam in loco suo quomodo faciunt.

De quatuor generibus plumbi, & de fusione cupri, & de terra madefacta. Cap. II.

Dixit Abuali Abincine: Loquar tibi fili in hoc capitulo de rebus necessarijs, & non dicam tibi superfluitates, & dicam tibi naturam plumbi. Plumbum est in quatuor modis, plumbum mixtum cum stanno, & plumbum naturale, & plumbum de enchachia, & plumbum gessuri, & est natura sua frigida & sicca, & est petra Saturni: & frigiditas sua est ibi magis quàm siccitas, & est ibi multa humiditas secũdum philosophos supradictos. Plumbũ est de auro viuo grosso, & de sulfure grosso, & est magis de auro viuo quã de sulphure, & non est multũ coctũ: ideo remansit molle, & soluitur statim: & quia argentũ viu. est ibi multũ est magis de natura auri: ni si quia aurũ est de pulchro auro, & de sulfure pulchro, & hoc est de grosso auro viu. de grosso sulfure spisso, non claro, & aurũ est coctũ, & illud est crudũ: & qui scit pręparare leuiter mutat se in naturã auri, & plumbũ melius est magis ponderatũ, & quando scindis eum

eſt albũm,& quando percutis,non ſonat: & quando fundis,tardè infrigidat ſe. Et poſtquàm incœpimus dicere de effuſione,dicemus de effuſione cupri, & poſtea de plumbo : & dicemus de effuſione vniuſcuiuſque corporis in ſuo loco. In fuſione cupri eſt magna ſcientia,& non eſt vt omnes ſciant: quãdo vis fundere, fac ita:fac capucium de terra magiſterij,& modò dicam tibi terram magiſterij quomodo efficitur. Accipe de terra rubea, et tere multum, et mitte ad Solem, & deſicca,& maſſa eam cũ vrina puerorũ,& adiũge ſal aſſatũ & contritum,et diuide per partes,& iterũ ſicca:et quãdo fuerit bene ſicca,piſta eã:& munda eam cũ taracantaro, et pulueriza ad modum farinę,et habe de malo nobiſco, et trahe inde aquam in hunc modum : Bulli aquam,& mitte ibi de malo nobiſco, et dimitte ibi per noctem, & cola, et habe de albumine ouorum : et ſit aqua in quadruplum quàm ſint ãlbumina ouorum, et ſit ibi media de parte octaua cineris de quercu: et piſta, & miſce ibi de capillis hominum minutatim inciſis,& quando piſtas, miſce fortiter. Et ſunt qui faciunt cum alio magiſterio,ſed hoc magiſteriũ eſt melius:& ſi vis magis leue percooperire ollas,aut per aliud cooperire,accipe de terra ſupradicta, et vide quòd terra iſta ſit de natura terræ, quæ ſe pectat et conglutinat, et miſce cum

capil-

capillis: et pasta eam, et de modo quem supradiximus est bona per facere caputia, et per botos: et ipse modus est bonus per cooperire omne quod diximus. Sed tu fac capellos in hunc modum: accipe de illa terra quam feciſti cum ouis, et fac caputium in latitudine, et per circuitum duodecim palmarum, aut ad modum quem volueris, et habeat in altitudine tres palmas, et dimitte ſiccari, et facias aliud quod habeat per circuitum 6. palmas, & aliud quod habeat per circuitum tres palmas, et aliud quod habeat per circuitum vnam palmam, et aliud quòd habeat minus, vel magis ſicut tu vis, et fac de illis multa, ad minus quinquaginta aut ſexaginta, et de totis materiebus, et fac in hunc modum, in fundo groſſa: et poſtea attenuando, et in ſuperiori groſſa: et quando volueris fundere cuprum, funde in hunc modum: habe furnum cum quatuor barchinis ad minus duobus, et ſint benè ſani, et fac furnum ſecundum quòd ſunt barchini: et fac in medio vnam foueam deſcendendo inferius, et habeas de carbone, et mitte in illa fouea, et accipe capucium, ſed fac ei coopertorium, et in medio de luto habeat quantum pugnus vnus, vt ſit ponderatum, et non erigat eum calor ignis, et fac in medio quinque foramina, vnde aer egrediatur ad modum digiti rotundi,

& ampli, & fac desuper vnde capi possit cum forficibus,& vas coopertum mittes in foueam: & facies de cupro partes, libra vna de duabus libris: postea calefacies & mittes ibi partem cupri, & calefiat ibi tàm diu, quòd sit rubeum,& proijcies partem aliam,& sit ibi donec sit rubeum:& ita facies, donec totum cuprum sit fusum. Et si vis facere maiestatem, aut aliud, non abstrahas ab igne, donec ipsum proijcias:quia non est in corporibus quòd festinātius indurescat, hoc est propter sulphur quod est magis in eo, quàm in alijs. Ita funditur cuprum. Et plumbum tantum est, leue ad fundendum, quod non tractabo: & vide quòd non accipias de plumbo anthachi:quia plumbum anthachi est de terra salsa, & plumbum quod inde exit est combustum, & sonat quando percutitur, & est nigrum, & non de bono colore:non mittas in tuo magisterio. Plumbum bonum est illud, quod quando percutitur non sonat, est albi coloris, & est pulchrum: & statim funditur, & illud est bonum in hoc magisterio.Et dicā tibi prius res quas faciunt de plumbo: de plumbo faciunt blanchetum,& acerton:

& ita faciunt blanchetum.

De blancheto & acerton quomodo fiat.

Accipe de plũbo, & incide ad modum digi ti, & habe tanallam vnũ, & perfora per circu lũ vnde mittas filũ, & fac foramina in plũbo inciſo, vnde mittas fila, & fila illa tráſeant per tanallá, & mitte ibi acetũ, & vide quòd non fila tangat acetum, & pendeat per foramina tanallæ plumbũ: & cooperi os eius, & ſepeli ſubtus ſtercus per ſeptem menſes, & inter tres menſes diſcooperi, & trahe plumbum ad Solem, & florem quem inuenies in plum bo rade cum cultro, & congregabis: & illud erit blanchetum: poſtea reduc plumbum ad tanallam, & ſit ibi per alios tres menſes, do- nec totum ſit album, & de plumbo faciunt acerton: comburunt eum cum pauco de au- ro viuo.

De quatuor generibus ſtanni. Cap. III.

Dixit Abuali Abincine: In hoc capitulo tractabo de natura ſtanni: Stannum eſt in quatuor modis: primus modus vocatur Taliconi: aliusmodus vocatur Calhi: a- lius Cerob; alius modus eſt quem dicunt Vnoc. Iſti modi intrantin hoc magiſte- rium, ſed vnus eſt melioraltero. Stannum melius eſt album & croceum: & quando

percutit, ſonat, Talicon eſt, quod graue ſoluitur. Et cerob eſt ſicut*: et ſunt quidam qui ſtringunt ſtannum, et dealbant, et faciunt inde multa opera: et illi qui negant magiſterium, putant quòd faciamus nos ſicut illi, et neſciunt illi magiſterium noſtrum, id eſt dominium totius magiſterij noſtri. Et dicemus noſtrum magiſteriũ, et dimittemus alia, ſed dicemus quomodo illi dealbant ſtannnm, et quomodo indurant: faciunt de eo calcem, et lauant et fundunt, et vendunt eum pro argento, et quod nos facimus de cupro cum argento viuo, poſtquam deſcendimus de boto barbato, magis valet quàm argentum naturale, et non valet tantùm quoduis argentum de alexir: Et ſtanni fuſio eſt leuis, et ideo non tractabo: quia ſicut plumbum funditur: et ſcias in veritate, qùia magna ſapientia eſt in argento quod facimus de cupro. Sed dicam tibi obſcurè: intellige ſi vis, ſed quod dixi tibi, quod obſcurum tibi dicerem, totum eſt in deſcenſione boti bărbati.

De *allatone quod fit duobus modis & tuthia & aceton.*

Capitulum IIII.

Dixit Abuali Abincine. Et dicam in hoc capitulo de Allatone. Allaton eſt res mixta de cu-

de cupro, & tutia,& ſecundum magiſterium venit allaton: quia allaton eſt duobus modis,vnum cum tutia, aliud cum ateron,& eſt melioris coloris,&non poteſt benè operari: & illud de tutia non eſt tàm boni coloris, & melius operatur:& magiſtri cognoſcunt differentias amborum. Et modò dicam quando ſe facit vnaquęq; de maneriebus. Accipe de cupro tres libras, & mitte tres vncias de tutia,& efficietur allaton.Et ſi tu accipias ſex libras de cupro,& laues cum ſale & aceto, & facies in cinerem foueas,& ponas ibi tutiam cribellatam, & accipe cuprum, & ſolue: poſtea accipe duas libras de tutia, & fac puluerem & paſtam,& fac panes: & deſiccabis, & poſtea tere, & proijce in cupro quod feciſti, & proijcias omne ſimul in foueam quàm feciſti,habebis bonum allatonẽ.Et in alijs multis modis faciunt hoc. ſed allaton quod faciunt de acecon, faciunt pulcrum & lucidum, ſed non eſt tam bonum ad operandum: quia acecon habet in ſe calorem nimium.Acecon eſt lapis quidam leuis,de calore cineris inuenitur ſuprà mare:&vocant eum arthochis acecon, & Arabici Azauene.Verùm eſt quod azauene teritur, & puluerizatur admodum farinę,& faciunt inde panes rotundos admodum vnciæ & dimidiæ, & deſiccant: poſtea puluerizant, & proijciunt duas vncias ſuper libram cupri, & efficitur pulchrum allaton.

Et si vis scire quale est de acertō: & quale est de tutia, calefac, & mitte eum in mercurio si efficitur de colore suo, est de acerton: si nō: est de tutia.

Quod filius biberet aquam frigidam mixtam cum feruento. Cap. V.

DIxit Abuali Abincine: Accipe de aqua frigida, & misce cum feruenti, & bibe, & scies magisterium: Respondet Abuzalem: non bibam: Dixit pater, Ergo non dicam tibi magisterium. Respondet filius. Non curo, quia ego scio magisterium. Accipiam de sanguine humano, & præparabo, & proijciam super cuprum. Respondet pater. Bibe de aqua, & ostendam tibi præparare capillos & sanguinem et oua. Dixit Abuzalemi: Hāc aquam non bibam, quia ego scio oua præparare, et proijciam vnum super xx. et fiet argētum. Dixit Abuali, Quid valet tibi si nō scias lauare, nec calcem facere, nec lauare nec soluere, nec indurare, nec incerare, nec sublimare? quia quamuis lapidem agnoscas nescies operari. Dixit Abuzalemi: eia iam bibi aquā: et dixit patri suo, rogo qd̄ reuertaris ad pristinum statum magisterij. Iam dixi quòd in hoc capitulo tractarem de metallo: Metallum faciunt duobus modis, & non sunt nobis necessaria aliqua de metallis in hoc magisterio. Finio itaque capitulum istud.

De

De sex generibus ferri. Cap. VI.

DIxit Abuali Abincine. Ferrum efficitur in sex modis, ferrum de Landelum, & ferrum de Aldeua, et acetum, et ferrũ de India, et ferrum grossum: & primum. Modo dicemus differentias vniuscuiusque, et dicemus in vnoquoq; quod conuenit dicere, ferrum de Landelũ, est ferrum forte, sed mol le: de illo faciunt martellos, et fossores, et falces, & omnia opera de illo ferro faciũt enclũ, et hoc iterum ferrum per ferire: sed nõ est bonum ad scindendum, et non intrat in hoc magisteriũ: ferrum de Aldeua est grossum, & nõ est bonum ad operãdũ: acerum est per acuere ferrum de Landelum. Ferrũ de India scindit magis quã aliud ferrum: ideo quia calor magis est in eo quã alijs, et magis scindit quã alię maneries, quæ se elongant: sed opus habet calefactione, aut ad ignem, aut ad solem. In acerto habetur multum de sulphure, nisi hoc esset de natura, esset de illo de India. De ferro multa alia possem dicere, sed in hoc loco non dicam, nisi quòd conuenit, & nullum de ferris intrat in magisterium, sed seruit magisterio, & species de suis speciebus, sicut fimus de cauallo & acetũ: sed bene posset prępparari vt ingrederetur in magisterium, & fieret corpus. Et dicam quomodo debet prępparari, sed non cures de eo, & ferrum nõ funditur nisi grauiter, & cũ magno magisterio, & ita funditur.

De fusione ferri.

Accipe de ferro Indię, aut de ferro Aldeua, aut de ferro Deladelum, & laua eum extrà: & fac ei caputium de terra sicut faciunt cupro, sed fortius: sed prius iacta ferrũ in sale armoniaco soluto, & in aceto subtus stercus equinum per mensem, & mitte in vrina puerorũ per xv. dies: & abstrahe, & erit molle. Et pone eum in caputio, & funde eum cũ magno igne, & quàm citò funditur, tam cito potes facere magisterium quoduis. Si vis in maiestatibus aut potes eum infrigidare, & facere calcem sicut dicemus, & est ferrum non ęquale, ideo dixi tibi, hîc totas quatuor maneries, sed de primo & grosso nõdũ sum locutus: & sunt in istis manerieb. de grossa, & prima materia. grossam materiam potes cognoscere in illo ferro quod est plenum de stario, & quando mittis in ignem, nigrescit: & quod est de subtili materia, & est contra istas maneries: quia statim efficitur rubeum, & nõ est nigrũ nec scorioſum: & quando vis facere modulũ, facias de ferro de Landelũ, & non habeas de ferro fulloso: quia ferrum fulloſum est de Alchudaua, & cum vis facere cuneos fac de ferro Landelum: & quando vis fodere fode cum ferro Indiæ: & olla quam facies ad indurandum mercurium, sit de ferro Lãdelum, & hoc ferrum multum confert: faciunt inde forcipes & cannas de barchinis, & quotquot

sunt

ſunt neceſſaria in magiſterium. Metallum eſt leue ad fundendum, ideo nō dixi quomodo ſoluitur, ſed fit de cupro & plumbo, & iam diximus de cupro, & in plumbo, & ſtanno, & in latone, & metallo, & in furno.

De auro quod eſt multis modis, & quod aurum de alexir eſt in tribus modis, & de auro & argento falſo. Cap. VII.

TRActabo in capitulo de auro. Aurum eſt multis modis, naturale, magiſtrale, xarchi, zafri, obrizi, coloti, & multis alijs modis: & eſt ibi de acri quod non poteſt operari: & illud quod eſt de alexir valet magis: & iſtud eſt in tribus modis, de petra capillorum, de petra ſanguinis, & de petra ouorum: & non poteſt eſſe aurum de illo lapide. Faciunt quidam falſum ſicut argentum falſum: quia ſtringunt, indurant ſtannum & dealbant, & dicunt eſſe argentum. Sic faciunt de auripigmento ſublimato, & mittunt ſubtus ſtercus, & miſcent ibi ſal armoniacum, & incorporant cum cupro deſcendēdo per botum barbatum, & cum mercurio rubeo: & dicunt quod eſt aurum.

De vij. ſignis ad cognoſcendum aurum.

Modò dicam tibi, vt cognoſcas aurum cuiuſmodi ſit. Primum in ſolutione, ſecundum in lapide, tertium in pōdere, quartum in ore,

vt guſtes, quintum in igne, ſextum in ſubli-
matione, ſeptimum in fuſione. Et in vnoquo
que eorum eſt magiſterium temtandi. Si vis
ſcire cuius naturæ ſit aurum, funde cum ſa-
libus, & ſi ſoluetur, eſt de magiſterio: Et ſi
vis eum tentare in lapide ſi eſt de quinto, aut
de ſexto, aut de octauo, aut de medietate, aut
de tertio: aut de quarto, ſecundum quod eſt
iudicabis. Et ſi vis temtare ad pondus, vide
ſi eſt leue aut ponderatum magis alio: & ſi
eſt, eſt de lapide, ſi ſuſtineat omnes alias ten-
tationes. Si vis tentare ad ignem, iacta in i-
gnem. Si permanebit in colore ſuo, eſt au-
rum: ſin autem, eſt falſum aurum. Et tenta
in ſublimatione puluerizatum cum alijs ſpe-
ciebus: Si ſublimatur, ita quòd antè non fiat
calx, nec lauetur. Et ſi facias eum puluerem,
& proijcias in aludel, & ſublimetur: ſcies
quod eſt de noſtro auro. Et in fuſione eſt ma
gna ſcientia: quia quando fundis debes vide
re ſi ferueat, aut ſi non ferueat. Si ferueat, eſt
de noſtro lapide, & in guſtu potes cognoſce-
re ſalſum, & extrahi. Et modo dicam diuerſi-
tates, vt tentes cuiuſcunque lapidis ſit de no
ſtris lapidibus. Quando fundis & feruet,
vide ſi ſonat: & accipe de ſanguine vnciam
vnam, & iacta in tribus de auro: & vide ſi
incorporetur, & abſtrahe ab igne: & vide
ſi indurabitur: & ſi auget in colore ſuo ru-
bedinem, & ſi auget in pondere: Si au-
tem,

tem non facit iſta prædicta, non eſt de lapide iſto. Item accipe de aqua capillorum quartam partem vnciæ, & de ſuo igne vnam vnciam, & de auro quod ſit de magiſterio nouem vncias, & funde, & vide ſi ferueat: quando feruet proijce ibi aquam prædictam, & ignem: & vide quia ſi incorporatur & ſonat, eſt de noſtro lapide: Sin autem, non eſt de lá pide illo. Tentatio cum ouis. Tentatio ouorum eſt leuis. Accipe de igne ouorum, & proijce ſuper illud aurum quod eſt de ſuo lapide: quia non poteſt magis de igne ſuſtinere: & ſi eſt contrà, ſcias quòd non eſt de iſto lapide. Quando vis facere fermentum vide ſi aurum eſt de magiſterio vnde tu facis fermentum: & vide cum quo lapide, & cum illo lapide operare magiſterium. Et niſi cùm illo lapide fieret, non cõiungeretur magiſteriũ: & ſi accipias de auro quod non ſit de magiſterio, potes mittere vbicunq; vis in loco fermenti. Vide quòd tibi dixi: quia aurũ de magiſterio debet ſcire cum quo lapide operatum eſt, & cum illo lapide operare tu in magiſterio tuo: & intellige hoc, quia magnum eſt quod dico, quia in fermento eſt totum magiſterium, & magis valet operari cum fermento de magiſterio, quàm cum fermento auri naturalis: Quia ſi proijcias de naturali vnum ſuper decem, potes proijcere de auro magiſterij vnum ſuper mille:

Et vide si misceas aurum naturale cum auro magisterij ad fermentum, & cum lapide cum quo magisterium fuit operatum, cum illo operare in magisterio vbi mittis fermentum. Si quis acciperet aurum obrizum, & proijciat cum sale armoniaco per tres dies, postea faciat calcem, & præparet eum ad fermentũ, valet magis quàm aliud aurum absq; illo de magisterio. Et radix verbi istius est, quod accipias de auro magisterij per fermentum, & operare cum lapide, vnde fermentum illud operatum est: & si non accipias de alio auro, postquam tentaueris, & aurum exarchi non mittas in magisterio tuo.

De natura ferri.

Hìc dicam de natura ferri, est calida & sicca: & siccitas eius est maior omnibus alijs quæ se elongant: & ideo non potest fundi nisi eum magno magisterio: & ferrum est factũ de auro viuo grosso, & de sulphure rubeo lapidoso, grosso.

De auro naturali & de occultis naturis eius.

Redeamus ad aurũ naturale: Natura eius est calida & sicca, & quantum habet ferrum de natura siccitatis & duritiei, tantum habet aurum bonam naturam: Et † aurum efficitur in ventre terræ de viuo, bono & claro, & nimis claro, & de sulphure nõ multum rubeo, & cocto

& cocto cũ ratione: & ideo nos præparamus aurum viuũ, & sulphur quod est in plumbo de grossa materia facimus pulchrum & splẽdidum, & de materia auri, & coquimus cum nostro igne lapidis per directum sicut decoquit sol aurum in ventre terræ. In effusione auri est necessarium bonum magisterium, vt facias capurium sicut suprà diximus, & mittas in furno, & cum duobus barchinis calefacias vt oportet cum carbone bono, qui non statim redigatur in cinerem. Et dicam tibi de auro quod statim frustratur quomodo mollificatur, & dicemus de præparatione multorum aureorum: Quando inueneris aurum de hoc magisterio nimis acre, scias quod habet hoc de multo igne: & quandoq; per oleum quod non mittunt ibi per directum, sed detrimẽtum quod euenit propter oleum, non est tantum quantum quod venit per ignem: Et præparatio, id est emendatio solis corrupti propter malum ignem, vel oleum, præparetur cum argento viuo, & aqua lapidis, & cum re frigida & humida, sicut dicetur. Vnde illud aurum quod est acre cum quo lapide operatum est, si cum capillis prępara cum argẽto viuo & aqua lapidis: si cum sanguine, præpara cum salẽ armoniaco soluto, & cum aqua: si cum ouis, præpara cum aqua sola. Vbi audis dicere aquam, scias quod est aqua lapidis, & præparabis hoc modo:

Accipe de auro libram vnam, argenti viui mediam libram, ſublima, argentum viuum ter indura, & ſolue vſq; redigatur ad tres vncias. Accipe de aqua capillorum quatuor vncias, & bulliant ambo inſimul, & proijce ibi aurum & mitte ſubtus ſtercus equinum per dies octo: trahe ibi & mitte aquam: & ſimiliter ita fit ibi per alios octo: & aufer de mercurio medietatem, & funde, & erit pulchrũ & bonum vt aurum precioſum. Et quando vis præparare aurum exarchi præpara ſicut dixi: & aurum quod eſt confuſum propter oleum, præpara in hunc modum: Accipe libram vnam auri, & proijce ibi mediam librã aquæ, & ſtet in ſtercore per quindecim dies: trahe & funde, & erit pulchrum aurum: & vtilitates auri iam dixi per medicinam in libro corporis & naturas abſconditas auri, modò dicam, Deo volente: In auro ſunt naturæ abſconditæ quæ proſunt toxico, aut illi qui percuſſus eſt ferro, & pueris naſcentibus ſi quando natus fuerit teneat, non timebit dæmonem: & ſi prægnans mulier biberit, non abortabit. Si proijciant ſuper ignem & faciant fumum fugiunt ſortes, ſi facias de eo puluerem, & bibas cum vino, valet ad ventrem: & intellige.

De tribus generibus argenti, & de eius natura. Cap. VIII.

IN hoc capitulo tractabo de argento, & de eius virtutibus. Argentum diuiditur in tres partes, Argentum naturale: argẽtum nostri magisterij, scilicet petrale, & argentũ quod faciunt per vim medicinarum, & melius est de nostro lapide. Natura argenti est frigida & humida, & est factum de argento viuo multo, & de pauco sulphure, & totum argentum non est de vna natura: quia naturale magis est frigidum, quàm est illud de nostro lapide: & illud de nostro lapide est magis frigidum, quàm sit illud quod faciunt de medicinis. Et si vis cognoscere si sit naturale, petrale, aut de nostro magisterio, modò dicam tibi: Funde ad ignẽ, & vide si minuatur, & vide si faciat scoriá. Si non minuitur, nec facit scoriam, scias quod est de magisterio, & vt breuiter dicam, omne temperamentum quod facis ad aurum facias in argento. Et modò dicam tibi argentum quod faciunt de medicinis: Accipe mercuriuin, & laua, & sublima bis vel ter: & si potes indurare, indura: & dixi tibi quomodo induratur, & dicam tibi adhuc: Accipe de plũbo alcofoli quatuor libras, & de stanno libras quatuor, & de alio plumbo quatuor libras, & de mercurio ablu to & sublimato bis, & assato duas libras: & mitte in olla ferrea quam fecisti ad modum

oui perforata tribus foraminib. & sit calida de fumo istorum : & facias lutum istud per claudere ora ollæ. Accipe ferræ magisterij mediam libram, & de cinere sextam partem libræ, & de sale assato & pistato, octauam partem libræ : Accipe de pilis quantum sufficit : albumina ouorum quod sufficiat ad pistandum, & de aristis lini contritis, & incisis mediam vnciam : impasta eum, & sit rarum, & expande super pannum : cum illo cooperi ora ollæ : & hoc lutum est de magisterio, & mitte ollam intus in aludel postquam miseris plumbum & stannum, & cooperi aludel ac si deberes aliquid sublimare, & mitte ignem multum ad minus per quindecim horas, ad magis per vigintiquatuor horas. Trahe iam induratum, & proijce eum in salem armoniacum solutum, & vrinā puerorum, & mitte subtus stercus per quindecim dies : & postea indura in hunc eundem modum. Et accipe de calce cupri facta cum sale armoniaco libram vnam, & laua cum bonis lauamentis : & distilla ipsum per botum, quod feciſti cum septem salibus : & misce, & funde de mercurio quātū est vna vncia : & pone mediam vnciā olei, & duas vnc. terrę : & si vis mittas ibi nihil aliud de lapide, nisi tantū mercurium & cuprum, & habebis argentum bene coloratum, & bonum ad operandum : & hoc est melius magisterium, & hic liber est

melior

melior alijs. Et hoc argentum cognoſcitur in ſonitu effuſionis, & nulla eſt differentia inter iſtud & naturale. Et quando vis fundere argentum, ita funde ſicut cuprũ: & fermentũ qd̃ mittis de argento ſit ſicut de auro, & de quali opere erit fermentum, de tali opere opereris.

De V. generibus marcaſitæ, & non intrat in magiſterio. Cap. IX.

DIxit Abuali Abincine. In hoc capitulo tractabo de marcaſita: Marcaſita eſt multis modis, argentalis, & de auro, plumbalis, & de cupro, & de ſtáno: & nulla iſtarum eſt neceſſaria huic noſtro operi: ſed melior eſt quæ fit de auro. Si quis operatur peiorat magiſterium ſuum. Dico tibi, quòd non opereris de Marcaſita: & dixi de naturis corporum: & dicam tibi modò de medicinis.

De plumbo Alcofoli & eius vtilitatibus. Cap. X.

DIxit Abuali Abincine: In hoc capitulo tractabo de plumbo alcofoli quod eſt in multis maneriebus: & non intrat in noſtro magiſterio niſi tantum ad indurandum mercurium, ſed prodeſt per alcofol: Oculos ſanat, & curat quædam quæ ſunt in palpebris ad modũ lenticulę, & auget viſum.

Qualiter fit ſal alcali.

Cap. XI.

DIXIT Abuali Abincine: In hoc capitulo tractabo de ſale alcali. Alcali eſt herba quędam, à qua abſtrahunt ſucũ, & faciũt inde ſal: & dicitur Soſa: & eſt viridis cum magno folio in longitudine mędij palmi, & ſpinoſa multum. faciunt foueam ſubtus terram, & extrahunt ſuccum de ea, & implent foueam de illo ſuco: & illa eſt ſoſa, & color eius cinericius, leuis: ſed non multum perforata, tingunt inde pannos, & cum aqua eius & cum aqua de gallis tinguntnigrum. Soſa eſt calida & ſicca, & non multum calida & multum ſicca: & miſcetur ad ſoluenda corpora cum alijs ſalibus, & per indurare per emollire: & eſt vna de ſeptem ſalibus, quæ intrant in hoc magiſterio. Sed ſi vis dealbare, fac in hunc modum, accipe de ſoſa libram vnam, & piſta & ſolue, & miſce de aqua in duplum, & bulli cum aqua donec redigatur ad libram vnam, & mitte de aqua, & fac ita ſepties vſque quo alba ſit ſicut ſal gemma, & mitte ad ignem donec ſit ſicca, & ſerua grana, quia granoſa efficietur, & alio modo dealbant, ſed iſta eſt melior.

Caput

CAP. XII.

DIXIT Abuali Abincine: tractabo de ſale nitro, quod fit ſeptem modis: Vnum quod afferunt de Sicilia, & de India, & de Ægypto, & de Herminia, & de Seduna, & de Andeluz, & de Allodua: & vnumquodque iſtorum eſt calidum & ſiccum, & eſt ibi magis de ſiccitate, quàm de humiditate: & eſt ibi ſal de albo colore, & de cinericio colore, & de nigro, & de rubeo, & de viridi: & melior eſt albus. Quando frangitur, apparet intus ſicut petra vltra modum alba: & ſoluit cum fortitudine alterius ſalis, ſcilicet ſalis gemmę, aut ſalis communis: & ſolutio fit cum multa aqua calida, & ſunt qui mittunt in vrina puerorum diſtillata, & bulliunt per tres dies ter in die: & mittunt ſubtus ſtercus, & dimittunt ibi per octo dies, & totum hoc poſtquam pulueriza-
bitur: & ſunt qui mittunt in aquam calidam, & bulliunt: & mittunt ſubtus ſtercus per octo dies poſtquam pulueriza-
bitur: & ſoluitur quocunque modo velis, & ſal nitri valet: Prodeſt in multis, quia ſi vis fundere cuprum mitte de eo parum, & in alijs multis prodeſt, & eſt de ſeptem ſalibus. dximus virtutes ſalis nitri.

De *sale gemma & eius natura.*
Cap. XIII.

DIxit Abuali Abincine: In hoc capitulo tractabo de sale gemma. Sal gemma est multis modis, scilicet multum albũ, & de colore cineris, & nigri coloris, & melius est albũ. Natura eius calida & sicca, & sua siccitas est multa, & intrat multum in hoc: & habet fortitudinem in ablutione & in multis locis in magisterio, quia soluunt cum eo & indurant, & est de septem salibus. Et si quis non habet de alio sale, manducat de eo, & faciunt inde multa magisteria. Et quia longum est enumerare, dimittimus, & dicemus quod pertinet ad magisterium: sal gemma lauat multum benè & soluit eum in aqua.

De *sale communi & eius vtilitatibus.*
Cap. XIIII.

DIxit Abuali Abincine: In hoc capitulo tractabo de sale communi, qui est multis modis, scilicet de subtili & leuiter induratur: & qui est grossus non teritur, nisi ad molam, & qui est ad modum aquę non induratur. Melior de istis est quod leuiter induratur & soluitur: & modò dicemus quomodo intrat in hoc magisterio: Intrat sal commune in lauamentis, & in solutione, & indurationę: si quis accipiat de sale communi, & misceat cum aqua, & non cum alio, &

lauet

lauet inde quodlibet corpus tantum valet, ac ſi lauaret cum alijs ſalibus, & dealbat corpus, & lauat & mundat. Si quis accipit de ſale armoniaco, & ſoluit cum aceto, & lauet cum eo mercurium valet multum ad ſtringendum. Natura eius eſt calida & ſicca: & ideo non induratur, & eſt ad modum aquæ, & hoc eſt humidius quàm alij ſales, eò quòd induratur & exiſtit ſiccum, & eſt magis ſiccum quàm alij ſales, & eſt de vij. ſalibus, & nullum conuiuium eſt bonum ſine ipſo: & in iſto ſale eſt magna virtus: quia poteſt ſublimari, ſed parum: & combuſtus ad ignem poteſt commiſceri cum terra magiſterij, & non poſſem valorem iſtius ſalis enarrare: & mittunt de eo in furno, vt teneat ipſum calidum: & ſi quis facit furnum cum barchinis ad fundendum, oportet vt mittat ibi de eo aliquid: quia citius funditur corpus, & de illo ſale ſolo faciunt paſtam, & mittũt in medio mercurium, & ponunt in ollam ferream, & dant eĩ ignem cum fumo ſtanni, & plumbi alcofol: & propter hoc induratur mercurius, & facultates iſtius ſalis multæ ſunt. Quod non poſſẽ dicere de alio ſale, qui non induratur, poſſumus operari ſicut cum alijs, & hoc magiſterio: & cum aqua ſalſa factuum opus, ſi non habes de ſale indurato: & mercurium non laues cum aqua dulci: quia aqua dulcis auget eius humiditatem, & a-

qua ſalſa facit perdere humiditatem, & facit eum prope ſpiritum. Quando audis nominare Sapretum in hoc libro, ſcias quòd eſt de aqua vij. ſalium, & volo tibi dicere aquam, vbi ſoluuntur vij. ſales. Et ſunt quidam qui dicũt Sapretũ per aquam lapidis.*

De *quatuor generibus vitreoli, et eius natura.*

Cap. XV.

Dixit Abuali Abincine: Tractabo in hoc capitulo de vitreolo, Vitreolum eſt multis modis: eſt vitreolũ quod dicitur Calcarrar: aliud qnod dicunt calcadiz: aliud quod dicunt calcant, & mutat ſe ſecundum loca vbi fit: & aliud quod dicunt Ixſili: & hoc eſt melius omnium, & facit ſe album ſicut ſoſa, ſed non ſe ſoluit omnino: quia eſt terrenale, & eſt de vij. ſalibus, & color eius eſt croceus & trahit ad nigredinem. Natura eius calida & ſicca: & calor non multus: intrat in hoc magiſtetio, ſed non tantùm ſicut alij ſales lauat & ſoluit.

De *duobus aluminibus et eius vtilitatibus et naturis.*

Alumen eſt duobus modis, hiameni, & magrani: hiameni eſt album, & ſtringit, & magrani eſt rubeum, & non intrat in noſtro magiſterio ad album: hiameni intrat in multis locis, & ſunt in eo vtilitates multæ: quia mittunt in lauamento: quia fortiter lauat & bene,

bene: & in ſolutione, & in ſublimatione, & indurare, & in mollificare & incerare, & in multis magiſterijs intrat: & melius hoc alumen hiameni, quia eſt album, & purum, & lucidum: & diuiditur per cruſtas, & in calidis locis naſcitur. Natura eius calida & ſicca, & prodeſt ad tingendum pannos, & non eſt locus eius vt dicamus: & eſt de ſubtili materia. & eſt propè ſpiritus.

De *baurach et eius natura.*

Eſt baurach ſal currens, & eſt magis de ſubtili materia quàm alij ſales, & eſt naturalis ſicut armoniacus. Natura eius calida & ſicca: baurach eſt in multis modis: baurach de pane, de aquâ, baurach de mena: baurach ſoluitur & non intrat in hoc magiſterio, niſi baurach de mena, & eſt tantæ fortitudinis: quod albeſcit corpora, et lauat et ſoluit, et facit omne opus, quod faciunt alij ſales cum maiori fortitudine. Iam tractaui de omnibus ſalibus, ſed dicam quod intelligunt per ſales in magiſterio, per ſal nitrum terra: & quando dicit ſolutum, dicit aquam: per ſal alcali, aquam: per ſal gemma, oleum, per ſal commune, terram, per vitreolum terram, per alumen oleum.

De ſulphure & eius natura, & eius vtilitatibus, et de veris lapidibus philoſophorum: et de correctione filij.

Cap. XVI.

In nomine Domini dixit Abuali Abincine: Incipio capitulum xvj. Tractabo de ſpiritibus, ſulphur eſt de ſpiritibus: & eſt calidum & ſiccum, & non habet multum coloris: ſed frangit omnia corpora, & facit pulue rem & comburit, & ſublimat ſe, & ideo eſt ſpiritus, & faciunt ex eo multas res: & non intrat in noſtro magiſterio niſi in calce facienda ad ſolem: & monſtrabo tibi vt ſemper habeas ab eo ignem. Accipe de quatuor ſpiritibus de vnoquoque vnciam vnam, & de calce martis vncias duas, & de lucernis vnciam mediam, & de felle de haneca mediam vnciam: tere omnia & mole, & mitte ſubtus ſtercus equinum, ſcil. diebus 50. abſtrahe & tere, & cum aqua ſoluta de baurach miſce, & paſta, & remitte ſubtus ſtercus per triginta dies, & abſtrahe & miſce cum media vncia de felle tartuet: & habeas de cupro, & fac de eo circulum rotundum, ſicuti folium de folijs aſtrelabri, & vnge de iſto vnguento intantum quod nihil remaneat de vnguento ſiccando & vngendo: & poſtea incende eum cum igne, & ille ignis non extinguetur in ſempiternum, & quáto magis

mãgis proijcietur de aqua, magis accendetur: & non intelligas quòd ſemper indunt, niſi tantum quantum fuerit pondus circuli: quod ſi feceris illum circulum de duabus vncijs, durabit per biennium, & intellige. Et quando dicunt magiſtri: Accipe ſulphur & fac hoc, & hoc, & hoc: ſcias quòd ſulphur nõ ingreditur in noſtro magiſterio, ſed nominauerunt ſulphur ad ſignificandum per lapidem eorũ: ſicut multi qui ſignificant per lapidem ſuum auripigmentum, & alij marcaſitam, et alij litargirum, & alij argentum viuum, & alj magneſiam, & alij aneca, & alij beſtias dicunt: & non dixerunt niſi vt abſconderent magiſterium. Et qui dicunt accipe lapidem qui non eſt lapis, & ſulphur quod nõ eſt ſulphur, de auripigmento quod non eſt auripigmentũ, non dicunt niſi vt abſcondant magiſterium: & nullus illorum dilexit magis filium ſuum quám ego dilexi te: quia illi non curant dè nominibus: quia lapis eorum vnus eſt: & veniunt ſtulti & operantur ſicut inueniunt in libris ſuis, & non poſſunt attingere ad profectum: dicunt, quia non eſt verum magiſterium. Et quia dicebant quòd philoſophi erant mendaces, & non erat verum magiſterium: ideo compoſui librum iſtum, & illuminaui cæcos, ſolui catenatos, & intelligi feci quod non intelligebant, & ſolui ligaturas: & dixi tibi cum vir

tute Domini ſecretũ philoſophorum, & eo rum intentionẽ. Et ideo iurando tibi, quòd iſtum librum non venundes niſi filio tuo, & filius tuus filio ſuo, & de generatione in generationem, & detur ſapientioribus: quia malum feci quòd reuelaui puritatem domini: ideo non reueles, quia dico in veritate, quòd nullus philoſophorum cum alijs fuerunt operati niſi cum ſanguine, & cum capillis, & cum ouis, & hoc eſt ſecretum illorum, & hoc eſt ſulphur eorum & auripigimẽtum, litargirum, marcaſita & magneſia, & hoc eſt aquila, et gallina eorum, & quęcunq; nominauerint, hi ſunt lapides eorũ. Reuelaui tibi ſecretum ſapientiæ: ſcias quòd in die qua iſta reuelaueris, in ipſo die morieris, & ſi alij des niſi filijs tuis ſapientioribus, tu & omnis generatio tua propter hunc librum moriemini. Cum iſto libro ſis, & nõ recedat à te, & fac illũ ſcribere de auro, & abſcõde eum, & rogo deũ quòd non moriaris per hũc librum. Et de ſulfure faciunt multa magiſteria. Colorant argentum viu. & cum illo argẽto faciunt aurũ, quia incorporant cum plumbo, & faciunt inde multa magiſteria. Sulfur eſt multis modis, ſc. citrinum, & de India venit, et aliud croceum cinericium, et venit de Albuaria, et eſt aliud de colore cineris, et alij dicũt Aranici, et aliud quod venit de Burchina, et aliud eſt nigri coloris, et melius iſtorum

ſtorum eſt Indicum in hoc magiſterio, et po ſtea Aranici. Et ſulfur efficitur in locis mul- tis calidis, et fontib. et valet multis infirmita tibus, et quando miſcent cũ auro viu. et mit tunt ſuper ignẽ, efficitur rubei coloris, et il- lud quod dicunt ſulfur rubeum non eſt ve- rum: quia ſulfur rubeum non eſt in mundo, quia ſubtus terrá eſt, et nemo poteſt habere: ideo philoſophi dicunt, lapidem ſuum ſul- fur rubeum. Et ſunt qui vendunt in loco ſul furis rubei illud quod miſcent cum argento viuo, et mitte eum ad ignem, et ſi accendi- tur bonum eſt: ſin aũt de illo quod miſcent cum argento viuo, quia argentum viu. tan- tum ei confert humiditatẽ, quòd non poteſt accendi.

De auripigmento, et eius vtilitatibus et natura:

Cap. XVII.

Dixit Abuali Abincine, Tractabo in hoc capitulo de auripigmẽto. Auripigmentum eſt in multis modis: vnum quod venit de Si cilia, et eſt aliud quod venit de Xeduna, et aliud quod venit de Albozani, et melius eſt quod venit de Alburchen de Sicilia, & eſt aurei coloris per partes minutas, quando aperis ita lucidiſsimum eſt quod vix poteſt cerni, & eſt de colore auri obrizi. Natura eius nimium calida & ſicca: quia cremat. Ideo vbi audis dicere, mitte de auripi- gmento dico de igne, & non de alio. Et

qui terunt illud, quod adducitur de Xedi-
ma, & mittunt in alutel & sublimant & fran-
gunt per partes, & dicunt illud esse de Si-
cilia, & non est bonum in hoc magisterio.
Auripigmentum cremat corpora, & qui o-
peratur illud per rationem, mittit corpori-
bus colorem, sed non prodest in hoc magi-
sterio. Illa quæ sublimantur sunt quatuor,
& dicunt quòd sunt spiritus: & quandoque
dicunt ea esse elementa in multis libris: quia
nominant auripigimentum ignem, aut au-
rum viuum, aquam & sal armoniacum solu-
tum aerem, & sulphur, terram: & quandoq;
nominant sal armoniacum quod non sit so-
lutum terram: & nos nominamus eos spiri-
tus, & non curamus de nominibus, magis
curamus de vtilitate. Intellige quomodo se
nominent vnum pro alio: & intellige præ-
parationem lapidũ, & in auripigmento non
habeo multum quid loquar: quia iam dixi
quomodo miscent eum ad significandum i-
gnem, & dandum rubeum colorem: & quan
doque album. Sunt multi qui cum eo sedu-
cunt homines, quia faciunt de eo colorem,
& miscent cum cupro: quia est res falsa, non
dabo tibi.

De sale armoniaco et natura, de vtilitatibus, et de mercurio. Cap. XVIII.

Dixit Abuali Abincine: In hoc capitulo
loquar

loquar de sale armoniaco. Sal armoniacum est in multis modis vnum quod venit de Ægypto, aliud de India, aliud quod venit de Forperia. Oportet vt multum reserues de sale armniaco, quòd non accipias nigrúm sal, nec grossum, nec aliud quod est fractum per partes minutas, nec puluerizatũ ad modum farinæ, & natura eius calida & sicca. Et primò melius est sal illud quod inuenies partes grossas circumquaq; cũ oris album; quando aperis inuenitur intus album & tenue, & alij sales non perficiunt in hoc magisterio, & hoc sal faciunt sublimando de aqua tantùm, & adducunt partes magnas. Et aliud sal armoniacum est quod fodiunt, & frangũt per partes: & sublimant eum vt dicant, quòd de illo est: & vendunt eum in similitudinem alterius. Differentia inter ea primũ est album, vt diximus: & istud quando frangis, inuenies nigrum in medio. Et ita soluitur sal armoniacum: Accipe budellum vnũ, et imple de sale armoniaco puluerizato, & bulli ad ignem, et soluitur: tamen vt mittas parum de aqua in budello, & faciunt multa magisteria deeo, per soluere, per lauere, per emolire, & per durare, et sublimare corpora. Et est quidam modus auri quem non diximus in tractatu auri, & est melior alio, & illud quod inuenitur in arena coniungit eum: & aliud est quod nascitur ad modũ herbæ, de nocte lu-

cet,in die non videtur:ſuperiactant in eo ci-
nere,et colligunt eum, et ille qui coniungit eum , et mittit eum ſuper ſalé armoniacum ſolutum, valet magis ad duplum, et hoc eſt de meliori auro: poſtquá locuti ſumus de ſale armoniaco, & diximus ſuas valitudines: ſed facimus tranſitũ. Dicemus adhuc parum ad indurandum mercuriũ, laua cum ſale armoniaco ſoluto, & ſublima eum bis cũ ſale armoniaco ſoluto, & mitte eum in alcutia ad aſſandum, & miſce cum cera in duplum, et ſit cera bona et munda, et mitte mercurium cum cera in olla ferrea,et habeat deorſum de fumis plumborum, et de ſtanno, et indureſce ; et da ignem ad magis per xxiiij. horas,ad minus per xviij.horas:& omne cor pus acre de auro ſiue de argento cum ſale armoniaco, et ſtercore equino præparatur. Et vide quòd de nullo alio ſale accipias,niſi de illo de Ægypto:quia alij non prodeſſent, & non poſſent ſolui, ſicut et iſte: et Algarani dicunt ſalem iſtum reuiuiſcens mortuos, et aliud vocant mortificans viuos: ideo ad indurandum mercurium magis valet peius quam bonum: intellige.

De *tribus lapidibus,et de ponderibus.*

Cap. XIX.

Dixit Abuali Abincine: In hoc capitulo dicam tibi tres res: Accipe lapidem qui non eſt lapis,et non eſt de naturis lapidum,et di

uide, et fac de eo ſpiritum, et animam & corpus, et proijce vnum ſuper xx. Secunda, accipe de lapide qui eſt in montibus, et mortifica, et iacta ſuper medietatem corporis. Tertia, accipe de lapide naturali qui eſt perforatus, fetens inuenies ſuper ſtercora, præpara, et fac de eo ignem et aquam, aerem et terram: et fac alexir, et iacta vnum ſuper 3. et ſuper xxx. et ſuper ccc.vj. et ſuper ccc.xj. Hic eſt numerus magiſtrorũ. Modò dicam pondera de prædictis tribus rebus. De prima v.vij.xj.xxj. De ſecunda ij.iiij.x.xl. De tertia iiij. vj. xviij.xix. Adhuc explanabo tibi pondera iſta quinque de quinq;, et 7. de ſeptimis, & vndecim de vndecimis, et xxj. de xxj. habebis ſolem, quinque de quinque, vij. de vij. et xj. de xj. habebis lunam. Accipe decem, et fac corpus. Vide tàm breuiter tibi dixi, et planè. Adhuc magis illuminabo te: Accipe pondus, et pondera triginta ſex, hęc eſt maior pars: et quandoque mittunt nonaginta tres, et pondera xl. octo, et xxiiij. et pondera xij. et ſex, tolle vnum et remanent xxv. figura maieſtatis iij. iiij. et iiij. in duobus, et duo in tribus, et quinque in vnum, terra, aer, aqua et ignis, terra minus, aqua minus, aer minus, ignis magis.

De mercurio naturali, plumbali, & ſtannali.

Dixit Abuali Abincine. Hîc dicam tibi de mercurio: Mercurius eſt multis modis: & naturalis, & de plumbo, & de ſtanno, & commixtum. In hoc magiſterio non eſt tibi neceſſe niſi naturalis: quia alijnō prodeſſent tibi, & ſi potes habere de mena bonū eſſet: differentia inter illos aurum viu. de mena: quādo accipis cinerem, & expuis in eo cinere, & mittis in mortario, & iactas ibi de mercurio, & tenuis perdes mercurium, & non inuenies niſi fortè ſublimes: & ſi eſt de plūbo, aut de commixto, non amittes: ſed ſemper viuet, & iſte grauiter induratur: Natura eius frigida & humida, & ſublimat ſe.

Quærit filius de eo quod dixit pater in differentijs.

Dixit Abuzalemi ad Abuali: Pater, intellexi omne quod mihi dixiſti vſq; modò, & bene intelligo: ſed tu dixiſti in differentijs in principio libri, quòd totum corpus, quod ſublimatur, magis eſt ibi de calore & ſiccitate, quàm de alia re: & eſt de natura ignis, & ideo ſublimatur. Et dixiſti quòd debet eſſe leue: & dixiſti, quia aurum viu. ſublimatur, & aurum viu. eſt frigidum & humidū: ergo quomodo ſublimantur. eſt contrarius igitur quia ignis eſt calidus, & iſte frigidus ignis eſt ſiccus, & ille humidus: ignis eſt leuis, & ille ponderatus: ergo quomodo ſublimatur?

quia

quia hæc duo ſunt cõtraria. Solutio Abuali Abincine. Hęc verba faciã te intelligere: dixi tibi quôd nullũ corpus eſt, in quo non ſit de calore & ſiccitate, & de frigiditate & humiditate, et in igne non eſt niſi calor & ſiccitas, quia eſt elementum: & de corpore nõ dicimus iſtud eſſe calidũ aut frigidũ, ſed quod eſt ibi magis de calore aut frigore, nõ quòd non ſit cum calore aliquid de frigiditate : & cum frigore aliquid de calore, et ita de ſiccitate & humiditate : ſed illud quod magis eſt in corpore nominatur, et aliud eſt ibi abſcõditum: quia fugit à ſuo contrario, et quod eſt magis, vincit quod eſt minus: ideo aurũ viu. dicimus, quòd eſt frigidũ & humidũ: et tamẽ eſt ibi calor & ſiccitas: & quia eſt ibi frigiditas magis et humiditas, abſcõdit ſe calor & ſiccitas, et quando mittũt in alutel, et dãt ei ignem, caleſcit, et exit calor abſconditus, et vincit frigiditatẽ: ſiccitas vincit humiditatẽ, et leuitas nõ eſt niſi de calore et ſiccitate, et põdus de frigiditate & humiditate: et poſtq̃ caleſcit & ſiccatur, facit ſe leue et aſcendit.

Interrogatio filij.

Dixit Abuzalemi: ergo omne corpus quod eſt frigidum & humidũ, cùm caleſcit debet accendere. Reſpõſio patris. Dixit Abuali, Faceret hoc ſi eſſet de materia tã ſubtili, ſicut eſt aurũ viu. Intellexit filius quod dixit pater

Dixit Abuzalemi: Iam intellexi quod dixisti, modò fac me intelligere pondera prędicta, et ita quæram de te paulatim res, quas non intellexi vsque modo.

De regula ponderum.

Hæc est regula ponderum j. ij. iij. iiij. v. et sic vsq; ad duodecim, et de vno vsq; ad duodecim ad lunam. de vno vsq; ad xvj. ad solem, Intellige hoc. Respõdet: Intellexi quod mihi dixisti, mi pater, in ponderibus.

Quærit filius quòd dicat sibi pater magisterium metalli.

Modò dic mihi, quomodo non ostendisti metallum quomodo efficitur? Respondet, ideo non ostendi: quia non est opus in hoc magisterio. Dixit filius: Quomodo non est opus in hoc magisterio? quia tu mihi dixisti: quia quando non inuenirem vitrum, quod facerem cucurbitas de metallo ad destillandum?

Satisfactio patris.

Dixit Abuali: modò dicam tibi quomodo efficitur metallum: Metallum efficitur de cupro, de plumbo & stanno: & de cupro habeas duas partes, de vno scilicet ære, & vnam partem de alio.

De commixtione argenti viui cum cupro.

Modò reuertamur ad argentum viuum: Argentum viu. quando se miscet cum cupro, fugit de

git de eo, quia est cõtrariũ ei: quia cuprum est calidum & siccum, & illud est frigidum & humidũ: quomodo se sublimat aut se indurat, reuertitur calidum & siccum, & incorporat se cum cupro, & diligit eum & defendit eum, vt non comedat eum ignis, & dealbat eum, & facit eum argentum, hoc est quod dicunt magistri: Mitte pacem inter inimicos, vult dicere, inter Venerem & Mercurium. Sunt quidam qui faciunt hanc pacem cum Ioue & Mercurio ad lunam, sed magis valet nostrum, scilicet cum marte & mercurio ad lunam, & cum Saturno & mercurio mitte pacem ad solem. Et sunt qui indurant mercurium in olla terrea, & mittunt illam ollam in olla stanni, & de plumbo soluto, & sunt qui accipiunt mercurium, & mittunt in olla plumbea, & soluunt stannum, & mittunt de super: & sunt qui iactant mercurium cum plumbo, & sublimant, & nulla istarum est cum ratione. Intellige.

De capillis, et eorum natura.

Cap. XX.

Dixit Abuali: & loquar in hoc capitulo de capillis. Natura illorum frigida & sicca, & intrant in hoc magisterio. Si quis diuidat eos per 4. partes, aqua illorũ indurat mercuriũ. Capilli sunt in multis modis, de homine grádi, de homine paruo, de mediocri, de bestijs, sed de bestijs nõ intrant in hoc magisterio, et

ſunt ibi de pilis hominũ, & ſunt de colera nigra, de colera citrina, & de flegmate, & de ſanguine: & capilli qui intrant in magiſterio ad habendum lapidem, ſunt de iuuenib. de xiij. annis, qui ſunt de ſanguine, & de 4. humoribus, & fumus capillorũ reddit cuprum de colore auri. Valitudines eorũ multę sũt: quia faciunt de eis per botum barbatum, mixti tamen cum terra magiſterij. Intellige.

De vrinia & eius vtilitatibus, & de alijs quæ egrediuntur, & eorum vtilitatibus. Cap. XXI.

In hoc capitulo tractabo de vrina: & in hoc magiſterio non intrat niſi vrina puerorum: & diſtillãt eam ſicut aquam roſaceam, & eſt bona ad lauandum & ſoluendum, & in durandum, mollificandum & incerandum: & primùm ad lauandum, & poſtea poſtq̃ incepi loqui de ſuperfluitate, loquar omnino de ſuperfluitate hominis, ſtercus hominis eſt calidũ & ſiccum ſicut vrina: ſed mutatur iſta ſuperfluitas ſecundum commiſtionem hominis: quandoq; calidum, quandoq; minus calidum: quia vrina febricitantium de febre acuta, non eſt talis qualis eſt de egritudine quam dicunt piper & cepas: & permanent ad ſolem, & faciunt aliquid opus, quale eſt illorum qui comedunt portulacas & lactucas: & habent frigus & non operãtur; et ita mutatur ſtercus eorum. Sed tu ſcias pro veritate: quia non dicimus hoc niſi de rebus in edio-

mediocribus inter caliditatẽ,&frigiditatem, ſiccitatem & humiditatem : & mediocris eſt calidus & ſiccus. Dicunt quidam, quod ſtercus eſt lapis, & mentiuntur: quia non eſt, ſed intrat in magiſterium in lauare, & in ſublimare, & indurare, & in mollificare, & in mortificare poſtquam eſt ſiccum. De fortitudine ſeculi iam dixi tibi: & docui quomodo colligeres: & acciperes eius valitudines in tractatu ſuo. Adhuc dicá tibi de ſudore hominis: qui colligit & miſcet cum ſalibus adiuuat multũ ad dealbandum cuprũ. Et in hoc modo colligе: Accipe fuſtes de buxo, & fac ad modum cultri, & quando ſudat, quis radit & ſeruat.

De *ouis & eorum diuerſitatibus.*

Cap. XXII.

IN hoc capitulo tractabo de ouis : Oua ſunt de multis volatilibus, de gallinis, de anſeribus, & de perdicibus: de aquilis, de coruis, de anatibus, de griffio : nulla iſtorum intrant in magiſterio niſi de gallinis: Natura illorum eſt temperata : meliora ſunt oua de gallinis, quæ permanent cum gallo : & ſine gallo non intrant in hoc magiſterio : ſed dico quòd non accipias de ouis quæ ſunt octo dierum.

De *ſanguine & eius natura.*

Cap. XXIII.

IN hoc capitulo tractabo de ſanguine: & fit multis modis. Natura eius calida & humi

da, & ſanguis de beſtijs volatilibus, & ſanguis de piſcibus, & ſanguis hominum: & nullus alius intrat in hoc magiſterio, niſi de hominibus: & ſanguis hominum non eſt æqualis. Quidam abſtrahunt ſibi ſanguinem & viuunt, & quidam moriuntur: ſicut percuſſus, aut iugulatus aut flebotomatus. Satis locutus ſum de ſanguine. Melior ſanguis de iuuenibus vſque ad xx. annos, vel etiam vſque ad xxx.

De vitro & eius natura, & diuerſitate.
Cap. XXIIII.

IN hoc capit. tractabo de vitro: Vitrum eſt multis modis: Naturale, herbale: aut de argẽto, aut de auro, aut de cupro: & videtur ſecũdũ qd̃ eſt prima natura vitri calida & ſicca, ſecunda frigida & humida, vitrum intrat in hoc magiſterio ad ſeruandas multas res, & ad diſtillandum & coquendum, & ſublimandum, & multis alijs magiſterijs quæ numerare non poſſumus, & melius illorum eſt naturale: & de elherachi, & albordali, & adtegádi: quia nunquã coquitur in iſtis locis vitrum, niſi ibi homo aſſetur, & non debes accipere de nimis cocto, nec de nimis crudo, nec de herbali: Inter herbale & balharachi non eſt differentia, inter alarchi, & iſta alia quæ fiunt ſuper ignem, non eſt differentia: quia nota eſt notitia ſua. Si eſt nimis coctum aut

parum

parum, aut mediocriter, tẽperabis ita: habe de ſanguine columbi, aut de ſanguine hyrundinis, aut paſſerum de portali, & iacta ſanguinem ſuper ignem, & vitrum recipiat fumum, ita vt non frangatur, ſi ſe facit nigrum, ſcias quod multum eſt coctum, ſi vertatur ad albedinem ſcias quod eſt crudum: ſi fit rubeum, ſcias quod eſt coctum & bonum, & iſta temperamenta non ſunt niſi in vitro alharach antequam cadat ibi: aut in vitro cichilli, non propter aliud, niſi quod coquitur cum rebus viuis. iſtud eſt temperamentum corporale. Modò dicam tibi temperamentum ſpiritale: Tu ſcis quod dicit muſica: quia voces ſunt duodecim, & vnaquęque illarum diuiditur in multis partibus. talis eſt quod eſt alexir almagne & alibem, & alhanzar, & albenzar, & hatin aharta minalcaf, & ſcias quod azir habet ſonum altum, albane habet ſonum, ſed non altum: aliben, habet ſonum latum, alhanzar habet ſonum longum, de vitro quod eſt bonum accipe.

Explicit capitulum xxiiij. Sed antequam ego incipiam aliud, explanabo tibi in quo vaſe conſeruentur medicinæ.

PITENEO VENETO VENEZIA

Metalla.

Cuprum in quo vis permanet.
Plumbum ſimiliter.
Stannum ſimiliter
Auricalcum ſimiliter.
Metallum ſimiliter.
Ferrum ſimiliter.
Aurum ſimiliter.
Argentum ſimiliter.
Marcaſita ſimiliter.
Plumbum alcofoli ſimiliter.

Sales.

Alcali quod non eſt ſolutum fit vbi vult: & quod eſt ſolutum, & ita quod ſit album in metallo, & quãdo perfecero hoc capitulum, explanabo de vnoquoque.

Sal nitrum eſt neceſſe quod ſerues in ordeo: ſi autem ſit ſolutum mitte in vitro, & ſit ſub terra in fimo.

Sal gemma non ſolutum, ſit vbicunq; vis, ſolutum ſit in cinere.

Sal commune ſicut cæteri ſales.

Vitreolum ſit vbi vult.

Baurach, quod non eſt ſolutum, ſit in corio ligato: quod eſt ſolutum ſit in vitro, ſubtus terra.

Spiritus.

Sulphur quod eſt ſublimatum ſit in vitro ſubtus ſtercus: Quod non eſt ſublimatũ, vbi vult.

Auri

Auripigmentum quod est sublimatum sit in vitro subtus stercus: Quod non est sublimatum in pisside lignea.

Sal armoniacum quod est sanum mitte vbi vis, sublimatum in vitro, solutum in metallo, puluis eius in corio ligatus.

Aurum viuum crudum in vase terreo vitreato, aurum viuum combustum similiter, sublimatum in vitro, induratum in metallo, solutum in vitro, induratum secunda vice in vitro: & scias quod hoc quòd seruatur in vitro magis valet de alijs.

Lapis scilicet pili.

Pilos quando sunt remolliti in salibus, debes seruare in vitro aut in metallo: & quãdo vis eos diuidere per quatuor elementa, scilicet aquam, ignem, aerem, terram, vnumquodque in partem.

Ignem mitte in vitro: aquam in metallo: aerem in vase terreo vitreato: terram ligatam in panno lineo in vitro: & ita ista quatuor elementa permaneant subtus stercus: & quomodo dixi ita facias.

Vrina lapis.

Vrinam non teneas nisi in vitro aut in metallo.

Oua diuisa per quatuor elementa, aerem, ignem, terram, & aquã: aqua & ignis sunt in vitro, aer in metallo, terra in vase terreo vitreato.

Lapis.

Sanguis quando eſt collectus ſit in metallo, quando diuiſus eſt per quatuor elementa iſta, aer, ignis, & aqua in vitro, terra in panno lineo.

Modò dicam tibi quod mercurius quando ſe ſublimat in vaſis de metallo, valet minus: quando ſe ſublimat in vaſis de terra vitreatis, valet magis: & ita dico tibi de omnibus rebus, quæ ſe ſublimant: & intellige quę dixi, vnumquodque in ſua Porta, & intelliges magnam rem de magiſterio.

De *panno lineo & eius natura.*

Cap. XXV.

DIXIT Abuali Abincine: In hoc capitulo tractabo de panno lineo. In hoc magiſterio intrat pannus lineus primus & groſſus de ſtupa, & de lino. Quia nullum aludel pones ad ignem, niſi fundus eius ſit coopertus de terra magiſterij, & de panno lineo: & quando ſublimas mercurium aut aliud, neceſſe eſt vt cooperiatur vas & foramina de panno & terra magiſterij. Et quando induras, neceſſe eſt vt pannis lineis cooperiantur ora vaſis: & ſic de omnibus vaſis, & ita eſt neceſſe ad colandum mercurium & omne aliud: & eſt neceſſe ad cooperiendum ſolem ad vmbram: & quod eſt primum eſt neceſſe perſeuerare om

nes

nes pulueres: & quod eſt groſſum, eſt neceſſe ad extingendum: & linum eſt frigidum & humidum, et facit ſe in loco aquoſo. Natura eius groſſa, & ad omne hoc quod dixi eſt neceſſarium, ſed de ſuis areſtis ponderatis intrant in luto faciendo magiſterij, & in multis alijs rebus.

De ſtercore equino, & eius vtilitatibus. Cap. XXVI.

DIxit Abuali Abincine: In hoc capitulo tractabo de ſtercore equino. Nullum aliud eſt opus tibi niſi equinum: natura eius calida & ſicca, & eſt magis primum omnibus alijs, & eſt magis calidum: & neceſſe eſt in hoc magiſterio in multis rebus, per lauare, per ſoluere, per indureſcere, & in mollificare, & incerare, in multis alijs & per ad fermentum, & ſtercus hominis eſſet bonum in hoc magiſterio. Sed quum tu vis præparare ſtercus equinũ in xxx. cargas de ſtercore equino, mitte vnam de ſale, & ita mitte in magiſterio. Et ſunt in eo multę vtilitates per ad mercurium indurandum, & mollificandum, & ſoluendum: & ſic in omnibus corporibus & ſpiritibus. Et multa poſſemus dicere de ſtercore, ſed longum eſt: breuiter dico.

De Aceto & eius natura: & de quæstione filij & responsione patris.
Cap. XXVII.

DIXit Abuali Abincine: In hoc capitulo tractabo de aceto. Natura eius frigida & sicca, & intrat in hoc magisterio in multis rebus, in soluere, in lauare, in indurare, in mollificare, in incerare, in magno lauamento faciendo, & in magisterijs de hoc magisterio: & est necesse vt seruetur in vase vitreo & non alibi: & non possum tibi dicere multa in aceto. Dixit Abuzalemi patri suo: Pater cur intrant res frigidæ & siccæ, calidæ & humidæ ad indurandum & mollificandum? Respondet pater: Si tu intelligeres subtilitates medicinarum, nō diceres hoc: quia res calida & sicca cum sua siccitate indurescit, & cum suo calore mollificat: & res frigida & sicca, cum sua siccitate indurescit, cum sua frigiditate soluit: & sic fit de istis rebus sicut dixi: & stercus cum suo calore: & subtilitate soluit, & propter suam siccitatem indurescit: & in loco aquæ si tu pastares terram magisterij cum aceto magis valent.

De

De *Attozongis*. Cap. XXVIII.

DIxit Abuali Abincine: In hoc capitulo tractabo de multis rebus, de quibus locutus sum: primum dicam de Attozongis: semen eorum in multis locis intrat in loco aceti, & est humidum: sed parum intrat in hoc magisteriũ. Sed quia voluimus quod liber noster plenè impleretur, ideo dicamus: Ego iam dixi tibi de cupro.

De solutione cupri & aliarum rerum quæ soluuntur & non soluuntur.

Cuprum est necesse vt soluatur cum fortitudine barchinorum: & cum magno igne, & in vasibus in quibus soluatur faciat se multũ vitrum. Non frangas vasa illa, sed serua: sed quando accipis ea cum forcipibus, paulatim accipe. Signum solutionis eius est, quando feruet, et videbis quod flamma ignis ascendit de eo cum indico colore. Quando vis proijcere non super terram grossam, sed super cinerem subtilem multum, et in plumbo non est ibi necesse magnum magisterium, nec in stanno.

De latone habes necesse magnam fortitudinem ignis, sicut in cupro: & citò proijce: quia non durat calor suus.

Metallum est leue ad soluendum, & durat multum calor suus.

Ferrum non ſoluitur.
Aurum ſoluitur benè.
Argentum grauiter ſoluitur.
Marca ta non eſt neceſſaria.
Plumbum alcofoli non ſoluitur.
Sal alcali ſoluitur, & ſal nitrum, & ſal gemma, & ſal commune.
Vitreolum non ſoluitur, nec baurach.
Sulphur ſe ſublimat, & auripigmentum, ſal armoniacum ſublimatum ſoluitur, aurũ viuum, ſed ſublimatum.
Pili ſe diuidunt.
Vrina ſe diſtillat.
Oua ſe diuidunt.
Sanguis ſe diuidit.
Vitrum ſe ſoluit.
Pannus ſe comburit.
Stercus deterioratur.
Acetum eſt neceſſe, quod ſit acerrimum.
Vide & intellige: & operare, quod eſt de magiſterio: Tenta res, & vide ſicut ſunt.

Explicit capitulum xxviij. cum impletione Dictionis quintæ. Sed antequam incipiam ſextam Dictionem dicam tibi præcepta bona.

Exhor-

DICTIO V.

Exhortatio patris, quod filius meditetur in istis capitulis

XXIX.

DIXIT Abuali Abincine filio suo: Hæc præcepta tene, & non dimittas quando accũbis in lectulo tuo dic ea: Primum opus terra, Secundum opus, facere clibanum: Tertium opus facere vasa quæcunque tibi sunt necessaria, de vitro, de metallo, de terra, & fac multa de eis. Quartum opus habeas de septem salibus: & comburas & soluas : & teras combustum quod necesse fuerit, solutum similiter. Quintum opus quod habeas de sex quæ se elongant: & opereris de illis, & vnumquodque per suum magisterium, & non sis sine illis, lauatis, calcinatis, & aliter iterum lauatis, solutis, induratis, mollificatis, & inceratis. Et semper habeas de eis quocunque modo de quatuor qui se sublimant: habeas puluerem induratum, & tres lapides habeas diuisos per quatuor elementa vnumquodque singulariter, & de stercore equino, & de aceto habeas, & cum omnia hæc habebis, plenè habebis & non sis sine his.

ARGVMENTA CAPI-
tum sextæ Dictionis quæ sunt XXXIII.

Primum capitulum tractat de lauandis re
bus & ære: ibidem etiam tractat de faciendis
ollis, & furnis et alijs vasis: & de furno calci
et sublimationis, et de furno distillationis, et
de ollis faciendis ad calcem, & de furno ad di
uidendos lapides per quatuor elementa: A-
git etiam de vasis metallinis ꝑ soluere & ser-
uare rem solutá, & inceratam, et de alba, vel
in multis modis faciendis: & tractat de ablu-
tione cupri ad corpus et ad fermentum faci-
endũ in vase metallino. Ibidem etiam agit or
dinatè de lauamentis: agit de ablutione cu-
pri, et quod puluis solis vel lunæ dicitur fer-
mentum. Et quando miscetur cum calce mi-
noris corporis, totum dicitur fermentum. Et
de alexir lunæ ad cuprum, & quę sunt ibi mit
tenda, & quod sufficit lauare & calcinare cor
pus maius: et agit de alexir solis, & quæ sunt
ibi mittenda. Et quidem rationabiliter pa-
trem interrogat filius. Quæritur etiam ibi-
dem, an sit melius habere elementa seorsum,
& fermentum seorsum, & mercurium seor-
sum, & corpus minus seorsum, an omnia con
iungere simul in modum electuarij, vt om-
nia hæc sint vna alexir. Item quot & quæ in-

trant

trant in elixir ſolis, vel lunæ: Tractat etiam quantum hęc omnia durant, id eſt de vita eorum, & ſimiliter de vita æris, & parum de humatione, et obſcurè, & parabolicè de ſublimatione mercurij.

In ſecundo capitulo tractat de calce æris, et cur calcinatur: et quid ſit calx: et de ſignis æris benè cocti, et ſi non ſit benè coctum qualiter præparetur: & ſic de calcibus ad lunam et ad ſolem, & de quibuſdam quæ ſpectant ad geometriam: et parabolicè de ſpiritibus, et quod in calce ad lunam non ponas auripigmentum, nec ſulphur: ſed ad ſolem: et de furnis calcis: & quod plus oportet decoqui calcem ſalium quàm auripigmentum, vel ſulphur, et de nitro, & obſcurè notat elixir, & de horis calcinandi, & de ſignis cupri cocti, & de buffone, & cum qualibus rebus æs debeat cremari: & agit de quadratura circuli, et de horis calcinandi, & quod non calcinemus cuprum ad aurum, ſed ad lunam: nec plumbum ad lunam, ſed ad ſolem: Oſtendit etiam quomodo ſcies quòd non ſit benè coctum, & ſi refrigeretur vix poterit poſtea præparari: tamen quoquo modo præparatur, & agit de carnibus quatuor ſpiritus ſignificationibus: & quod flamma non poſsit exire de furno, et quod ſuſtinet in opere, & quod æs infri-

gidatum vix poterit poſtea præparari, & quod iguis in furno iugiter ardeat, nec per horam deficiat: Et qualiter ponas puluerem inter laminam & laminam: & agit de generali calce ad lunam, ſcilicet per botum ad fermentum, ad ſponſalitium, ad corpus maius & minus: & ibi obſcurè agit de aceto, vino, aqua, & melle: id eſt de ſpiritibus.

In tertio capitulo oſtendit cur lauatur æs, & quomodo, & de tribus ablutionibus: & parabolicè agit de cupro, & de interpretatione alexir, & quod æs calcinatum & puluerizatum calidum ponatur in furno equi: & de natura fimi, & agit de calcinationibus calcis æris, & obſcurè agit de tribus lapidibus, & proiectione ſuper corpora, & agit de girguncis: agit etiam de ponderibus quatuor ſpirituum ad ſolem & ad lunam, & de oleo lapidis: Et notat alexir de capillis & de ſanguine: & exponit obſcuritatem nominum: & de ablutione æris, quod parum requieſcat aqua antequam proijcias, & quod fiat in vaſe vitreo: & de humatione calcis in vaſe vitreo, & quod ſcias pondera & menſuras & michilas, & quod ſi benè abluas calx videbitur luna: & oſtendit quid ſit ſal mercurialis, & de calce æris ad ſolem, & de ſignis calcis benè ablutę, ſed obſcurè.

In

In quarto capitulo agit de induratione quæ debet fieri in vaſe metallino, & de magiſterio boti barbati breuiter oſtendit: ſed poſtea plenius quod corpus minus ad botum barbatum debet ablui, calcinari, iterum ablui, indurari, incerari, ſublimari, ſolui: Corpus verò maius debet ablui, calcinari, iterum ablui, & non plus. Iterum agit de humatiõe, & quod induratio fit in vaſe metallino.

In quinto capitulo agit de inceramento, & de differentia inter inceramentum & ſolutionem: & quare fit ſolutio, & quod fiat in vaſe vitreo, & de humatione, & quod per vnam horam intelliguntur tres horæ & dimidia, & quod in inceramento ſemper apponatur aqua lapidis.

In vj. capitulo agit de ſublimatiõe, & quas calces debeas ſublimare, & qd̃ ſal armoniacum non ponatur in opere ſolis, & quod fiat ſublimatio in vaſe terreo, & de tribus in ſublimatione notandis, & quod calx argenti viui ad album ſit alba, ad rubeum rubea, & de boto barbato: et quod nihil aliud ponatur in mercurio cũ ſublimatur ad lunã, niſi mercurius: et de humatione, et qd̃ mercurius ad ſolẽ nõ debet tantũ ſublimari quantũ ad lunã, et ſi in aludello aliq̃d remanet ad ſublimãdũ, iterũ ſublima, & quod aludellum antequam diſcooperiatur ſit frigidum, & agit de lutis faciẽdis ad totũ magiſteriũ, et qualiter fit luna.

In ſeptimo capitulo tractat de ſolutione æris, & non credas quod æs reuertatur in aquam. Et agit de tribus ſolutionibus: Nunquam ſoluas cum ſale, quod ſit ſublimatum, nec ſublimes cum calce qui fuerit ſolutus. et agit ibi de ſiccitate et humiditate, caliditate & frigiditate. Relege capitulum illud: quia vtile eſt; Fiat ſolutio in vaſe vitreo vel metallino, & poſt ponatur in fimo: Et quod in ſolutione corporum ſales ſint ſoluti: et agit de ſolutione auripigmenti, et qualiter aues moriantur.

In octauo capitulo agit de ablutione plumbi: quod eſt naturaliter frigidum et ſiccum. prima ablutio fit vt deſuper abluatur, ſed quæ fit ad corpus poſt calcem fit; Æs vel Saturnus non remaneant per noctem in illa re in qua abluuntur, quia fieret viride, & ſcias quod plumbum non eſt bonum ad lunam ſine alexir, & ideo non eſt ibi opus botus, vrina vel acetum non intrant in magiſterio, niſi ſemel vel bis diſtillentur: plumbum non debet fundi, niſi in vaſe metallino.

In nono capitulo agit de calce facienda: & quod ſeptem corpora poſsint calcinari, & quod ſunt ſales vel ſpiritus cum quibus fit calcinatio, & ſcias quod mercurius artificialiter factus non intrat in magiſterio

ſoli⁶

solis vel lunæ, & ostendit qualiter fit azoc artificialiter, & qualiter cognoscitur, & dum calcinatur non fiat cum carbone rubeo, vel igne citrino.

In decimo capitulo agit de ablutione plumbi, & cur fit ablutio, & quod ablutio fiat in vase vitreo, vel vitreato, vel metallino. Scias quod plumbum & omne opus solis debet præparari in æstate. agit de inhumatione. & obscurè de ponderibus.

In vndecimo capitulo agit de indouratione Saturni, & quod maior debet fieri induratio in eo quàm in ære, & cur fiat induratio, & quod fumus Saturni indurat azoc. Induratio fiat in vase vitreo: cum stat ad solem agitetur cum spatula lignea, quod misces cum plumbo ad sublimandum debet prius puluerizari & sublimari: non mittas sub fimo, nec fundas indurando: species quàm mittis cum plumbo si dimittas vsque ad sex menses, non valebit: Quæ sit vita incerandi, sublimandi, & soluendi, ablutionum sublimandi & soluendi.

In duodecimo capitulo agit de inceratione, & quod multum non debet incerari, & inceretur in vase metallino, & quare inceretur & infrigidetur super ignem debiem: inceramentum non est aliud, nisi

quod creſcat humiditas.

In decimotertio capitulo agit de ſublimatione, et cur fiat ſublimatio ad ſolem: nõ mittas mercurium niſi rubeum & naturalem, et agit de caputijs cucurbitarum, ſublimatione rerum quæ ponuntur in corpore: fiat ad minus bis. Solutio poſt inhumationem remouet immunditias: pòſt oſtendit quod anima hominis eſt ſanguis hominis: pòſt agit de lapide herbali, id eſt capillis.

In decimoquarto capitulo agit de ſolutione plũbi, & fit in vaſe metallino, & ſub fimo, et cur fiat ſolutio.

In decimoquinto capitulo agit de ſtanno, quod præparatur ſicut corpora prædicta, & agit de vaſis geometricè: & agit de quinque modis ſtanni, et fiat opus in olla ferrea vel de terra rubea, et agit de ſigno combuſtionis. Quando dico tibi alerim quod mittas azoc, et poſtea mittas aquam, intellige azoc per azoc, & agit quanta ſit hora, et agit de lapide qui fugit plumbum: Quidam ſtulti cum deberent complere opus dimittunt: quia qui multum quærit inuenit: Scientiæ ſunt decẽ. quatuor ſunt matres, et ſex filię: et agit de põderibus magiſterij, et agit de horis magiſterij, et de mercurio parabolicè, et de verbis occultis huius magiſterij, & agit de ablutione fit induratione ſtanni, et de mercurio indurando, et agit de lapide, pòſt agit de incera-

mento

mento ſtanni,et cur incerát: pòſt agit de ſub limatione.Mercurius,vel ſulphur, vel auripi gmentum non intrat in ſublimatione ad lunam. pòſt agit de ſolutione ſtanni, et oſtendit quid ſit ſublimatio, quid ſolutio, et quomodo corpus minimum miſceatur cum alexir,et fermento,et Mercurio.

In decimoſexto capitulo agit de auricalco,&quod miſticè xiij.ſunt lapides,elephas, vrſus, et alij quos enumerat: quod totum dicit pro homine: quia participat cum iſtis,. et quòd Aramus dixit de me & filio meo eſt lapis iſte: et accepto gladio infixit ventri et expirauit:et agit obſcurè de re et nõ re,id eſt de lapidibus et de tartucis et buffonibus, et ouis fortitudinis, et de indurando mercurio:pòſt agit de ablutione, et de induratiõe, et de inceramento auricalci apertè et obſcurè,et quod fiat in vaſe vitreo, & quod mittũt eum in fimo, poſt ad ſolem per tres horas:& ita fiat in omnibus inceramentis omnium corporum: pòſt agit de ſublimatione: pòſt exponit quædã verba obſcura, ſcilicet de lachryma clara, de muſco,de arbore quę naſcitur ad foramẽ,de buffone,et de fermẽto mittẽdo in alexir, et obſcurè agit de illo q̨ ſcit reſpõdere,et de illis q̃ ſunt res et non res: & de ſeptem ſalibus & quatuor ſpiritibus, & de re alba & nigra:& de lapide herbali exponit, & quid ſit fortis & debilis, et quid ſit filius

quem debemus vigilare: & de lapide quem dicunt dextrum, medium, ſiniſtrum: & quid ſit granum: & quæ ſunt tres terræ, tres aquę, tres ignes: & de cauſa ſubtus cauſam: & qd ſit ſermo de ſermone, & quid ſit terra nigra, alba, rubea: pòſt agit de ſolutione auricalci, & quòd fiat in vaſe vitreo.

In xvij. capitulo agit de præparatione arſenici, id eſt metalli, & de reb. ꝓcedentibus de ſua natura ad aliam: oſtendit etiam Abincine quãtum laborauit, & vigilauit vt iſta ſciret, & quòd metallum multis modis fit: & quomodo vel qualiter ſtannum vel plumbũ ſeparetur ab ære poſtquam factum eſt metallum: & quæ ſit res minor de tribus, & minor de quinque: & quæ ſint res quæ faciunt tres in tribus rebus: & agit de ſolutione mercurij indurati ſiue ad botum ſiue ad elexir: & quòd Sol non fit ſine alexir, & de mutatione medicinarum in alexir vel boto barbato, & de lauatione metalli. Scire debes quòd nullum eorum quæ ſe malleant debet mitti in aceto vel aqua ſalſa, niſi per quatuor horas: & quando dico bulli per quinq; vel quatuor dies, in hora qua bullit teneas ibi: quando refrigeſcit acetum, trahe: pòſt agit de metallo calcinando, & pòſt de lauatione: pòſt oſtendit quid eſt ſtella de ſtella, & quid ſit farina orde, quid tritici, quid milij, quid farina ſicali: poſtea oſtendit quid ſint ſpiritus,

quid

qúid patres, quid matres: pòst agit de lauationibus, & quòd fiant in vaſe vitreo: & de inhumatione: pòſt agit de inceratione, poſt de ſublimatione, & geometricè poſt de ſolutione.

In xviij. capitulo agit de præparatione ferri & eius ſolutione, & probatione: cuius proprietatis ſit rubeus color, & quæ proprietates quam proprietatem faciant: nam ſiccitas proprietatem habet de terra: pòſt agit de ablutione ferri: præpara res tuas in terra vt ſerues in cœlo, & de mercurio nimis indurato, & agit de calcinatione, & quod non comedas cauſas tuas & parẽtum tuorum, & quid intelligamus per ſalem armoniacum ſolutũ & non ſolutũ, pòſt agit de induratione, quãdo non dico tibi quantitatem menſis, intelli ge menſem xxx dierum, aliquando xv. pòſt agit de inceratione ferri, pòſt de ſublimatione, in qua tres res ſunt ponendæ quæ humident, diuidant, lauent.

In decimonono capitulo agit de argento & eius præparamento, & quomodo ſit luna ſine alexir, per botum barbatum, & eſt melior modus & melior luna quàm naturalis & melior quàm illa quæ fit per alexir, & agit de quinque menſuris geometricis, & de boto barbato faciendo. Mercurius qui intrat ad ſolem per botum barbatum debet eſſe rubeus, ſed conſilio meo non laborabis cũ bo-

to ad ſolem, ſi cum alexir opereris, ſcias vtrũ argentum ſit artificiale, et de quo lapide, & cum tali opere: docui autem ſuperius diſcernere cum quo lapide ſit factum, et hîc docet diſcernere de argento, vtrum ſit artificiale vel naturale: et ſi eſt artificiale, docet vtrum ſit factum per alexir vel per botum, & cum ſimili luna & ſimili lapide operare, pòſt agit de ablutione lunæ, nec lunam debes bullire niſi in metallo vel vitro: pòſt agit de calcibus ad fermentum, et agit de calce ad corpus ſiue ſponſalitium: & non conuenit fermentum indurare, vel incerare, vel ſublimare, vel ſoluere. Et ſcias quod non debes vas mittere ſuper ignem, ſiue in aludello, ſiue in calcibus vel alijs operibus, donec terra ſit benè ſicca: & in his calcibus non ceſſet ignis aliquo modo: pòſt agit de ablutionibus lunæ: & lunam non multum abluas, quia munda eſt, & fiat opus cum vrina puerorum, vel cũ aqua de puteis ſalſis, non cum marina, fiat ablutio in vaſe vitreo vel in metallino, & cum dico tibi bullias ter in die, in tertia vice debes mutare medicinas, & abluere lunam cũ aqua dulci, et ſit vas coopertum quando bullis, & ibi agit de verbis philoſophorum. Cum facis calcem de luna naturali, debes fundare bis vel ter, pòſt agit de induratione lunæ ad corpus, quæ non eſt neceſſaria ad fermẽtum, ſed ad corpus vel ſponſalitium: pòſt agit de incera-

inceramento,& quare fit inceramẽtum: pòst agit quare acetum sit frigidum et siccum, cũ fiat de vino quod est calidum&humidum naturaliter,& agit philosophicè, & de pipere si cremes fiet cinis frigidus & siccus,& cum in ceras & mittis in fimo, non sit nimis calidus vel frigidus: post agit de sublimatiõe lunę, & quátitate diei: cũ tollis ab igne nõ sit calidũ, pòst agit de solutionib. & debet fieri in vase metallino, cũ erit in fimo agita de quarto in quartum diem.

In xx. capitulo àgit de p̃paraméto auri, & eius ablutione:pòst de ferméto solis, & quare fiat cũ dicitur qd̃ bulliat p̃ xx. dies,nõ dicitur qd̃ assiduè bullias,sed bis in die,& fiat in vase metallino vel vitreo: anteq̃ abluas fundas bis:pòst agit de calcib. pòst de maiori ablutione,et bulli in vase vitreo,et muta medicinas de tertio in tertiũ diẽ:Regulariter dico qd̃ bullis, nõ auferas ab igne donec paulatí refrigeretur,cũ aliq̃d bullis prius debes sales conterere & miscere cũ vrina vel aceto distillato, & cum bullierit mitte corpus, ablutio fiat in vase metalli.

In xxj. capitulo agit de vrina distillanda, pòst de furno in quo debet distillari,& de inhumanda vrina, & ad quid valeat prima distillatio vrinæ,ad quid secunda.

In xxij. capitulo agit de sale armoniaco & eius solutione.

In vigesimotertio capitulo agit de sublimatione salis armoniaci sublimandi ad minus bis vel ter.

In vigesimoquarto capitulo agit de sublimatione auripigmenti: & citrinum sublimetur, & quod est sublimatum dicitur auripigmentum rubeum: per girgunzos & auripigmentum rubeum, intelligas ignem in libris meis: & agit de oculo hominis, & oculo canis, & oculo sine oculo de oculo.

In vigesimoquinto capitulo agit de mercurio & eius effectu, & de luna facienda per botum sine alexir: pòst agit de sublimatione mercurij & eius ablutione in vase ferreo nõ ftanno: & bulli per septẽ dies sexies in die: post agit de mortificatione mercurij in quo non est magna vtilitas, & est magna difficultas: nam melius est sublimare: & agit de assatione mercurij: non indures nisi in olla ferrea rubea, id est valde calefacta ad ignem antequam ponas mercurium, & multum agit de induratione.

In vigesimosexto capitulo agit de arsenico sublimando.

In vigesimoseptimo capitulo agit de sublimatione sulphuris, & sublimetur citrinum, aludel sit benè coopertum terra magisterij: & quando trahis sit frigidum, & docet qualiter debet fieri caput aludeli: & nota quod hora magisterij est duę horę & dimidia diei 24. horarum.

In

In vigesimooctauo capitulo agit de ablutione salis alcali.

In vigesimononono capitulo agit de solutionibus omnium salium: sal armoniacum non cõputatur inter sales, sed inter spiritus: pòst docet quomodo fiat sal nitrum : pòst agit de solutione salis baurach, vitreolum, & alumẽ non soluitur, sed aquę eorum accipiuntur, & docet quomodo, & docet tres modos aluminis.

In trigesimo capitulo agit de corporibus albificandis, & ad quid valet calx solis dealbata, & agit dẽ igne cœli, de igne terræ, de igne maris, & fiat opus in vase vitreo.

In trigesimoprimo capitulo tractat de plũbo alcofolis & plumbo alcali, & quomodo fiat mercurius de plumbo.

In xxxij. capitulo agit de electione omnium corporum, & prius de ære.

In trigesimotertio capitulo tractat de electione spirituũ, & prius de sale armoniaco.

INCIPIT DICTIO sexta, in cuius primo capitulo tractat de furnis magisterij.

DIXIT Abuali Abincine: Incipio in nomine domini Dictionem sextam, & loquar qualiter debes operari, & præparare cor

pora,& ſunt ibi xxxiij.capitula: de lauare,de calce faciendo,& de omni prę paraméto corporum,& de medicinis & ſpiritibus:& antequam incipiá dicere docebo te facere ollas, et furnos,& vaſa,quę ſunt neceſſaria, qualia debent eſſe,et modos earum.Et incipio cum virtute domini. Quãdo tu vis lauare corpus quodlibet, neceſſe eſt qd vas ſit de metallo ad modum bacilis latum,vt benè poſsis agitare:&neceſſe eſt habere in hoc magnas diuitias,vnde facias&perficias opus,ollas in ſuũ modũ,& furnos in ſuũ modũ, & vnũquodq; in ſuũ modũ.Furnũ ad calcinandũ facias ita: In longitudine ſit 4.palmarum,in latitudine duarũ,& triũ in altitudine:in longitudine habeat duo foramina ita qd fumus ſiue flãma aſcendat per ea,& ollę poſsint ibi mitti:& foramẽ vnde ignis mittitur ſit latum,ita tamen vt ignis attingat ad ollas. Hic furnus eſt ad p faciendũ calcẽ,& ad ſublimandũ.Modò dicá tibi furnũ diſtillationis. Fac furnũ in longitudine palmarũ v.& triũ in latitudine, & altitudine palmarum quatuor, & mittes in medio lanã primam quá ignis conſumere non poſſit, & facies foramen ſubtus lanã, vnde magnum mittas ignem: & mitte ſuper lanã tres cucurbitas de metallo, & quando vis diſtillare vrinam puerorum, aut ſalem armoniacũ, mittes ſuper cucurbitas coopertorium cum alembic. Et ſi vis corpora ſublimare,erunt ſi

ne alembic: sed ꝓpter mercurium sit aludel de metallo. Ollæ quas debes facere per ad ad calcẽ sint in hunc modũ, sint quadratæ, & coctæ de terra rubea, non sint multũ grádes: facies ora magna per quæ posſint firmari in furno, & magis sint ollæ latę in fundo, q̃ in superiori parte, & multas fac de eis. Modò dicá tibi furnum vbi diuidas lapides per 4. elementa: fac furnũ xxx. palmarum in longitudine, in latitudine palmorum vj. & trium in altitudine, & fac eum de lanis, & fac ozellas super lanas in latitudine palmi & medij: & ipſe ozellæ sint apertæ à parte inferiori, & clausæ desuper, & mittas ibi cucurbitas xv. & inter cucurbitam & cucurbitam palmus vnus: vna vt porrigat vasum ad ozellas, & ex alia parte aliam vel aliæ similiter, & imple quod est vacuum inter vtrunque de cinere, & mitte ignem à parte inferiori, & distillabitur. Sed habeas vasa de metalla ad modum deferata per ſoluere & seruare rem solutam, & inceratam: & aludelos quos facies debes facere in multis modis, parũos, magnos, cum amplis oris & strictis: sed maior pars illorum debet esse cum amplis oris: ideo quod quicquid sublimatur, ibi omnino sublimetur. Intelli-

ge.

De *ablutione cupri.*
Cap. I.

DIXIT Abuali Abincine : In hoc capitulo tractabo de ablutione cupri : ideo abluitur cuprum , vt mundetur ab immundicijs : Et accipe illud cuprum quod nondum fuit operatum , ideo quia nondum recepit immunditiam: & ſicut dixi, melius eſt vt accipias cum ſignis quæ tibi dixi, & funde eum ter, & frange eum, per partes in groſsitudine morabũt, & de duobus morabunt : & bulli eum in ſale communi: & in aceto per tres dies , & in vrina puerorum per diem vnum : & vide quia quando erit bullitum vt abſtrahas : quia ſi non fieret viride propter fortitudinem aceti, aut propter fortitudinem ſalis, aut ꝓpter fortitudinem vrinæ : & terge eum cum panno lineo , & ſit bene mundatum: & ita facies quoties bullies , & quoties iacies in vrina puerorum. Et ſcias quòd lauamentum de cupro non eſt propter aliud , niſi vt mundetur ab immunditia ſua: & cuprum leuius mutari poteſt in argento , quàm alia corpora: & ideo dicam tibi lauamentum per ad corpus ſcilicet maius alexir , & per ad fermentum, ſcilicet corpus minus , & per argentum : & mutabo lauationes in ponderibus & in ſpeciebus , non propter aliud, niſi ad ſublimandum

dum ſenſum puerorum : Accipe de cupro tres libras, & de ſale armoniaco libram ſemis, de ſale communi ſimiliter , de aceto libram vnam. Solue ſales, & miſce cum aceto, & libram vnam de vrina puerorum, & bulli per dies quatuor quater in die, ſicut docui te: & hoc eſt per ad corpus. Aliud lauamentum : Accipe de cupro quinque libras, ſeminis artozongis drachmas duas , ſalis gemmæ libras duas, vnam aceti libram, aquæ ſalſæ libram vnam : ſolue ſales in iſta aqua , & commiſce totum, & bulli per biduum: & vna quaque die terge fortiter ſicut dixi : hoc eſt per ad fermentum.

Alia ablutio cupri.

Quæ fiat ita , quòd corpora coniungantur cum ſpiritibus, ita quod ſit totum fermẽtum vel elementum. Hoc lauamẽtum quod modo dicam tibi, eſt melius alijs : Accipe de cupro quatuor libras, laua cum aceto bis in die , & pone ibi de ſale minuto , & laua eum cum vrina puerorum, & terge cum lana. Ego non dico tibi iſta lauamenta quòd tu facias de iſtis aliquod lauamentum ſimplex, niſi vbi miſceas medicinas vnius lauamenti cum medicinis alterius lauamenti , & ſit lauamentum compoſitum ſecundum tuum arbitrium : nec omnes ponas quas dico, nec omnes dimittas, & ponderes cum tuo ſenſu:

quia iſta lauamenta ſunt ſicut verba : non quod tu ſimpliciter opereris de eis. Lauamentum ad cuprum, ſolue ſalis nitri lib. i. accipe aceti lib. ij. vrinæ puerorum diſtillatę mediam librá, de cupro quinque lib. bulli per tres dies ter in die, & deinceps ſufficiant tibi lauamenta: & hæc ſunt ad primam ablutionem, quia ſatis dixi tibi, & per temetipſum operare. Dixi tibi, quia magis ſubtilitas eſt in hoc opere, & eſt neceſſe habere ſubtilem ſenſum, & magnas diuitias illi, qui ex hoc opere operatur : quia debet præparare corpora, ita quod quando ſpiritus coniungũtur cum eis, nullam inueniant immundiciá. In ipſa hora eſt ſponſalitium bonum, quãdo benè conueniunt vir & vxor, & non fugit vnus ab alio, & ſi frangit vnuſquiſque ſociam ſuam, & hoc eſt bonum ſponſalitiũ: ſed quando vis fermentare, vide quod non miſceas opus petræ cum alia petra : & miſce benè elementa lapidis cum fermento, vt totum ſit fermentum vel elementum.

De elixir lunæ & de quæſtione filij, quòd non poteſt intelligere verba patris & de ſolutione quæſtionis.

In alexir lunæ ſi vis illam facere de cupro, fac ita: Mitte ibi terram & aerem, & aurum viuum, & fermentum lunæ, & calcem cupri benè præparatam, & totum commiſce, & hæc eſt alexir lunæ. Quando vis proijcere ſuper

corpus

corpus, laua corpus, & fac illud calcẽ, & præ para eum: quia melius conuenient cum eo, & ſine eo ſatis conuenient hoc modo. Quan do iaciunt fermentum, poſtea alexir, poſtea fermentum ad alexir ſolis, mitte ignem, aerem, aquam, terram, & fermentum ſolis, & calcem de plumbo præparatam: tamen ſi eſt corpus de plumbo: ſin autem mitte cum illis quodcunq; corpus operaberis, & cõmiſce to tum: & habe de plũbo abluto, & fac calcẽ, & prępara ſi cum illo opereris, & iacta deſuper de alexir, & de fermento: de alexir non ideo dico, quod non iungeretur etiam ſi non eſſet ablutũ & calcinatũ. Dixit Abuzalemi ad Abuali. Dicis mihi verba quæ non poſſum intelligere: quia in alio loco dicis, mitte fermẽtum in alexir. & dicis iacta alexir, poſtea fermentum, poſtea alexir. Ergo ego qũo potero abſtrahere fermentũ de alexir, poſtq̃ commixtum fuerit? Dixit pater, ſi ita intelligas de cætero in hijs quæ tibi locutus fuero tibi melius eſſet, quòd nunquam videres librũ iſtũ. Et nónne dixi tibi, quod non intelligeres lauamẽta ad calces ad præparádũ ſimpliciter? Sed dixi tibi p verbũ, qđ tu miſceas vnũ lauamentũ vel calcẽ cũ alio, & ponderes ea cũ tuo ſenſu. Et quando dico tibi quod miſceas fermentum cum alexir facere debes: quia alexir non eſt aliud, niſi res mixta de corpore minori, & ſpiritibus, & fermento, non

quod alexir sit in partem, & fermentum in partem, & hoc quod dixi tibi iacta alexir postea fermentum, postea alexir. Dixi tibi propter hoc quod quando habes elemẽta in parte, & fermentum in aliam partem, & calcem illius corporis cum mercurio in aliam partem: ideo dixi tibi, iacta calcem cum mercurio, iacta fermentum super maius corpus, vt iactares fermentum: & quando dixi tibi vt iactares alexir, dixi tibi quod iactares quatuor elementa. Dixit filius, ergo verbum tuum est quod necessariam habemus in alexir calcem præparatá de quocunq; corpore sit, & sup illud corpus minimũ debemus pijcere, et molere illá alexir, & fiet calx illa spiritus. Dixit Abuali verũ est, qd ita dixi tibi. Dixit filius: Quę differentiæ erunt inter illas, & quę magis valebit, aut illa cum qua mixtũ est alexir cum fermento & mercurio & calce, aut illa quæ non est mixta? sed mercurius est in parte: & calx & fermẽtũ in parte, & alexir in parte? Dixit Abuali: Ego dicam differentiá q̃ est inter illa, & quæ magis valebit: primã alexir potes portare in omni re, & etiã in vna sola: qa est cõfecta de omnib. medicinis: & benè potes cõmẽdare, id est incorporare cũ maiori corpore. & secũdam nõ potes portare nisi in tribus rebus, & est sicut species electuarij, qñ sunt puluerizatæ: qa quando vis cõficere primò iactas vnã, postea aliá, postea tertiam:

vel

vel si vis cõficias et proijcias totas simul mixtas:et de prima alexir proijcias sũper quod uis corpus, et venies ad illud quod optas:et si proijcias puluerem de vno solo et non alio, nihil valet:et ideo verum est, quia magis valet electuarium confectum ex pulueribus simul mixtis, quàm illud quod non est confectum, et magis valet quando est confectum, et comedis, quàm quando est tantum puluerizatum: sed feci istud secundum electuarium propter subtiliandum sensum tuum,et quòd homines habeãt de vnoquoquo modo. Intellige:et Deus concedat tibi cor.Intellige.

De vita alexir,& de rebus quæ intrant in eo.

Tu scis, quòd iustum esset, quòd nihil dicerem tibi: quia multotiens, dehonestasti me: & voluisti percutere me:sed ego dilexi te,sicut bonuspater dilexit filium suum bonum: ideo dicam tibi quantum viuit alexir cum subtilitate magna: & dicam tibi perfectè. In alexir Solis intrant vij.res,aer,aqua, ignis & terra, fermentum Solis, & calx de quocunque corpore sit, & mercurius rubefactus.Modò dicam tibi quantum debet viuere:& ideo dicam tibi,quia nusquam inuenires librum istum: quia multi Philosophi fuerunt ante me,et locuti fuerunt de hoc opere: ego explanaui, & melioraui quod ipsi locuti fuerunt, & feci librum istum: vt vi-

deas, legas: quia lapis hominis intrat in hoc magisterio. Dicam tibi vitam hominis, quæ est de lxxxiij. annis vsq; ad centum xx. plus est cxx. minus lxxxiij. Et quia fermentum solis durat in æternum, non diximus de vita eius: verum est quòd mercúrius durat per xc. annos, sicut Aristotel. & Abunezar magister noster dixerunt in libro post Naturam: quia miserunt vnicuiq; corpori vitá suam: miserunt homini cxx. & mercurio xc. plumbo lxv. cupro l. stanno lxiij. gallinis iij. gallo xij. equo xxi. & ad minus xij. ad linum xiij. & plus xxiij.

De *vita alexiris Solis*.

Modò dicam tibi planius: Homo vsq; ad l. annos crescit in totis viribus suis, & in corpore suo vsq; ad xxiiij. Equus crescit virib. suis vsque ad xij. annos, & in corpore suo vsque ad v. Gallina vsq; xviij. menses. Linum crescit in quatuor mensibus, & in corpore suo tribus mensibus: & quia vita hominis est cxx. annos: ergo lapis hominis debet viuere cxx. annos. Et quáuis fermentũ solis omni tẽpore duret, tamen nõ auget in eo nec minuit, & cuprum durat lxv. & sunt inter petram & cuprum clxxxv. anni. Mercurius viuit l. annos: & sunt inter cuprum & petram, & mercurium ccxxxv. anni. Minuit in combustione ignis viginti quinque dies, & viginti

ginti quinque horas, & totidem puncti, & totidem ſecundi, & totidem tertij, & totidem quarti, & totidem quinti, & totidem ſexti: & ita vſq; non habet finẽ. Minuit in ſtatione Solis tres menſes & duos dies, & tres dies, & tres punctos, & tres ſecundos, & tres tertios, & tres quartos, & tres quintos, & ſic vſque non habet finem. Minuit in ſtatione aeris triginta duos annos, triginta duos menſes, triginta duos dies, triginta duas horas, triginta duos punctos, xxxij. ſecundos, xxxij. tertios, xxxij. quartos: & ſic vſque non habet finem. Ergo vita de alexir Solis eſt cc. & vnus annus & medius, & tres dies, & quartam partem diei. Circulus Solis eſt paruus in vno anno minus tres dies, & quarta parte diei, & curſus ſuus medius viginti octo anni, & curſus ſuus grandis ſeptuagintanouem anni & dimidius, & magis grandis mille quingenti anni. Adiunge ſuper primum, & ſunt mille octingenti anni, & annus eſt de trecentis & ſexaginta quatuor diebus, & quatuor horis, & ſexaginta puncti, et lix. ſecũdis, & dies eſt deviginti quatuor horis. Hora ſecundum Aſtronomianos ſexaginta punctis, & ſecundum philoſophos mille octoginta, & punctus eſt de ſexaginta ſecundis, & ſecundus de ſexaginta tertijs, & tertius de ſexaginta quartis: & ſic vſque non habet finem.

Iam ſcis vitam de alexir ſolis per magnam ſubtilitatem, & magnum ingenium.

De *vita alexiris Lunæ.*

Modò dicam tibi de alexir Lunæ: Vita Lunæ eſt minor quàm vita Solis, quantum minor eſt curſu curſus eius: minimus eſt de xxix. diebus & dimidio, et duas partes de hora, & lxxiij. punctis. Curſus maior xix. annis, curſus maximus mille tricentos & viginti dies: ergo vita eius eſt poſtquam augeamus ibi vitam lapidum mille ducentis & viginti quinque annis. Annus Lunæ eſt de tricentis & quinquaginta quatuor dieb. & octo horis, et octingentis lxxvj. punctis et de mille octingentis punctis in hora. Et menſis eius eſt de xxix. diebus, & dimidio, & duabus partib. horæ, & delxxiij. punctis.

De vita lapidum poſt abciſſionem de loco ſuo.

Modò dicemus quantum durant lapides poſtquã abſcinduntur de loco ſuo. Herbalis durat xxx. annos, quando diuiditur per quatuor elementa. Antequã diuidatur per quatuor elementa vſq; ad ſex hedomadas operare eam, & deinceps non: quia non eſſet vtilis. Vitalis poſtquam extraxeris de loco ſuo, & antequam diuidas per quatuor elementa, eſt vita eius xv. dies, et deinceps nõ opereris de ea: quia nihil valeret, & quando diui-

diuiditur per quatuor elementa, est vita eius xij. annorum. Lapis naturalis vsque ad vnum mensem antequam diuidatur per 4. elementa durat, & quando diuiditur est vita eius xv. annorum.

De vita aliorum lapidum.

Modò dicam tibi de aquis. Aqua petræ herbalis durat per quatuor annos, aer eius per septem annos, ignis eius per quindecim annos, terra eius per tres annos, & sunt triginta anni. Aqua lapidis animalis durat per tres annos, aer eius per quatuor annos, ignis eius per quinque annos, terra eius non mittitur in numerum, & sunt duodecim anni. Aqua lapidis naturalis durat per tres annos & dimidium, aer eius per quatuor annos & dimidium, terra eius per septem annos, ignis eius non enumeratur, & sunt anni quindecim. Et de hora in antea quando mittis opus tuum subtus stercus, ab illa in antea incipis operari.

De vita calcis cupri: & plumbo & sale armoniaco: et stercoris equi.

Dixit Abuzalemi patri suo: Refecisti me, quia dixisti mihi vitam de alexiris: Modò si placet dic mihi aliarum rerum. Respondit pater filio suo, & dixit: Scias quòd vita cal-

cis cupri est xxv. anni, & sublimata l. anni, & subtus stercus iij. anni, & quando facis calcem, cùm statim operata fuerit, confestim mitte subtus stercus: fac foueas subtus terram in profundum palmum & medium, & mitte in fundo eius stercus equinum, & accipe pannum lineum & firma eum super os foueæ, vt non cadat ibi puluis, aut aliquid aliud: & quando aliquid volueris ibi mittere, mitte: sed bene cooperi cum panno lineo, & sunt qui cooperiunt vas suum cũ panno lineo, & mittunt in foueã. Et vita plumbi calcinati est xij. annorum, & sublimati xl. annorum, & subtus stercus iiij. annorum. Vita salis armoniaci soluti iiij. annorum, vita vrinę puerorum solutæ vnius anni, vita stercoris equini trium annorum in hora qua incipit operari: & scias quòd vita istarum rerum est quòd tu cognoscas in eis totum peioramentum, sed natura peioratur in eis.

De vita pium azoc, & de potatione sanguinis.

Dixit Abuali ad Abuzalemi: Tu occidisti puerum tum Azoc, & non indicasti mihi, & fecisti transitum per viam, & ducebas eum, & abstraxisti ab eo sanguinem: ideo dico tibi quòd debes bibere de sanguine in die 3. vncias, & nocte vnciam & mediam, in mane vnam vnciam, ad medium diem duas vncias, & de prima nocte vnam vnciam, & in media nocte mediã vnciam. De alba mercurium,

curiũ, & indura (hîc dixi tibi magnum mendacium) & habebis bonum argentum.

De calce cupri, & cur faciunt calcem.

Cap. II.

Dixit Abuali Abincine: In hoc dicam tibi de calce cupri: & antequam hoc incipiam dicere, dicam tibi magnum magisterium: cur faciunt calces, & cur lauant, & cur sublimãt. Primam lauationem faciunt sc. pro auferre immunditiam eius. Calcem faciunt vt redeant in naturam suam pristinam, & vt redeant de natura in naturam, vt alleuietur: & colligit ibi combustionem: & de corpore minori debes facere calcem, & lauare, & sublimare, & totum præparare: modò dicam tibi diuide corpus tuum ab anima tua.

De calce cupri et signis eius si est bene coctum.

Dicam tibi de calcibus: Calx subintelligitur puluis, & est verbum Græcum, & secundum aliã linguam calx intelligitur confusio: magis valet intelligere confusionem, quám puluerem. Ad alexir solis ad fermentum accipe de calce hoc modo facta. Accipe cuprum & frange per partes in grossitudine trium vel quatuor morabunt, & fac tabulas ex eo in latitudine trium digitorum, in longitudine sex, & facies ollam in eundem modum, & accipe de auripigmẽto pulueriza to & sublimato, & de vtroque pon-

dere æqualia : & accipe de cupro quatuor libras, & de ſulphure & auripigmẽto vnam libram, mitte de puluere ſubtus tabulam in fundo ollæ, et ſuper tabulã pone de eo puluere, & ita facias per omnes tabulas vſque quo abundet, et cooperi ollam cum coopertorio ſuo, & terra magiſterij, et mitte in furno calcis, & da ignem ad magis per x. & viij. horas, ad minus per xij. Et tu debes aſpicere calcem cum iſtis temporibus, quæ tibi dedimus et dabimus: et ſi non eſt benè cocta, quòd iterum recoquas, et ſi multum cocta, quòd prepares ſicut nos tibi dicemus. Signa vniuſcuiuſque æris ſi bene ſit coctum ſunt hæc.

Hæc ſigna ſunt Philoſophorum.

Accipe cuprum quod putas calcem eſſe in manu, & ideo dico tibi putas, quia non cognoſcis illud bene : quia omne quod putat homo, bene non ſcit, et preme cum duabus manibus, et ſi citò frangatur, et ſit magna fractura, eſt coctum nimium: et ſi tardè frangatur, et rubeum in fractura, eſt bonum.

Signum aliud.

Accipe de eo, et terge, et frica cum eo vnguem : et ſi rubeſcat vnguis, eſt bonum, et non recoquas ignem eum: & ſi vides quòd non frangatur, et ſonum faciat, remanſit in eo parum ad coquendũ: et quando vis eum recoquere hoc modo facias : Puluerem ſal-

uum

dum quem feciſti diuide in octo partibus, & octauam partem ibi mitte de eodem puluere quem feciſti: & poſtea recoque ad magis per 8. horas, ad minus per ſex horas.

Calx de cupro obſcurè aſſignata per Geometriam ad fermentum ſolis.

Accipe de cupro vij. libras, & fac eum rotundum ad modum cannæ: & intus vanum in longitudine vnius palmi, & duorum digitorum, & groſſitudo eius ſit octo morabũt: ita fac omne cuprum, & accipe de auripigmento ſublimato, & de ſulphure ſublimato de vnoquoq; librã & ſemis, & fac in hunc modum: Vas quod ſit rotundum, & in longitudine circuli tres palmas, & habeat palmum vnum in amplitudine, vt probatur in Geometria: quia hoc quod habet 3. palmos in rotunditate, habet palmum vnum in amplitudine: & adhuc magis in Geometria: quia totus circulus vbi mittitur quadrangulus quòd ſint partes eius æquales, & quòd faciat in medio quadranguli regulam, & veniat in medio quadranguli, & habebit in ipſa regula vnam partem & duas quintas de parte puadranguli: & habet in omni circulo de vna parte quadranguli qnatuor partes, & vnam quintam de parte quadranguli.

Et modò dicam tibi per Geometrica: quomodo facies in põderibus regula ad album:

Terra, quadrangulus, aqua, aer & ſpiritus, & fermẽtum, & circulus, corpus præparatum. Et modò dicam tibi aliud. Fac circulum, & diuide de eo v. partes æquales, & fac de illis partibus xij. & habebis circulum de eis: computa i. ij. iij. iiij. & v. & quinque infra quinque ſunt viginti quinque, & computa j. ij. iij. & vſque ad xij. & xij. ſunt cxl. & quatuor. Nomina xxv. de cxliiij. veniunt quinta, & quinta de quinta, & quinta & 4. quintas de quinta quinta, de quinta de eo aſcendit de quinq; infra quinq; : quia verum eſt quod totum quintanũ partes ęquales quando intrat in circulo. Regula quæ diuidit circulum per mediũ æquale non diuidit quintatum per medium æquale, ſed diuidit in puncto & quatuor octauas, & media octaua de parte inferiori, & habet. Regula de parte quintata duo, & octaua de octaua, de vna parte de quinque: ergo venit totus circulus vj. & vj. octauas de octaua, de octaua de octaua.

Aliam.

Per ad ſolem regula: Terræ quatuor partes, ignis, aer, aqua, fermentum cum ſpiritu, circulum per corpus.

Per de calce Geometricè & obſcurè.

Sed tu vide, quòd in opere dealbo nõn ſublimes mercurium cũ vitreolo, nec cum ſalibus

ſalibus vllis, niſi cum ſale armoniaco mortificato, & ſi ſingulariter ſublimabis, magis valebit opus tuum, ſicut ego didici de Abimazer magiſtro meo. Quod dixi tibi de quinto in quinto, modò dicam tibi de ſexto in ſexto. Verum eſt quòd totum hoc quod habet ſex in medio, habet in circulo de octodecim, & eſt regula de ſextato duo, & 4. quintas de ſexto: ergo habet in circulo octo, & duo quinta de ſexta. Ideo debes facere ollam in longitudine trium palmorum, in latitudine vnius palmi, & quòd virgæ exeant de olla, quòd tranſeant de parte in partem: ideo, vt poſsint ibi mitti virgæ concauæ, quas fecimus de cupro ad modum cannæ: ſi eſt trium palmorum ſint ibi ſex: ſi eſt quatuor palmorum ſint ibi nouem: ſi eſt de quinque, duodecim, ſi eſt de ſex, xv. & hic eſt lapis de lapide, & mitte ignem per xxiij. ad minus per ſeptendecim.

De calce ad lunã cum ſalib. et de aqua parabolicẽ:

Calx ad fermenta de albis: dicam tibi modò mendacium: quia in hac dictione nondum tibi dixi mendacium. Leuius te ſaturabo de aqua quàm de vino: & melius forũ habebitur de aqua quàm de vino, & magis tibi valet aqua q̃ vinum: & de aqua te ſatura de vino non cures. Videbis aquam per rigum currere, vinum per cannellam dolij.

Accipe aquam, & vinum dimitte, ſi aliquid intelligis, intellige. Accipe de cupro abluto pondus vnum, de ſale armoniaco, de ſale nitro, de vnoquoq; medium pondus, per ad album non mittas de ſulphure, nec de auripigmento: per ad rubeum mittas, fac cuprum in modum Motabetinorum, quod habet in groſsitudine digitum vnũ, & fac ollam rotũdam in eundẽ modum: primùm cocta ad ſolẽ, poſtea ad ignem, & imple ollã, inter folia mittes ſalem, donec ſit plena olla. Fac clibanum ita quòd tota olla vadat inferius, & non appareat ſuperius, & facies foramina per circulum ollæ, ſed non pertranſeant, vt per ipſa tranſeat calor, & coque ad magis per viginti quatuor horas, ad minus per viginti duas horas: quia oportet plus decoqui calcem ſalis, quàm calx de ſulphure & de auripigmento.

Calx ad fermentum lunæ de coloribus, et de mercurio quod non ſit rugialis.

Accipe de cupro duas libras & ſemis, de nitro, de gemma, de armoniaco, de vnoquoque tres vncias & ſemis: fac de cupro laminas ad modum digiti, & mitte in olla cocta ad Solem, & coque cum teſtis auellanarum, & de caſtaneis, ad magis per viginti octo horas, ad minus per nouendecim horas. Reiterabo de nitro, & de cognitione eius ſecun-

secundum Philosophos naturales intelli-
ge. Tres sunt colores, color albus, citri-
nus & niger, diuide, præpara, mallea, sub-
lima, mortifica: misce ad pondus rectum,
potes proijcere vnum super viginti quin-
que. Accipe vitrum, id est mercurium, pone
ad aurem, & percipe si sonat quando pro-
ijcitur superius liquefactum, aut qualem fa-
ciat sonitum: & quando proijcias super i-
gnem, scilicet super æs, si rugiat est rugialis:
propterea labora sublimando vel indiran-
do, donec non rugiat: non tamen desicces
omnino suam humiditatem, dixi tibi alexir,
si intelligis.

Calx de cupro ad sponsalitium solis et eius tentamentis.

Accipe auripigmentum sublimatum, &
sulphur, de vnoquoq; mediam vnciam: fac
de cupro anulos, & imple de puluere, & mit
te in olla cocta ad vmbram, i. ad solem, ad
magis per xviij. horas, ad minus per xij. De
lx. punctis secundum philosophos hora, de
mille & xc. punctis secundum magistros. Si
gna cupri cocti per ad solem proijce in ace-
tum, si soluatur coctum est, sin autem, non:
ad magis sit in aceto per xx. horas, ad minus
per x. & viij. & non extimes, quôd si solua-
tur tu inuenias ipsum solutum, sed
quando tentabis inuenies
solutum.

Calx ad ſponſalitium Lunæ.

Accipe de cera rubea, de illa quæ non eſt indurata, & iunge propè de auripigmento, & proijce ſuper x. de cupro, & videbis mirabilia. In zapos eſt magnum mirabile ei qui intelligere poteſt, quòd diuidat per quatuor elementa, & quòd iungat cum iſto ſponſalitio de cupro xxv. vncias, de ſale armoniaco ſoluto tantundem: bulliat per xxxv. horas ad minus: ad magis per xxxix. mitte in fimo, & præpara ſicut dicemus, & non mittas virgas de alchizaron, nec grana de mirtis, neque hîc, neque ad indurandum mercurium.

De præparatione cupri ad Solem. Præparamentum corporis.

Calx cupri ad corpus Solis in cupro, quá do ingreditur rem calidã, & delet vim ſuam: & diminuit per vigorem caloris, & frangit partes: ideo quando vis cremare cum calidare, citò crematur: & quando ſunt frigidæ non poteſt ibi capere calx: & non crematur tàm citò: verum eſt quòd ſulphur & auripigmentum ſunt bene calidiora in hoc magiſterio, abſque igne: quia ignis domat omnia corpora: ideo quod potes facere in hoc magiſterio cum ſulphure & auripigmento, fac, & non cum alijs. Accipe de cupro quinque libras: vnaquæque libra ſit de triginta

ginta ſex vñcijs. Accipe de auripigmento ſublimato, & de ſulphure ſublimato, & de ſale armoniaco ſublimato, & de ſale alcali albefacto: de vno quoque mediam libram, & ſit libra de xxxvj. vncijs: mitte in ollam rotundam coctam ad ignem, & fac cuprum, laminas in groſsitudine vnius digiti, & fac clibanum in hunc modum rotundum decem palmos, in circulo & medio ſit olla poſita, ita quòd nihil appareat ab ea, & mitte ignem per quadraginta horas, & ignis ſit flamma abſque carbone: ideo, quia capiat omnes partes: quia carbo non poteſt capere omnes ſuas partes.

Calx ad corpus Solis Geometricè & obſcurè.

Accipe de cupro libras decem, de auripigmento & ſale armoniaco: de vnoquoq; libram & ſemis: præparetur cuprum: ita fac de eo virgas de palmo in longitudine in groſſo duorum digitorum, & habe ollam coctam ad ſolem, in circuitu quinque palmorum, in amplo palmum vnum, & duas partes palmi, quòd eueniat quadrangulus de duodecim partibus, de vnaquaque palmum vnum, & duas partes habeat in circulo ſedecim palmos, nec magis nec minus: quia quando mittis duodecim partes, et habeat

in vnaquaq; palmum vnum & duas partes, habet in circulo xvj. palmos: quia multiplicat duas tertias in xij. & eueniunt octo & xij quod habes eueniunt xx. aufer 4. remanent xvj. Intellige quæ tibi dico: quia Aristoteles dicit: quia nemo potest scire quadrangulum facere rotundum, nec de rotundo facere quadrangulum: sed tamen dicit, quòd potest fieri, hoc scias: ideo intellige quę dixi tibi, & dicam in nomine Domini.

Sub nomine calcis de vero lapide Geometricè, et obscurè.

Omnes Seniores de Geometria dicunt, quòd regula de medio est circulus, tres partes de ea, & septendecim partes de nouendecim, de vno de triginta: & dicunt quadranguli. Quid est quadrangulus? Quadrangulus est quod habet computa in sua spatula tot, quot habet in vnaquaque aliarum spatularũ: verbi gratia per Geometriam fac circulum, & scribe in centro alef, & in parte vbi possunt cõpassum, scribe, gim, & immedietate circuli b. ergo tantum est de alef ad gim. quantum de alis ad b. & scribe in quarta parte circuli del. & in alia parte e. ergo tantùm est de alef ad b. quantùm de alef ad gim. aut de alef ad e. aut de alef ad del.

del. Habe regulam rectam & vadat de b ad del, & alia de del ad e, & alia de e ad gim, & alia de gim. ad del: & alia regula per alium modum quartatum, & in vno quarto scribe zẽ. & sit quartũ illud immedietate alius quarti: & in alia parte quarti scribe a, & in tertia scribe tha, & in quarta scribe hẽ, & regula de zen. ad a. & de a. ad tha: & de tha ad hen, & sunt partes æquales. Et fac alium quadrangulum: & sit per quartum de primo, et per medium de secundo: primum vbi est alef, gim: b. del. secundum vbi est zai. a. tha. hẽ. et pone in quatuor angulis in vno. chof. in alio lem. et in alio num. in alio non. et tantum habet de alef. ad gim: quantum de chof ad lem. & tantum habet de zai. ad a, quantũ de num ad non: computa tertium, & sit cornu super octauum de primo, & quartum de secundo: & scribe in vno quarto cui & alio quarto hain. & in tertio quarto fe. & in quarto zad. & tantum est de alef ad gim. quantum habet de scin ad hain. & tantũ est de tha. ad hie: quantum est de fe ad zad. Computa quadrangulos inuenies eos tres. Multiplica tres infrà quatuor, & inuenies duodecim. Computa trinarios, et inuenies duodecim. eat compassus desuper, & inuenies quod tangit vnũquemq; trinarium. Ergo probauimus: quod de xij. quadrangulis euenit rotundum: quia tu scis, quod hain. num. be. hie. eueniunt.

chef cafhain. Compone ibi magiſterium in primo puncto compaſsi. ita ſicut primum punctum compaſsi eſt mater totius circuli, ita lapis eſt mater totius magiſterij: & pone per petram alef. & per quatuor elementa gim. b. del. he. & propter ſpiritum zai. & per ſeptem ſales. ha. tha. hie. chef. lem. num. non. et per frumentum, & corpus et mercurium. Schin. hai. ſe: et per totum aliud zad. da xxv. horas ad coquendum, & intellige, et habebis bonam calcem.

De calce cupri cum ſalibus.

Accipe cupri pondus vnum, ſalis nitri, ſalis armoniaci, aquam de aquila, de vnoquoque quartam ponderis, coque per viginti quinque horas. Intellige vnamquamque horam per totum iſtum librum, de cxxxv. punctis eueniunt de horis noſtri diei, de viginti quatuor horis: inter diem & noctem duæ horæ & quarta. Et intellige quæ dixi, & ne obliuiſcaris: iam probaui per geometriam hoc magiſterium: & quod quadrangulus vertitur in circulum. Modò dicam tibi quod remanſit de calcibus cupri ſine labore.

Filius rogat patrem quòd dicat apertius ad ſponſalitium auri.

Dixit Abuzalemi ad Abuali patrem ſuum: pater dic mihi quod dicis planè. Dixit Abuali: Iacob, quod tibi dixi non eſt graue, ſed vlterius intellige. Accipe de cupro tria pon-

pondera, de auripigmento ſublimãto medium pondus, de ſulphure ſublimato medium pondus: fac in groſsitudine de quatuor morabunt, in longitudine medij palmi: in amplo trium digitorum: fac ollam in eundem modum, & mitte ſicut ſcis, & coque per viginti quinque horas: & vide quod omnes horas ſcias per abſtrolabium, vt non minuas, nec addas in eis: & aliter non valeret, & intelige quæ dico.

Calx ad ſponſalitium lunæ, & de correctione patris.

Mando tibi, caſtigo, quod non opereris cuprum ad aurum, nec plumbum ad argentum: operare hoc modo, & non errabis. Accipe cuprum vnum, & quartã partem de quinta pondera, ſalis armoniaci ſublimati medium pondus, & quartam partem de quinta pondera. Intellige quę dixi: ſalis gemmę vnũ pondus: fac in modum banzolæ, & ſepeli in puluere ſaluum in olla rotunda ad ignem cocta per xxxvj. horas, & trahe & calidum benè mitte in fimo, & vide quod nõ permittas cuprum infrigidari: & videas ſi eſt coctum. Sed dum eſt calidum, videas ſi eſt coctum: quia ſi non videris dum eſt calidum, & fortè permittas refrigerari, non poteris eum reducere vt benè coquatur, niſi cum magno labore. Aſcende aſtrolabium cum horis, & non errabis: & ſi erraueris, hoc modo emendabis. Mitte de quocunq; puluere duas tertias

cum illo puluere qui ibi erat, sed prius pista puluerem cum primo puluere in marmore, & vide quod remaneat de combusto sale in laminis cupri, & præpara tabulas cupri sicut prius erant: & quando mittis in fimo, stet ibi per duos dies, & noctem vnã, & postea pista.

Calx ad sponsalitium solis.

Accipe cupri lauati pondus vnum, sulphuris sublimati, et auripigmenti sublimati de vnoquoque quartam ponderis, salis armoniaci quintam ponderis, fac ad modum de banzalis, et plana eas benè, & mitte ad coquendum in olla quadrata ad magis per xv. horas, ad minus per x. horas.

De vero lapide sub obscuris nominibus.

Accipe de carne abluta, et de carne salsata, et de carne putrida, et de carne quæ est sine colore, et de carne quæ non est caro, de vnoquoque vnum pondus, fac inde aerem, aquam, ignem, et terram, et calcem, et fermentum, et sponsalitium: et proijce vnum super centum, et centum super decem millia, et decem millia, super centum millia, et centum millia, super decem mille millia. Intelliges si habes cor.

De vero magisterio ænigmaticè.

Accipe de herba quæ non est herba, & indure-

dureſce ſicut oportet, & proijce, id eſt ſuper xij. cum quinta parte de carne ſalſa, et cum decima parte de carne abluta: nares tortas fac rectas, & groſſas fac tenues, & longas fac curtas, et habebis magiſterium.

De calce cupri: & quomodo debeas facere ignem in furno.

Accipe ſal nitrum et ſal armoniacum, de vnoquoque vnum pondus: & quartam partem ponderis de baurac hermini: piſta & miſce, et fac cuprum in groſsitudine vnius digiti, in latitudine vnius manus, & fac ollá cum tribus angulis, & capiant ibi duas palmas de manibus, & in longitudine ſexdecim digitorum cocta ad ſolem, & mitte ſuper clibanum factum in eundem modum, et coque ad magis per xxv. horas, ad minus per xxj horam. Et non fui auſus exire de computo multiplicato de ſanis, & modò intellige, & vide quæ tibi dicam: Quando facis clibanum ad calcē faciendam, vide quod non ſit ita quod flamma poſsit inde procedere, nec tu poſsis inde videre ignem, niſi illum quem tu mittis deorſum: ſed ita ſit ſuperius lutatum, quòd nemo videat ipſum: quia ſi flamma procederet, inde totus ignis amitteret vim ſuam, & non attingeret ad calcem, nec ingrederetur ibi de valitudine ignis, & intellige, & Deus det tibi bonum intellectum.

Doctrina patris ad filium parabolicè.

Dixit Abuali Abincine ad filium ſuum Abuzalemi : Iacob, ſis tardus in opere tuo, & non feſtinus: quia qui feſtinat nihil videt, & qui tardat videt paulatim. Intellige ſigna, & non cures de prolixitate, quia prolixitas librorum peiorat ſuper ſapientes opus eorũ. Et ego non detardabo te in multis verbis, ſed dico tibi, quod prius ponas piper quàm cănellam, & ſefran antequam galangal. poſtquam deſiccatum fuerit ſafran, quia aliter nõ poſſet piſtari, & non ſuſtinebit calorem ignis, & non mittas piper in portulacas, nec ſafran in lactucas, & intellige quæ tibi dico.

Calx ad cuprum.

Accipe de cupro vnum pondus, ſalis armoniaci & auripigmenti, de vnoquoq; quartam vnius ponderis: fac tabulas & coquatur ad magis per vigintiquinque horas, ad minus per quindecim horas. Quando facis ſolem, non infrigides : Quando facis lunam, non infrigides. Facies pondus de horis ſicut tibi dixerim : & non facias mediam horam minus. Intellige quę tibi dico de magiſterijs, quia ſi fortè infrigidetur cuprum: vix poterit poſtea redigi in calcem : niſi cum magno labore: & quando mittis ignem : iugiter ardeat, & nec per horam deficiat, & ita dicunt magiſtri quod iugiter ardeat, & nullo modo deficiat.

ficiat. Adhuc magis dicam tibi de calcibus: Quando mittis puluerem inter tabulam: vide quod vno modo mittas & non mittas magis in vno loco quàm in alio. Sed planum sit: vt totum hoc æs planè comburatur: & intellige quæ dico tibi de magisterio.

Calx cum salibus.

Dixit Abuali Abincine: Hæc calx est bona: & multum bona, qui facit eam benè. Dixit ei. Accipe de cupro dealbato cum aqua lapidis decies libram vnam, salis armoniaci soluti & sublimati mediam libram, salis nitri quartam partem librę. Accipe cuprum & fac in modum cascanellos vanos de intus, et pone intus puluerem: & postquam impleueris illos, pone illos super salem, & pone in olla vitreata ad ignem, sed sit cocta ad solem, & da ignem ad magis vigintisepté horas & mediam, ad minus per vigintiquinque horas & quartam. hæc est calx lunæ per ad fermentum: per ad sponsalitiũ: per ad par uum corpus, et ad magnum. Modò dicam tibi calcem solis bonam, sicut prædictam in suo modo.

Alia calx.

Accipe cuprũ bene ablutum, & fac in modum ditali, & accipe de sulphure sublimato ad pondus de medietate cupri: & de argento viuo sublimato quintam partem ponderis: mitte de eo in ditalibus, & quod remãsit

de puluere, mitte in ollam vitreatam: & illa olla habeat quinque angulos, & in altitudine vj. digitos, in latitudine viij. digitos, in longitudine xij. digitos, & fac coopertorium ollæ in eisdem modis, & da ignem ad magis per vigintiseptem horas, ad minus per viginti quatuor horas.

Philosophicè loquitur.

Accipe de aceto loto, de vino longo, de aqua curta, de melle stricto, de vnoquoque pondus vnum: hoc fac, et habebis bonum magisterium. Et vide quod calx prædicta ad lunam, quæ fit cassauellis: sit de cassauellis habentibus in grossum iunior: & in cupro vnde facies istam calcem debes ibi mittere de cornibus diaboli medietatem, de octaua parte ponderis, & intellige quæ dico.

De *calce cupri ad lunam, & de calce plumbi ad solem.*

Accipe de cupro tres libras, & mortifica eum calefactum & rubefactum in igne, in aqua lapidis xx. vices, & accipe de sale armoniaco præparato de vnoquoque singula põdera. Fac cuprum in modum de canna vana in grossitudine medij digiti, & vnius morabunt, & fac ollam cum virgis in talẽ modum, vt possis ibi mittere cuprum, & nullo modo potes facere cuprum melius, & per ad lunã

fac

fac de cupro,& ad ſolem de plumbo,& mitte de virgis de prædicto cupro, poſtquam miſeris de puluere ſalis intus & foris, & da ignem ad magis per vigintiocto horas, ad minus per vigintiduas horas : hæc eſt calx magiſtrorum,calx philoſophorum.Intellige quæ tibi dico in parabolis:comede de ſafran multotiens,& cũ hoc miſerebitur tui Deus: dimitte ſafran, & adiuuet te Deus.

De *ablutione cupri,& quare fit ablutio , & quid eſt.*

Cap. III.

IN nomine Domini, dixit Abuali Abincine:Ego dixi quod loquerer in hoc capitulo de ablutione cupri. Primum dicam cur lauant,& quomodo,& qualiter. Ablutio cupri eſt quod minimæ partes ex eo ſe ſoluant, id eſt abluant,&ablutio reddit cuprum de alio colore,& de ſua natura ad aliam naturá,q̃ eſt in eo per vim: quia nos non quærimus aliud in hoc magiſterio, niſi trahere rem ad aliam naturam, quæ eſt in ea,per vim : Et ablutio eſt tribus modis , ſcilicet ablutio exterius , & non intus : ablutio de intus , & non exterius , & ablutio vtriuſque : & nos quærimus hîc vtramque ablutionem,ſcilicet ablutionem exterius & interius.Et nomen ablutionis quid eſt? Ablutio eſt quod auferꝛ

tur de alia re, ſicut ablutio pannorūm per auferendum, & ablutio argenti & auri permittere : quia lauamentum ſuper pannum eſt accidentale, & lauamentum eſt partitio generalis ſuper duas differentias: vna differentia eſt lauare corpus, et dare ei claritatem,& pulchritudinem,& auferre ei immunditiam. Differentia ſecunda eſt,lauare corpus,& dare pulchritudinem, & nihil auferre de eo : & in lauatione iſtius cupri quod nos volumus facere : volumus facere meliorem modum quem nos ſcire poterimus.

De tribus verbis quæ intrant in differentijs lauamentorum.

Modò dicamus quæ eſt melior differentia, & præmiſſa per naturam, & natura præmiſit, et elegit de iſtis differentijs differentiam vltimam, & illa eſt melior omnibus alijs. Et hîc intrant tria verba, vnum verbum eſt lauamentum corporis per ſe ipſum deforis, & aliud lauare intus & exterius, & aliud mutare illud de ſua natura ad aliam naturam. Intellexiſti cur primum lauatur. Intellexiſti cur fecimus eum calcem, & modò volumus eum iterum lauare: & nos lauamus eum vt benè mundetur de immundicia ſua & redeat in colorem auri viui ſicut fuit prius, quando ſe creauit in

ventre

ventre terrræ: & partem ſulphuris quod ibi remanſit minuamus, & quod remanſit faciamus bonum & clarum.

Quare lauatur cuprum.

Nos lauamus cuprum, ideo vt reueletur ibi natura auri viui, quæ eſt in eo, & quòd ſulphur ſe minuatur.

Loquitur filius patri.

Dixit Abuzalemi. Iacob Alchinili, ad patrem ſuum Alguazir: Alagel Abuali Abincine, filius Hauz, filius Xad, filius Xada, per mulierem quæ fuit de Auida.

Parabolicè loquitur de magiſterio ſanguinis.

Dixit quòd quidam homo ingrediebatur ciuitatem, alio egrediente, & in manu ſua cuprum deferente: cecidit cuprum, & percuſsit eum in digito pedis, & exiuit ſanguis. Dixit alius, hæc eſt oſtenſio quòd adhuc exiet ex hoc digito res, quæ ſciet adhuc quod erit cuprum. Dixit qui fecit librum author, hæc eſt inquiſitio Xad: eſt inuentio Xada, cuprum Auida alexir: hoc eſt dicere, quòd inueniet cuprum per alexir. Modò explanabo lauamenta.

Cum quibus medicinis fiat ablutio.

Dixit Abuali Abincine: Lauamentum debet fieri cum fortioribus rebus, cum aqua salsa, cũ vrina, cum sale gemma soluto, cum sale armoniaco soluto, & puluere salis nitri, & aqua lapidis : & cum multis alijs rebus quæ lauant per fortitudinem, sicut alumen, & similia: & tu debes magis lauare cum aqua salsa quàm cum alia : sicut cuprum quando facis eum calcem, non dimittas eum refrigerari ad uentum, quia citò frangerentur ollæ, sed calidum repone in fimo, sed ante facias eum puluerem : sed quia inhumatio fimi est antequam ablutio, loquar prius de inhumatione fimi.

De humatione calcis, & quomodo debet fieri.

Fimus sit equinus & purus ab alio fimo, & sit collectus ad magis per vnum annum. Natura fimi est calida & sicca : & quia est calidus & siccus, ideo volumus mittere ad calcem calorem & siccitatem : ideo vt possit sufferre humiditatem & frigiditatem ablutionum. Non ideo dico quin hoc lapide lauamus calidum & siccum, non sit in maiori parte : sed humiditas aeris dat humiditatem, & frigiditas terræ refrigescit.

Et

Et modò dicam qualiter debet fieri: Accipe calcem dum calida est: & pondera in mortario cupri, & mitte in panno lineo, & dum ponderas, misce cum vnaquaque libra ipsius calcis tres vncias salis armoniaci, & vnam vnciam salis gemmæ: & liga in panno lineo, ita quod puluis non sit ibi strictus, & permaneat ibi per duos dies & duas noctes: & habeat fimum superius & inferius, & tere & pondera.

Alia inhumatio.

ACCIPE cuprum factum in tabulis, & mitte in panno lineo, & sepeli in fimo: & sit ibi per quatuor dies & tot noctes: quia magis opus est, quod fortitudo fimi ingrediatur in istud, quàm in aliud: hic multa superflua prætermisimus.

ATENEO VENETO VENEZIA

Geometricè loquitur.

Tres, & tres, & tres, & tres, sunt duodecim: & per duodecim vices duodecim sunt centum quadragintaquatuor: & per centum quadragintaquatuor vices centum & quadragintaquatuor: sunt xij. M. & ccc. lvj.

Expositio quarundam obscuritatum.

Cornua bouis sunt capilli & petra dura: cornua cerui sunt sanguis, & mollis: cornua rinocerontis sunt oua & petra mediana. In hoc quod dixi tibi, per quatuor vices tres:

hoc eſt dicere quòd de vnoquoque lapide prædicto facies quatuor elementa, ſcilicet ignem, aquam, terram, & aerem, & tres quæ complent xij. per pondera ſunt. Et quod dixi tibi, xij. infrà xij. ſunt cxliiij. hoc eſt dicere quòd vnumquodque de xij ſuper duodecim proijcias de corpore minori ſuper maius: & quod dixi tibi de centum quadragintaquatuor, ſuper centum quadragintaquatuor, eſt proiectio de hoc corpore ſuper aliud corp⁹. & vbi inueneris gergozos, ſcias eſſe ignem. Diſce quod tibi dixi, & non erres: & inhumationem cupri ſubtus fimum non dixi, nec mi ſi in nullo capitulo, quia eſt leuis: non ideo quia magnam vim habet, & eſt neceſſaria in magiſterio.

Alia inhumatio.

Accipe de cupro duas libras, de ſale nitro piſtato mediam libram: miſce ſuper marmorem, & piſta bene ſimul donec miſceantur, & poſtea expande ſuper pannum lineum, et ſtet ibi per tres dies et duas noctes, & trahe & piſa: & * * ſuper vnam cazolam: & iterum piſa cum tribus vncijs ſalis armoniaci, & mitte ſubtus fimum in panno lineo, et ſtet ibi per tres dies. hic eſt melior modus mittendi ſubtus fimum.

Alia

Alia inhumatio, & est bonus modus philosophorum.

Modus sapientis quando benè præparat magisterium suum: Accipe tabulas cupri calcinatas, & mortifica in aqua lapidis ter: & postea pisa cum sexta parte salis armoniaci, & cum media de sexta parte salis nitri, salis armoniaci soluta & sublimata, & sale nitro benè præparato: pisa super marmor, & bibe cum vrina puerorum distillata, & expande super pannum lineum, & mitte alium pannum lineum desuper, & consue sicut consuit canpam cum penna, et consue orellas suas, & mitte subtus fimum, & stet ibi per quatuor dies, et trahe, et præpara.

De ponderibus elementorum ad solem & ad lunam.

Intellige quæ tibi dico. Accipe vnum, & duo, & tria, & quatuor: vnus est aer, duo sunt aqua, tria sunt terra, quatuor ignis: intelige pondera ista, ad solem duo pondera terræ, tria de aqua, tot de aere, vnum pondus & dimidium de igne. Ad lunam tria de terra, duo de aqua, tot de aere, & vnicuique medium pondus mercurij. Accipe de cupro tres libras, salis armoniaci tres vncias, salis nitri vnam vnciam, salis gẽmæ vnã

vnciam, & ſemis, baurach armini vnam vnã vnciam & quartam : tere cum marmore, & miſceatur cum cupro. Accipe pannum laneum et expande, & expande deſuper prædictum puluerem : et accipe de oleo de lapidibus gregoncis : & accipe aquam de alcarcadre, & miſce cum prędicto oleo, et imbibe vt homo habeat ſitim in mane, & meridie, in nocte, et nõ habeas famem : ſit ſub fimo per l. & v. horas, & octaua hora trahe et operare.

Loquitur parabolicè de magiſterio.

Accipe de tribus cordibus, & quartum de quarto ſit minor pars, quàm de omnibus alijs, & corda ſint de iſtis beſtijs quas tibi dicam. Cor lupi, de leone, de panthera, & cor viperæ: miſce & imbibe de eis calcem cupri quam feciſti, & nõ mittas ibi aliud ſal: & mitte ſubtus fimum, & ſtet ibi per duas noctes, & duos dies: & quartam & quintam, & ſextã partem diei.

De puero azoc, & de iugulatione filiorum.

Dixit Abuali Abincine ad Abuzalemi: Quando vides filium tuum azoch tranſire: Accipe vrinam ſuam & diſtilla : & ſtercus ſuum, & mitte ſubtus fimum : & diuide capillos

capillos ſuos per quatuor elementa,& iugu la eum, & ſanguinẽ diuidẽ per quatuor ele-menta:& accipe de vnoquoque vnum pondus, & proijce ibi cuprum: & ſi vis facere rem vtilem quando naſcitur filia in domo tua, in ipſa nocte iugula eam, & ſanguinem diuide per quatuor elementa: & intellige, quòd filios tuos & filias iugules:ſed propter filios dico tibi argentum viuum, & propter filiam petram mollem:Intellige ſcilicet ſanguinem, ſignum lapidis noſtri ſi eſt bonum: Da bibere mulieri prægnanti: de filia pariet filium, hoc eſt dicere, mitte ſuper lunam,& erit Sol: & inſuper de hac medicina ſi dabis mulieri cuilibet concipiet, hoc eſt dicere: quia ſi proijcias hanc alexir ſuper quodlibet corpus,mutabis eum in ſuam naturam.

Alia inhumatio.

Accipe de cupro xij. libras, de ſale alcali ſoluto & dealbato, vnam libram,de ſale armoniaco ſublimato & præparato mediam libram,de ſale gemma tot,nitri quartam partem l. tere ſimul, & fac de eo paſtam cum aqua lapidis,& in illa paſta miſce cuprum totũ,& fac inde panes,& vide quôd bene ſit piſtata: & mitte vnũquemq; panem ſingularẽ in pannis lineis, & mitte ſub fimo,& ſtet per vij. dies & duas noctes, & trahe, & mitte in opere.Poſtquam diximus de humatione cu

pri,& compleuimus:modò deablutionibus dicemus: in nomine Domini.

Alia ablutio.

Dixit Abuali Abincine:Prima ablutio cupri poſt calces hæc eſt: Accipe acetum diſtillatum, & vrinam puerorum diſtillatam, & ſal armoniaeum ſolutum, & omnes ſales ſolutos,& de aqua lapidis multum,& de vaſis vitreis factis in multis modis, rotundis, & quadratis,& quintatis, & ſextatis, hoc eſt dicere cum tot angulis.Et hæc eſt prima ablutio cupri ad opus Lunæ per ad fermentum. Accipe de calce cupri quam inhumaſti quatuor libras, ſalis communis 4. libras,de aceto forti tot:bulli per tres dies ter in die, agita cum ſpatula vnaquaque hora, & ablue cum aqua ſalſa in quarto die,& quando abluis dimitte eum parum quieſcere,& poſtea verte aquam:ita facies quinquies,autſexies. poſtea accipe de ſale alcali facto puluere, & dealbato duas libras:& de aceto duas libras de aqua dulci vnam libram, & mitte in cucurbita cæca, & bulli vnaquaque die quinquies per tres dies: poſtea laua cum aqua ſalſa mixta cum dulci, & agita inter manus. Sed vide ne proijcias aquam donec requieſcat parum . Poſtea accipe de ſale armoniaco ſoluto libram ſemis, de alumine albo ſoluto libram ſemis, de puluere ſalis nitri

tres

tres vncias: miſce totum cum puluere cupri, & mitte ibi de aqua lapidis quartàm partem libræ, & mitte in vaſe vitreo, & ſit ſubtus fimum per nouem dies, & ſepties in die agita: poſtea ablue cum aqua ſalſa & dulci mixta, ſed magis ſit ibi de dulci quàm de ſalſa: & poſtquam ſic lauaueris, accipe de vrina puerorum diſtillata, & mitte de ſale gemma vnam libram, & vrina ſit quinque lib. & tu debes habere in opere tuo pondera & menſuras, & michillas. Pondera cum quo ponderes cuprum, et omnem calcem, et omne aliud. Menſuræ ſint cum quibus menſuras aquam, & acetum, & vrinam, & omne quod defluit. Michillæ ſint vt capias cum eis ignem, & terram, et oleum, accipies de aceto vnam libram, et bullies ibi calcem cupri per quindecim dies, quinquies in die: et vnaquaq; die miſceas vnam libram de vrina diſtillata cum duabus vncijs de ſale gemma, et duab. vncijs de aceto: poſtea ablue cum aqua dulci ſimplici, & ſi fundas, apparebit argentum, & nulla erit differentia inter illos, niſi ad ignem: & miſces ibi de mercurio, ſicut dicam in ſuo loco, ſi Deo placuerit.

Alia

Alia ablutio.

Accipe de cupro xij. libras, bulli in aceto & ſale quantum neceſſe fuerit per 12. dies: in iſtis 12. diebus tres dies ſubtus fimum. Primus dies erit in primis quatuor diebus: alter in aliis quatuor: tertius in aliis quatuor: & vnaquaque vice quando extrahis de fimo, bulli & agita bene: & ita facies quando mittes in fimo . Accipe de ſale armomiaco quatuor vncias, & tantum de ſale nitro, & ſale gemmę, ſale communi, & de alumine, de vno quoque duas vncias: miſce cum his calcem cupri, & proijce ibi de vrina diſtillata xx. libras, de aceto x. libras, de aqua lapidis tres libras, commiſce totum cum tribus libris de ſale alcali dealbato, & agita in die ter: & ita facies vſq; in xv. dies, laua & mitte in opere, & intellige.

Alia ad Solem.

Accipe baurach armini vnam libram, tantundem de vitreolo, de vrina puerorum diſtillata, x. libras ſalis, armoniaci, mercurialis vnam libram . Et ſal mercurialis eſt hoc modo: omne ſal eſt mercuriale cũ quo mercurius ſublimatur, & tantùm valet apud nos bis ſublimatum, quantùm ſi ſublimaretur ter aut centies: & ſemper vocatur ſal mercuriale, quanuis ſemel ſublimetur. Accipe de

de aceto duas libras, miſce, & bulli per xxiii dies, quinquies in die: poſtea ablue cum aqua dulci: poſtea accipe de vrina diſtillata vnam libram, de vitreolo duas libras, de oleo lapidis libram ſemis: fac paſtã, & miſce ibi cuprum: & prædictum cuprum ſit v. libræ: mitte ſubtus fimum in vaſe vitreo, & ſtet ibi per ſex dies, & trahe, & ablue cum aqua dulci, & operare: & ſi fundas eum cum paruo igne lapidis, inuenies eum cum colore auri, ſed non eſt verum, donec mittas ibi de mercurio ſicut tibi dicam.

Alia.

Dixit Abuali Abincine: Accipe de baurach armini, & de vitreolo, & de ſale gemma, de vnoquoque vnum pondus: ſed vide quòd ſit de tertio in tertium: & debet eſſe calx duplum quàm ſit puluis, laua ſicut conuenit, & habebis bonam calcem.

De ſignis calcis bene ablutæ obſcurè dictis.

Signa calcis bene ablutæ ſunt quatuor: duo ſunt lunæ, & duo ſolis: primum ſignum lunæ, ſi mittas in pane, & comedas illum album in felle: quia calor fellis faciet eum ſoluere cum auxilio pànis & aquæ, quam mittes ibi. Signum ſecundum, accipe de puluere cum puluere auellanis, & antequam deſcendat ad epar erit fuſum. Signa ſolis. Paſta

calcem cum parua aqua,& comede,& inue-
nies eum in felle de colore auri : & hîc non
eſt neceſſarius panis . Signum ſecundum
ſolis in puluere de auellanis : ſicut feciſti
cum luna, ſic facias cum ſole : ſed mittes ibi
partem quandam de gergoncis, & intelli-
ge : & Deus det tibi intellectum ad intelli-
gendum ſigna philoſophorum: quia qui eo-
rum ſigna intelligit,ipſe ſcit magiſterium.

Iſtud eſt de inſtrumento & non de libro.

Dixit inſpector libri, Non miſimus pon-
dera de ſale nitro, nec de borag. ſed modò
dicam tibi,mitte duas partes de calce,de ſa-
le nitro,& de borag pondera æqualia,quòd
conueniant ad tertiam partem calcis.

Alia.

Accipe de cupro 15.lib. ſalis armoniaci,ſa
lis nitri,de vnoquoq; vnâ:ſalis gemmę,& ſa
lis communis de vnoquoque duas libras &
ſemis : de vrina puerorum diſtillata, de ace-
to,de vno quoq; 10. libras. Bulli ſicut dixi-
mus ſuperius in cæteris, & mitte in fimo,&
ſtet ibi per nouem dies, & trahe, & fac pa-
ſtam de ſeptem ſalibus, & videbis quòd
efficicietur ſicut de xiiij.
diebus.

Alia

Alia.

Dixit Abuali Abincine: Sunt multi magiſtri qui lauant alio modo: quia dicunt, quòd ſales non debent mitti, donec ablutio ſit facta. Hoc verbum multi non concedunt, & hoc eſt verbum Micratis philoſophi, qui dicit: Non deſicces donec prius imbibas. Et ſunt multi qui deſiccant antequam bibant: ſed ſi omnes in vnum pendemus verbum, nihil erit, & citò deficiemus. Dicam tibi verum, hîc dimiſimus multa ſuperflua.

Alia ablutio.

Dixit Abuali Abincine: Mitte corpus minimum ſuper maximum, & ſublima mercurium, & aufer ei valorem ſuum: Accipe de cupro 3. libras, & ſalis nitri 4. libras, miſce totum cum 5. libris vrinæ puerorum, & tantundem de aceto, & intellige: ſublima mercurium purum, & magis valet. Sed ſi vis ſublima cum ſale armoniaco: quia aufert ei humiditatem: ſed qui ſublimat mercurium purum nouies, habet totum magiſterium. Accipe cuprum, & laua hoc modo, & fac eum calcem, & mitte in fimo. Accipe de ſale communi 3. libras, de aceto 5. libras, de vrina diſtillata tantundem, & bulli per dies ſemel in die, & frica inter manus cum aqua dulci: poſt dimitte iacere in vrina diſtillata per

tres dies in aceto, tere & frequenter agita: & accipe de ſale armoniaco, & ſale nitro, de alumine, de vnoquoque vnum pondus, miſce cum calce, & piſta cum aqua lapidis, & mitte ſubtus fimum in olla vitrea per xii. dies: poſtea abſtrahe, & bulli cum aqua ſalis armoniaci, & aqua ſalis alcali pondera æqualia quinque diebus, ſemel in die: poſtea permaneat per tres dies in vrina diſtillata: indureſce, incera, ſublima, ſolue, miſce quartam partem mercurii ſublimati pulueriza-ti, & fac paſtam de ſeptem ſalibus, & deſcende per botum barbatum per tres vices.

Poſtquam commiſcueris illud cum xxi. lib. de cupro abluto, & calce facto, & lauato, ſicut iuſsi in prima ablutione, & laua bene corpora: quia melius recipient ſpiritus: & quantò magis deſcendes per botum barbatum, magis valebit. Intellige quæ dixi.

Alia.

Accipe cuprum, & ſales debes lauare, & præparare, & bullire, & agitare, & ſubtus fimum ſepelire, & facere ſicut magiſter facit per omnes tres, intellige: ſed mercurius antequam opereris ſit bene præparatus.

Alia.

Accipe de ſale alcali tres libras, piſta in marmore cum quinque libris calcis, & miſceatur

sceatur totum, et pone in olla vitreata, & stet subtus fimum nouem dies, et vide quòd istas fortes ablutiones non facias, nisi tantùm ad mercurium; non ad alexir: et non opereris, nisi coram tribus tantùm hominibus, id est corpore minori, mercurio, et fermento per botum.

Explicit capitulum 3. de dictione Sexta de lauamentis: & modò loquar de indurare cum virtute Domini, & intellige quòd mercurium nullo modo dimittas sublimare. intellige:

De indurátione quæ fit multis modis.

CAPVT IIII.

IN nomine Domini: dixit Abuali Abincine: Omnes res quæ se indurant, aut se indurant quomodo petra congelando, aut se indurant vt possint malleari. Et modum indurandi et congelandi non quæriímus ad indurandum calcem, sed magis induramus vt possit malleari, et vt magis sit gratiosa natura eius: et hoc induramentum non fit vt partes eius se coniungant vnà cum alia. Et fit induratio multis modis: fit induratio per fortitudinem alterius, sicut mercurius per fumum plumbi: et est induratio cum adiun-

ctione alterius,& ſicut cuprum cum ſale armoniaco. Et omnes res quæ ſunt frigidæ naturæ congelant cuprum: & eodem modo fit de ſiccis rebus: & induramentum debet fieri in vaſe metallino,& non in alio: quia ſi faceres invitreo, aut in alio non tantùm valeret. Et cuprum quod tu indurabis,& incerabis, & ſublimabis, & ſolues, illud erit bonum quando coniunges cum alio per deſcendere per botum barbatum: & illud cuprum quando tu coniungis cum eo debet ablui & calcinari: non oportet indurari, incerari,ſublimari,ſolui,& ad magis quôd debet eſſe l. pondera ad vnum pondus, ad minus viginti quinque: & ſunt qui faciunt de viginti, & eſt melius, & eſt melius de xviij. & de xv. ſed melius eſt xx.xxij.& de xxv. Et modò incipiam induramentum cupri in nomine Domini.

Induratio.

Dixit Abuali Abincine: Accipe de cupro xij. libras, de ſale armoniaco bis ſublimato totidem: miſce cum cupro, & mitte in vaſe metallino,& ſepeli in fimo per xij. dies,& trahe,& mitte in magiſterio.

Alia ad indurandum.

Accipe de cupro duodecim pondera, & miſce cum totidem de ſale nitro, & de aceto in media quantitate: mitte in cucurbita metal-

metallina, & ſtet ſub fimo per nouem dies, & trahe. intellige quæ dico.

Aliud.

Accipe de ſale nitro ſublimato vnam libram, de calce cupri tres libras, miſce & piſta ſuper marmore cum vrina puerorum, & aceto mitte in vaſe rotundo de metallo, & ſtet ſubtus fimum per quindecim horas, & trahe, & mitte in opere.

Aliud.

Accipe de baurach ermini duas libras, de cupro octo libr. & piſta ſuper marmore, imbibe cum oleo lapidis, & cum vrina puerorum diſtillata, & cum aceto diſtillato, & mitte in panno lineo in vaſe metalli, & ſtet ſubtus fimum per triginta duas horas annales, & intellige.

De *inceramento, & quid eſt incerare, & de differentia inter inceration em et ſolutionem.*

Capitulum. V

In nomine Domini: dixit Abuali Abinc. Hoc eſt capitulum incerandi &: non miſimus differenriá de indurando cupro per ad aurum, ſiue per ad album: neq; in incerando miſimus differentiam de indurando. Et dicam primùm quid eſt incerare. Incerare eſt

partes primas cupri q̃ ſunt induratæ, reduce re in humiditatẽ, et facere ad modũ cerę, & hunc modũ operandi cuprũ vocauerũt philoſophi, incerare. Et ſi quis dicat nobis, q̃ eſt differẽtia inter incerare et ſoluere: quia ſoluere nõ eſt aliud, niſi redigere cuprũ in hũmiditatem, et ſimiliter incerare. Reſpõdemus: Reprehendis quod non debes, et quæris ſimiliter quod non debes quærere: quia qui incerat non ſoluit, nec qũi ſoluit incerat: quia calx cupri quando eſt indurata, ſi accipias de ea partem, et malleas, efficitur puluis: et quando inceratur, malleat ſe. Si accipias de cupro ſublimato, et mallees, elongabitur: et quando eſt ſolutum, efficietur aqua: non aqua pura, ſed vt poſsit piſtari. Et adhuc magis dicam tibi: quia quando induras primùm, et poſtea mollificas illud, vocatur incerare: quando ponitur de calce in alutello, et fit cum ſpiritibus, et ſublimatur, recedit humiditas, et deſiccat ſe: et quando reuertitur in prima humiditate, vocatur ſoluere: vult dicere ſoluere rem quam fecimus et ſoluere partes cupri vnas ad alias. Si quis dicat cur volumus ſublimare, vt poſtea ſoluamus, dicemus: quia hoc facimus vt imprimamus naturam cupri. Ergo iam intelleximus differentiam inter ſolutionem et inceratione̅, et modò dicam modum inçerandi, et intellige incerare.

Quod

Quod inceratio fit multis modis, & de sanguine pueri azoch.

Incerare fit multis modis, sunt quidam qui incerant in vase vitreato: & ego dico, quôd in nullo alio inceres, nisi in vase vitreo rotundo, & non festines in magisterio tuo, sed sit spacium inter vtrumque, id est inter opus & opus. Ad incerare non mittimus differentiam inter aurum & argentum. Et accipe de calce cupri tres libras, salis armoniaci vnam libram, de nitro soluto libram semis, & tot de aqua lapidis: mitte & misce subtus fimum per duodecim dies, & perfora pedem filij tui azoch, & suge totum sanguinem, & de illo sanguine mitte ibi quartam partem mediæ vnciæ. hîc dimittimus superflua.

Aliud inceramentum.

Accipe de vrina puerorum distillata quatuor libras: de aceto distillato cum sale communi, & de aqua lapidis, de vnoquoque vnam libram. Accipe de calce cupri duas libras, salis armoniaci quartam partem libræ, de sale alcali soluto quartam partem libræ: mitte in vase vitreo subtus fimum per quindecim dies, & intellige.

Aliud.

De vno oculo, de vna manu, de vno pede, de vnoquoque mediam vnciam: de aqua lapidis quartam partem vnciæ: mitte subtus fimum per tres dies.

Aliud.

Accipe de sale armoniaco soluto, sale alcali soluto, baurac soluto, sale nitro soluto, alumine soluto, sale gemma, & sale communi soluto, de vnoquoq; pondera ęqualia: dę calce cupri quartam partẽ totius ponderis prædicti, de aqua lapidis partem, de aqua lapidis quartá de pondere vnius salis: mitte subtus fimum, & stet per xxj. horas, & vnaquaq; hora sit de tribus horis & dimidia, & sit hora de sexaginta punctis, & puncta sint de sexaginta secundis, & secundus de sexaginta tertijs, & tertius de sexaginta quartis, & sic vsque non habet finem.

Aliud: obscurè loquitur.

Cor cuculi, cor aquilæ, cor lupi, de vnoquoque vnam libram: de calce cupri duas libras: mitte subtus fimum, & stet ibi per duos dies, & intellige. Sed vide quòd in omnibus inceramentis quæ facis, mittas de aqua lapidis, & inceramentum sit de vase vitreo.

Aliud

Aliud ad ſolem.

Accipe vitreoli libram 1. & ſemis, baurach mediam libram, ſalis armoniaci ſoluti mediam libram, de aqua lapidis vnciam vnam: ſtet in fimo per xxiij. dies, & trahe, & mitte mediam vnciam ignis antequam ſublimes: intellige: ſatis dixi de inceratione, & modò explanabo inceramentum.

De ſublimatione corporum.

Cap. VI.

In nomine Domini: dixit Abuali Abincine: Quia dixi quòd in hoc capitulo ponerẽ magnum magiſterium cupri, ſc. ſublimationem, dicam cũ virtute Dei: ſed Deus det nobis intellectum. Quatuor ſunt quę nos oportet facere ad Deum, & qui facit habet magiſterium, quæ ſunt: Da elemoſinam: hîc dimiſimus ſuperflua. Nullus debet ſublimare calcem per deſcendere per botũ barbatum, ſed debet ſublimare per alexir, & illæ res quæ ſe ſublimant, 2. modis ſe ſublimant, aut ſe ſublimãt per ſe ipſas: quia ſunt ſpirituales, aut ſe ſublimant, quia incorporãtur cum ſpiritib. Et illæ quæ per ſe ſublimant, ſunt quatuor ſpiritus: ſed alię ſunt quę nõ per ſe, ſed ãdminiculo ſpirituũ: quomodo iſta calx, & aliæ calces. Et iſtud ſublimamentũ facimus, quòd reducamus ad corpora ſubtilem naturam

habentia, vt ſint ſicut ſpiritus: & quod ſit le ue ad redigendum in omnes res, ſi vult per ad ſolem, aut per ad lunam, & hoc quod nos facimus de ſublimatione, facimus vt rediga- mus ipſum in primam naturam: ſed facimus per ad ſolē & lunam mixtos de 4. elementis quæ ſe ſublimant: & intellige qualis ſit ſub- limatio per ad ſolem, aut per ad lunam: quia fiunt ſublimationes quædam cum 4. elemē- tis, ſiue cum tribus ſpiritibus, & cum duo- bus ſecundum quòd locutus eſt: quia ſulfur et auripigmentum non ſunt neceſſaria ad ſublimandum æs ad opus lunæ.

Alia ſublimatio.

Dixit Abuali Abincine: Modô incipiam ſublimamenta quomodo ſunt, & dicam tibi ſicut pater dicit bono filio: Accipe de cupro abluto & calefacto, & abluto, indurato, & in cerato ʒ. lib. de auro viuo ſublimato duode- cies ʒ. lib. ſalis arcali ſublimati medium pon dus: mittimus ibi ſal arcali, non vt ſublimet ſe, ſed vt adiuuet ad ſublimandum: ſed vide quòd ad opus lunæ nō miſceas auripigmen tum, nec ſulfur, nec ad opus ſolis ſal armo- niacum: piſta totum in marmore, & miſce pi ſtando & miſcēdo: & mitte ignem per diem et noctem: & trahe, et mitte in fimo, & cucur bita vbi ſublimas corpus debet eſſe vitreata duo decies, & nō ſublimes corpus, nec inme tallo, nec in vitro. hîc demiſimus ſuperflua.

Alia

Alia ſublimatio cupri.

Dixit Abuali Abincine: Fac ferrum quod ſit in longitudine duorum palmorum & medij, & in medio ferri fac concam cupri: & pone matrem tuam in medio ferri, & ferrum intret in fundo matris. hic dimiſim⁹ ſuperflua. Accipe de ſale armoniaco quatuor lib. de argento viuo quatuor lib. de aceto vnam libr̃a, de ſale gemma vnam libram: piſta totum in marmore, miſcendo, & piſtando, & adiunge tres libras cupri, & mitte ign̄e per duos dies, & per noctem vnam, poſtea trahe, & ſublima eum in cucurbita, aut in aludel.

Alia ſublimatio.

Intellige quid eſt ſublimatio, & intellige ibi tres res. Vna eſt quòd corpus fit ſpiritus de ſubtili natura. Secunda eſt quòd mercurius ſe incorporat cum calce. Tertia eſt quòd calx aſſumit calorem: & debes intelligere vnamquamque iſtar̃u quomodo ſe debet fieri in ſublimatione, & debes ſcire quòd per ad lunam, quando ſublimas calcem cum argento viuo debet eſſe, & mercurius albus, & mercurius cum quo tu ſublimas calcem ad ſol̃e debet eſſe rubeus, ſcilicet rubefactus c̃u igne lapidis, et debet eſſe puluis n̄o induratus. niſi ſit inceratus n̄o benè operatur, nec ad luna nec ad ſol̃e ſicut ſuprà diximꝰ: nec magis, nec minus, & mercurium c̃u ſublimas per ad lunam, non miſceas vllam rem: & ita facias hác

ſublimationem & non errabis: Accipe de cal ce cupri lauata, & indurata, & incerata, vnã libram, de argento viuo ſublimato mediam libram, ſale armoniaci ſublimati ij. lib. ſalis al cali ſoluti vnam libram, de aqua lapidis quar tam partẽ libræ. Miſce totum & mole in mar more, & pone in aludello facto ad ſubliman-dum, & ſuccende ignem per duos dies & to-tidem noctes, trahe & mitte ſubtus fimum & trahe & mitte in magiſterio, & hoc benè potes deſcendere per botum barbatum cum maiori corpore vt miſceas in eo de cupro ab luto, & calefacto & abluto, & indurato, & in-cerato. & intellige, & Deꝰ det tibi intellectũ.

Alia ſublimatio.

Dixit Abuali Abincine: ſunt quidam qui ſublimant cum auripigmento ſublimato & cum ſulphure ſublimato, & dicã tibi de iſtis ſublimationibus, ſed non conueniunt ad lu-nam: quia ad lunam non debet fieri ſublima-tio niſi cum mercurio, & ſale armoniaco ſiue ſulphure. Et per ad ſolem debet ſublimari cũ auripigmento & ſulphure ſublimato, & mer curio ſublimato: quia auripigmentum & ſul phur colorant in citrinum & rubeũ, & ad lu-nam non ſunt neceſſarij iſti colores: quia iſti colores ſunt ad ſolem, & intellige quæ dico. Et mercurium quem ſublimas ad ſolem non debes tantum ſublimare, ac ſi eſſet ad lunã, quia aliæ res quas ibi mittes deſiccabunt ſa-

tis

tis humiditatem ſuam: & ad lunam non ſunt tot res quæ deſiccent humiditatem ſuam. Accipe de cupro iij. lib. de auripigmento & de auro viuo, & de ſulphure ſublimato, de vnoquoque vnam libram, de vitreolo mediam libram, miſce cum aceto omnes pulueres ſuper marmor, & ſublima in aludello per viginti octo horas, & vide quod ſublimabis in vna quaque vice, & repone & ſi quid remanebit, ſublima iterum donec de vitreolo non remaneát niſi quatuor vnciæ, & iſtas quatuor vncias laua, & poſtea dimitte, & prius vide ſi remaneat ibi de mercurio aliquid, & reuertere ad ſublimandum, donec agnoſcas quòd non remanſit ibi de mercurio.

Alia ſublimatio.

Accipe de cupro abluto, & calefacto, & lauato, & indurato, & incerato octo libras, de auripigmento ſublimato, de mercurio ſublimato, de ſulphure ſublimato, de baurac armini de vnoquoque vnam libram & ſemis, de ſale alcali, de ſale gemma, de vitreolo, de vnoquoq; ſex vncias: pone totum prędictũ cõmixtũ ſup marmor, & miſce, & mole, & imbibe cum oleo lapidis: poſtq̃ miſeris ibi de vitreolo j. lib. & mitte in aludello, & da ignẽ p duos dies, & noctem vnam de diebus medianis: nec magnis, nec paruis, & dimitte, & vide quod quando vis trahere aludellũ de furno, ita debes facere ſicut dicam: dimitte eum

refrigeſcere & non ſit calidum, & debes eum tergere ex omni parte: poſtea diſcooperi illud ita quod nō remaneat ibi de luto, nec de pannis, terge eum cum panno aſpero, & groſſo, ita qd totam terrā tollas: poſtea mitte in aludel, antequam diſcooperias in vno bacino de cupro rubeo aut citrino, & diſcooperi aludel, & habeas palá de ligno nucis, & rade cum illa quod in aludel, ſed tamē ita ſuauiter radas: quòd non radas de aludello, & nō miſceas illud quod inuenies in fundo cum illo quod inuenies in coopertorio: ſed mitte vnumquodq; in partem: quia illud de fundo reiterabis ad ſublimandum.

De luto magiſterij.

Dixit Abuali Abincine: Hic dicá quomodo faciunt lutum magiſterij, & lutū per ad totū magiſteriū, & dicam tibi omnia luta quæ intrant. Primum dicam lutum per claudere ollas ad calcem faciēdum per ad ſolem, vel per ad lunam, rotundas vel quadratas, vel tertiatas, vel in alio modo factas, & illud lutum nō debes facere niſi de terra rubea mixta cum capillis.

Aliud lutum per cooperire ollas.

De terra rubea xx. lib. de capillis, de areſtis mediam libram, ſalis cōmunis quintam partem libræ: tere & taratantariza, & miſce cum aqua ſic vt ſufficiat: & macera, quia benè poteſt operari ad magiſterium.

Aliud

Aliud ad cooperiendum ollas.

Accipe de terra rubea quinque libras, de capillis mediam libram: pasta per medium de aceto & aqua, & hîc intimauimus lutum de faciendis calcibus: sed quando cooperiunt ollas, non mittant pannum lineum, nisi tantùm lutum, & sufficit quando benè sit lutatum.

De lutis.

In nomine Domini: Incipio dicere, Lutum ad lutandos aludellos, & debet lutum istud esse secundum rem qua se sublimat in aludellis: quia si tu sublimas & non conlutas aludellum cum terra mixta cum albumine oui, non valet, sed si sublimas corpus, non debes illam pastare cum albumine oui, sed tantum cum aceto & cum vrina distillata. Et hîc incipiam modum luti dicere ad lutandum aludellos, & quomodo debent cooperiri.

Accipe de terra rubea de magisterio, quôd non sit sicca, viginti libras, de pilis tres libras, salis gemmæ, & salis cõmunis, de vno quoque quartam partem libræ, cineris sarmentorum vnam libram, aceti & vrinæ puerorum de vnoquoque vnam libram: tere terram & taratantariza cum spisso tarantaro: & ita facies de salibus, & ita facies de cinere: & scinde pilos, & pista totũ fortiter, & habe pannos lineos grossos, & nõ sint de stupa, &

sint rari, & mitte de luto in loco illo vbi se cõ iungunt coopertorium & aludel, & vide qđ aludel vbi sublimas mercurium, ita se coniũgat cum eo coopertorio, qđ vix possis mitte re pilum vnum capitis: & si ita nõ coniungeretur, nil valeret, quia sublimatio mercurij non fit nisi per suam fumositatem, & per suã leuitatem: & si inuenerit locum apertũ egreditur inde: sed si est ad sublimãdum calcem, vel alios spiritus non cures quod se tantum coniungat. Et modi de aludellis non sunt æquales. & dicam eos tibi quãdo finies tractatus luti. Accipe de panno, & misce de luto cũ claro oui: & mitte prius de luto vbi se cõiungit coopertoriũ cũ aludello, & desup mittes pannos lineos linitos de terra ista prædicta, & super pannos mitte de luto, & in fundo aludelli debes mittere pannos cum alio luto, & postea primum dimitte siccari: & postea dabis ignem, & quãdo vis extrahere dimittere frigerari, & radendo cũ pala ferrea discoopere, & mitte super vno bacino sicut dixi: & tu debes intelligere ista luta.

Aliud lutum per ad aludellos ad sublimandum mercurium.

Accipe de terra decem libras, salis cõmunis vnam libram, de pilis scissis vnam librã, de aristis duas vncias, de aqua quantum sufficiat: & misce ibi sex albumina ouorum.

Aliud

Aliud per ſublimare ſpiritus & corpora.

Accipe de terra triginta libras, de pilis ſex libras, de cinere j. lib. paſta cũ aqua ſalſa ſuffi cienter, & operare ſicut diximus.

Aliud ad aludellos per ſublimare ſpiritus & corpora.

Accipe de terra quadraginta lib. de pilis quatuor libras, ſalis armoniaci j. lib. de ariſtis ij. lib. paſta ſicut diximus cum aqua dulci: & ſi vis lutare vas quando aſſas mercuriũ, debes accipere de ipſo luto: & ſunt qui mittunt in ipſo luto mercuriũ, puluerem de gallis, ſed non eſt nobis neceſſe.

De quodam magiſterio ad lunam philoſophicè.

Oſtendam tibi quoddá magiſterium: qđ faciunt philoſophi. Accipiunt laminas cupri & mittunt in ignem donec ſint rubeę, & mortificant in aqua lapidis & in oleo mixto per medietatem quinquaginta vices, & proijciunt ſuper illos alexir lunæ, & non curant de lauare, nec de calce facienda: & ſunt qui vendunt eum ꝑ luna: ita bonus iam videtur, & efficitur: ſed Deus ſcit quòd nolui facere niſi rem certam, & bonam, ſed quando volo face re ſine alexir deſcendo per botum barbatum, & valet magis quàm illud ſit quod fit cũ alexir. Modò dicam tibi modum de aludellis ad ſublimandas omnes res.

De *aludellis.*

In nomine Domini: dixit Abuali Abinci-ne: hîc dicá qũo debẽt fieri aludella. Aludel fuit inuentum per geometrica, & docet nos hoc magiſterium: quod oportet qñaſdã res ſublimare: & quod ſublimatur ſi ſe ſublimet in vaſe quadrato, tenet ſe per angulos, & ita fit in vaſe: quod habeat angulos: ergo vas debet eſſe rotundũ. Et vas rotundũ valet, et eſt omnib. alijs melius: poſtq̃ aludel debet eſſe rotundũ, debemus dicere longitudinem, & latitudinẽ: latitudo eius debet eſſe quantũ poterit intrare pugnus. Et ſi eſt per ſublimare azoc, debet eſſe magis anguſtũ, & debes videre, qđ os inde ꝓcedit debet eſſe amplius fundo ſi ſit per mercuriũ an ꝑ aliud: & in ſummitate oris debet facere quandã orellã ad altitudinẽ digiti, vt qđ ſe ſublimat non poſsit reuerti intus, & facies ad modũ ſcutellę, & in medio facies valliculã quandam: vt circulus quẽ facies in coopertorio poſsit intus in prędicta valle ingredi: qđ ſe ſublimabit nõ poterit foras egredi, & poſtea ampliabit vas planè, & de ipſo eleuabis circulũ quẽdã in altitudine vnius digiti: hic eſt modus de aludel ꝑ ſublimare mercurium, & qui ita non facit: nihil ſcit de magiſterio, & itã ſi ſit profundũ qđ miſeris intus rẽ ſublimandã remaneat adhuc ſpaciũ vacuũ circa altitudinẽ q̃nq; digitorum. Modò dicã tibi coopertoriũ, quomodo debet

debet fieri de latitudine aludelli, ita quòd nō minuat nec ſuperet: & facias eūm in modum ſcutellę, & intus in ſummitate facias cauum, vt digitus vnus poſsit ibi abſcondi, & ſit os eius amplius quàm os aludelli, & facias in coopertorio quoddam vt poſsit ibi abſcondi digitus vnus & medius: & deinde facias latum, & poſtea facies in eo quendam circulū qui intrat in vallicula illa, quam tibi dixi de aludello. Hoc eſt aludel de philoſophis ad ſublimandum mercurium.

Aliud.

Aliud ab ſublimandum mercurium facies in modum quem prædixi, ſed non facies in eo vltimum circulum: ſed prædictum aludel valet magis ad ſubliīnandum mercuriū. Modò incipiam dicere alios aludellos.

Aliud.

Sunt qui faciunt in modum ſcutellæ profundę, ſed faciunt in eo circulos magnos, et ita in coopertorio, & ſublimāt in eo ſpiritus et corpora, ſed non mercurium.

Aliud.

Fac in modum primi aludelli, & non facias in eo cauum intus, nec in coopertorio facies planum: & fac ei coopertorium in eundem modum. Accipe de cupro viginti libras, ſalis gēmæ tres lib. ſails armoniaci ſublimati decem libras, mercurij ſublimati de-

cies quatuor libr. mortifica, & misce, & mitte in alutello, & da ignem per diem vnum & noctem. Intimauimus alutellos, & lutum magisterij, & sublimationē cupri: & finit hîc capitulum sextum de Dictione sexta.

De solutionibus corporum, & quòd non putent homines quòd utantur in aqua: & cum quibus rebus soluuntur corpora. Cap. VII.

IN nomine domini, dixit Abuali Abincine: In hoc capitulo dicam solutionē corporum, & tantùm solutionē cupri: & qui audit solutionem, putat quòd corpus reuertatur in aquam: & hoc non potest fieri, quia sensus nec natura hoc præstat. Sensus duobus modis hoc non dat: primùm quia de re tam sicca nō fit resolutio in aquam: quia res prohibita est: quia ferrum non potest reduci in aquam, nec petra de riuo. Secunda ratio est, si tu proijcis corpus vnum super ignem, non vincet: & super aquam, nō vincet: & natura hoc non faceret propter tres rationes. Prima, quòd natura non facit nisi quod ibi est per vim. Et secunda est, quia illa res, quæ est ibi per vim, debet esse maior quàm sit alia pars. Tertia, quia si natura faceret de sicca re aquam, nostrum corpus faceremus aquá, & nō siccum. Et quòd sit siccum per vim, de re & non per naturam. & intellige: qūia multi

sunt

ſunt qui putauêre, quòd ſolutio corporũ re-
uertitur in aquá: & hoc ſcias ꝓpterea, quòd
ſuperius diximus. Sed dicã tibi: Solutio eſt
tribus modis. Solutio quę vertitur in aquam
omnino, ſicut faciunt tales qui ſe vertunt in
aquá: & ſolutio vnius partis corporis, & nõ
de toto: ſicut ſolutio mercurij, & ſolutio cor
poris, quòd non ſoluatur de eo aliquid: ſicut
ſolutio cupri & aliorum corporũ. Sed dicũt
hanc ſolutionem ideo, quia ſoluitur in ea ſua
ſalſedo, & quòd natura quæ abſcònditur in
ea appareat: & adhuc reſtat dicere alius mo
dus ſolutionis, quem non numerauimus in
iſtis tribus, ſicut eſt ſolutio corporum: quan
do fundũtur in hora fuſionis, quãdo ſe faciũt
currentia, & poſtea infrigidantur, & redeunt
ſicut erant, & ſicut faciunt de plumbo: quia
tantam dant ei humiditatem, quòd faciunt
eum currens, & videtur eſſe mercurius: & ſic
ſoluunt multas alias res: quia ſi vellemus di
cere in hoc libro, non eſſet finis libri in hoc
quod incepimus. Sed tu debes ſcire, quòd ſo
lutio iſtius corporis non eſt aliud niſi quòd
reuertatur humidum, & auferantur ſuæ ſalſe
dines: & debes ſcire, quòd ſolutio nõ debet
fieri per res ſiccas, ſed per res humidas: & an
teq̃ dicam tibi de ſolutione, dicam tibi cum
quib. reb. debes ſoluere: & quia ſunt paucio-
res illæ res cũ quib. ſoluuntur, quàm ſint cũ
quibus non ſoluũtur. Sunt aũt hæc: Sal arm.

lutum, & baurach armeni, & sal nitri, & sal al cali solutum, et aqua aluminis alba, et accingar, et vrina puerorum distillata, et sal cõmune solutum, et sal gemma solutum cum aqua lapidis, & oleo lapidis, & aqua vitreoli, fortitudine seculi: & sunt qui soluunt cum dentibus diaboli, sed non habemus necesse. Istę sunt res cum quibus soluunt, & debes scire quod non debes soluere cũ sale qui sit sublimatus, nec debes calcẽ facere cum sale qui sit solutus: sed prius debet sublimari p ad calcẽ bis, vel ter, vel quater. Et dixi tibi in principio libri, quòd si prius non scis omnes res quæ sunt naturales, & in qua differentia sint de prædictis complexionibus, non debes ingredi in magisterio. Et quando hoc scias qđ scias eas soluere, & reuertere ad primam naturam, & scias quantum sit in vnaquaque de aqua, de aere, de terra, de igne. Ideo qđ quando tu vis soluere, quòd scias quòd calx illa quam tu vis soluere, quantũ amisit de sua prima natura: et si hoc nescires nil prodesset tibi: Scias quod quando tu vis facere calcẽ cupri, cuprum naturaliter est in differẽtia xxix. de differentijs primis antequam fundatur in illo loco vbi est grandis siccitas, calor minor, frigiditas minima, humiditas minima. Sed si tu fundes vel ter, efficietur calor maior, siccitas minor, humiditas minor, frigiditas minor: quando tu facis calcem per ad lunam, re

digis

digis eum de maiori ficcitate, de minori frigiditate, de calore minori, de humiditate minori: quando tu abluis bona ablutione, redigis eum in humiditate maiori, calore minori, frigiditate minori, ficcitate minori: quando tu induras redigis eum in ficcitate maiori, calore minori, frigiditate minori, humiditate minori. Quádo tu inceras, facis humiditatem maiorem, frigiditatẽ minorem, calorem minorem, ficcitatem minorem. Quando tu sublimas, facis calorem maiorem, humiditatem minorem, frigiditatem minorem, ficcitatem minorem. Quando tu soluis, facis frigiditatem maiorem, humiditatem minorem, calorem minorem, ficcitatem minorem. Et hæc est differentia lvij. in loco vbi est luna apponimus ibi mercurium præparatum, vltra illum qui est ibi naturaliter, & fit melior luna. Et si non esset propter dilatationem libri, facerem te intelligere hanc reuersionem calcis de differentia in differentiá, & cur hoc facit & quomodo. Et si quis nobis dicat hanc differentiam, iam nobis dixisti in bona lauatione, dicemus quod hoc nõ facimus nisi vt redeamus ad differentias: qa quod primum facimus induramus, et quãdo est induratum, eius differentia est sicut differentia cupri, quando est subtus terram, & postea mutamus differentias, sicut prius: incerare sicut abluere, sublimare sicut calcem fa-

cere, soluere sicut lauare cum lauatione magna. & postquam hoc factum est, est sicut argentum bonum. Et quia diximus solutio quid est, dicemus modum soluendi.

De modo soluendi.

Accipe de cupro abluto, & calce facto, id est abluto, & indurato, & incerato, & sublimato quatuor libras, salis armoniaci soluti sex lib. salis alcali soluti duas lib. aquę lapidis vnam lib. mitte in cucurbita vitreata, aut metallina, & sit sub fimo per viginti septem horas, vnaquęque hora de xxiiij. in die, trahe & operare.

Alia solutio bona.

Accipe de cupro tres lib. salis gemmæ, & salis communis soluti, de vnoquoque tres libras, de aqua aluminis, & de vrina distillata, de vnaquaque duas libras misce, & sit subtus fimum per octo dies.

Alia solutio.

Accipe de cupro vnam libram, de aqua lapidis, & sale armoniaco soluto, & sale nitro, & sale alcali, & aqua aluminis, de vnoquoq; quartam partem libræ: mitte sub fimo, & stet ibi per vigintiquinq; horas, hora vnaquęque de xxiiij. horis.

Alia

Alia ſolutio: & eſt melior omnibus alijs.

Dixit Abuali Abincine: Hæc eſt melior ſolutio omnibus alijs per ad album, id eſt, ad rem quæ eſt corpus iſtud. Accipe de cupro decem lib. de ſale armoniaco ſoluto tres lib. aqua aluminis, vrina puerorum diſtillata, ſale alcali ſoluto, ſale gemma, ſale communi, ſale nitri, de vnoquoque vnam libram: aqua lapidis vnam lib. & ſs. totum miſce, & mitte ſub fimo in vaſe vitreo per nouem dies: poſtea trahe & operare.

Alia ſolutio.

Accipe ſalis gemmæ ſoluti, ſalis nitri, de vnoquoque quartam partem libræ: baurach ermini, auripigmenti ſoluti, de vnoquoque vnciam vnam, cupri tres libras, mitte in vaſe vitreo, & ſtet ſub fimo per x. dies.

Alia ſolutio.

De auripigmento, ſulphure, de vnoquoq; duas vncias, oleo lapidis vnam vnciam, cupri vnam libram, mitte in vaſe vitreo ſubtus fimo per tres dies.

De ſolutione auripigmenti.

At modò dicam tibi qualiter ſe ſoluit auripigmentum: Accipe de auripigmento vnam lib. piſa cũ aceto ſuper marmor: c'nggar vnciam vnã: piſa ſuper marmor per nouem

dies, in die nouies: & mitte ad ſolem, poſtea mitte ſub fimo, & ſtet per quadraginta dies: & inuenies aquam currentem. hic modus eſt ad ſolem tãtùm, et in alijs modis ſoluit eum, et ego dicam tibi, & poſtea dicam tibi de plũbo: quomodo deſcendunt eum per botũ baratum, per ad aurum, ſicut cuprum ad argentum.

Alia ſolutio.

Accipe de auripigmento tres libras, de lacte caprarum viij. lib. piſa auripigmentum & proijce in lacte, & bulli donec remaneat de lacte, & poſtea piſta ſuper marmor parum de aceto, & cum vna libra dè ſale nitro, & vnam libram de ſale armoniaco, & borace vnciam vnam: mitte ad ſolem, et ſtet ibi per quadraginta dies: poſtea accipe de ſale nitro, vnam libram & ſemis, & miſce cum eo, et ſimul piſa bene, & mitte poſtea in concha rotunda facta in modum aludelli: & cooperi cum filtro, & ſtet ſubtus fimo per viginti dies, & mitte multum fimum deſuper & inferius, & inuenies aquam ſolutam currentem, & operare: & mitte inter alia opera: & ſi in illa aqua mittas triticum: & poſtea proijcias triticum in campo: aues quæ inde comederint morientur, & iſtud eſt toxicum eorum: & iſte eſt modus melior ad occidendas aues.

Alia

Alia ſolutio.

Accipe de cupro iij.lib.de vitreolo j.lib.de baurach libram ſemis, de ſale gemma ij. lib. de ſale armoniaco ſoluto duas libras, mitte in vaſe vitreo, & ſtet ſub fimo, per vndecim dies.

Alia ſolutio.

Accipe de ſale armoniaco ſoluto decem lib. ſale nitro, & ſale gemma & ſale alcali, & ſale communi, de vnoquoque libram & ſemis aqua aluminis alba, & vrina puerorum diſtillata, de vnoquoque iij. libras: aqua lapidis vnam librá, de cupro quindecim libras, piſa totum & miſce, et mitte in vaſe vitreo, & ſtet ſub fimo per xiiij. dies, & hæc eſt melior ſolutio philoſophi.

Alia ſolutio.

Dixit Abuali Abincine: cum iſta ſolutione perficiemus capitula ſolutionum: quia diximus in ſolutionibus quæ oportuit, & cum hoc quod hîc dicemus erit completum, & in hoc omni ſupradicto ſunt ſolutiones auri & argenti, & ſponſalitij, & ad omnes res, qui eas benè poteſt præparare cum ſubtilitate. Accipe de cupro quatuor libras, de vitreolo vnam libram, de baurach vnam librã, de gingoncis vnam vnciam, piſa & mitte in vaſe vitreo, & ſtet ſub fimo xl. diebus, perficimus verba ſolutionis, & finiuimus capitulum ſeptimum, & Deo gratias.

De Plumbo & de natura eius.

Cap. VIII.

IN nomine Domini dixit Abuali Abincine: In hoc capitulo loquar de plumbo, & incipit capitulum octauum. Postquam locutus fui in re rubea & alba, & in hoc quod non est rubeum, nec album: modò loquar in nigra: & intellige, quòd omne quod loquar tibi in hoc libro, vtile est totum, & nihil ibi est superfluum: & qui non intelligit, videt verba philosophorum, & despicit. Natura plũbi est frigida & sicca, & est de natura Saturni: & est in differentia xxxix. Intellige opus eius, & mutationem eius. Multum dicam quid opereris in auro & argento „sed in auro mitte plumbum, & in argento cuprum. Prima res, hîc dicam tibi, erit ablutio, & calx facere, lauare, indurare, & incerare, & sublimare, & soluere: & leuius tractabo quàm fecerim de cupro, & non dicam tibi tot rationes. Plumbum ita abluitur per purgare quod extra est: sed prius debes fundere vj. vices aut vij. Laua hoc modo: Accipe de aceto vnam libram, de vrina puerorum tantundem, salis communis tantundem, de plumbo duas libras: fac partes sicut debes, & laua, & bulli sicut debes, & erit ablutum:

Alia ablutio.

Accipe de plũbo v. lib. de vrina puerorũ tã tũdẽ de aqua ſalſa tantũdem: bulli per xxiiij. horas, & erit ablutũ. Sed debes ſcire qd quãdo lauas cuprum, aut plumbum, quãdo debes tergere cum panno lineo, ideo vt nõ accipiat ſalſedinem, debes ſcire quòd hæc ablutio non eſt, niſi vt deſuper abluatur: quia quæ eſt per ad corpus, poſt calcem fit. Et nõ debet cuprum, nec plumbum, quando ea lauas, remanere per noctem in illa re in qua ea lauas: & ſi ibi remanerent, efficerentur viridia: & debes ſcire quòd cuprùm eſt bonum per facere argentum abſque alexir: & plumbum non eſt bonum minus de alexir. Hæc eſt res probata, quam philoſophi probauerunt.

Alia ablutio.

Accipe de aceto tres lib. de vrina puerorum tantundem, de aqua vitreoli tantundẽ, de arena tres lib. de plumbo quinq; lib. bulli & frica vſque ſit bene ablutum. Et debes ſcire, quòd vrina nec acetum intrant in magiſterio, niſi diſtillentur & bis, & ter: quia in quantũ amplius diſtillantur magis valẽt: & quando bullis plumbum, debes bullire in vaſe de metallo: quia ſi in alio vaſe bullires, non tantum valeret.

Alia ablutio.

Non debes accipere de plumbo alcofoli, ſed de plũbo abluto, niſi prius eſſet præparatum ſicut neceſſe eſt. Nec debes accipere de plumbo gozi, nec alio plũbo, niſi de illo qđ tibi oſtendi in principio libri. Accipe de illo x. lib. & bulli in aqua ſalſa: & terge cum panno lineo mũdo, & nulla hora dimittas ipſum humidum: quia ſi dimitteres ipſum humidũ, iam dixi tibi detrimentum quod inde ſequeretur: & intellige magiſterium philoſophorum.

Alia ablutio.

Accipe de plumbo quinq; libras, ſalis gẽmæ vnam libram, ſalis armoniaci vnam librã ſalis communis mediam librã, de vrina puerorum, & de aceto de vnoquoq; tres libras, de aqua ſalſa quinque libras, bulli per viginti quatuor horas quinque vices: & in illis viginti quatuor horis trahe ad ſolem per duas horas, & non feſtines opus.

Alia ablutio.

Dixit Abuali Abincine: Dicam hanc ablutionem, & in hac perficiam omnes ablutiones plumbi. Accipe de plumbo x. libras, de vrina puerorum diſtillata, de aceto diſtillato & de aqua ſalſa, & de aqua aluminis rubei de vnaquaque tres libras, bulli per octodecim vices, & ſerua. Finit capitulum octauum. laudetur Deus.

De

De calcibus plumbi. Cap. IX.

IN nomine Domini: Dixit Abuali Abincine: In hoc capitulo loquar de calcibus plũbi faciendis, & loquar ſicut philoſophus debet loqui, & dimittam omnes dilationes aliorum hominum. Iam ſcis cur faciunt calcem, et quid eſt calx, et cur efficitur calx. Et illa quæ ſe faciunt calcem ſunt ſeptem: plumbum, ferrum, cuprum, ſtannum, aurũ, argentum, metalluum lato, id eſt auricalcum, & dixi cuprum : & dicam modo de alijs ſex cum virtute Domini. Septem ſunt modi faciendi calcem plumbi, & illa quæ comburunt corpora, & auferunt ſuam humiditatem : Sunt hęc, ſal alcali, ſal armoniacus, ſulphur, auripigmentum: & debes ſcire quòd argentum viuum ſublimatum nõ intrat in magiſterio lunæ, nec auri : quia quidam faciunt illum de plumbo, & hîc dicam tibi modũ faciendi antequa incipiam dicere de calcibus: quia quidam accipiunt plumbum, & fundunt vij. in cibis, & in vnaquaque vice mortificant eum in ſale armoniaco ſoluto : poſtea accipiũt de eo tres libras, & de ſale nitro vnam libram, de borace libram ſemis, commiſcent totum, & mittunt ſub fimo per quadraginta dies, & efficitur argentum viuum, & non eſt differẽtia inter iſtud & illud quod intrat in magiſterio, niſi tantum quod intrat in magiſterio & aliud non : & quando vis probare illud an

sit bonum, accipe laminam cupri, & calefac, & frica eam cũ illo, & si albescit, scias quòd est bonum: sin autem nihil valet: & sunt qui seducuntur in hac temperatione.

Alia probatio.

Accipe de argento viuo, & mitte, & cola per pannum lineum, & cadat in aluta: sed liga illam alutam fortiter ne possit egredi, & accipe ollam vnam, & imple de aqua, & proijce ibi illam alutam, & si ascendat sursum, scias quod est bonum: si non, non est bonũ: & nõ mittas illud in opere tuo Solis vel Lunæ: sed vide quòd olla plena aqua prius bulliat, & dum bullierit bene, pijce ibi illã alutã, & cum intus fuerit diu, facias ollam bullire.

Alia probatio.

Accipe de argento viuo, & mitte in panno lineo, & mitte sub fimo: & cùm extraxeris inde, si inueneris illud, non est bonũ: sin aũt, bonum est. Et modò incipiam dicere de calcibus cũ breuiss. verbo, si Deo placuerit.

Prima calx ad plumbum.

Accipe de plumbo pondus vnum: fac laminas, & mitte in ollam de terra magisterij cocta ad solẽ, & mitte ibi de sale, & sit sal per medietatẽ plumbi, & mitte sal inter laminá & laminá, & mitte in furno magisterij: & coque ibi, & accẽde ignem ad minus per xviij. horas, ad magis per xxviij. horas: & iam tibi osten-

ostendi modum de ollis in illo loco, vbi tibi locutus fui de cupro, & qualiter debes claudere ollas cũ luto. Accipe de illo luto si opus fuerit, & operare, & nullus in hunc modum operatur sicut nos.

Calx secunda.

Accipe de plumbo, & fac ad modum brachij, i. ad modum cubiti: & fac ollam ad modum cucurbitæ longæ de terra rubea cocta ad solẽ: & accipe de sulphure sublimato, & pisa, & mitte super plumbum, & sit plumbũ 4. partes, & sulphur 5. partes, & mitte in furno, & da ignẽ ad magis per xxviiij. horas, ad minus per xxij. horas.

Calx tertia.

Accipe de plumbo, & fac in modum cannæ, & mitte in olla sicut decet, & accipe de auripigmẽto sublimato, puluerizato, & mitte desuper & deorsum: & similiter mittes de eo in cauo cannæ plumbi, & mitte in furno magisterij, & da ignem ad magis per xlij. horas, ad minus per xxxvj. horas.

Calx quarta.

Accipe de plumbo, & fac ad modum morabunt octo pondera: mitte in olla, & accipe de sale armoniaco sublimato, puluerizato, & indurato duo pondera, de sale communi quatuor pondera, mitte in olla inter morabunt & morabunt, & mitte in furno magisterij communis, & sit ad minus per

per xiij. horas, ad magis per lx. horas.

Calx quinta.

Accipe de plumbo, & fac partes longas & groſſas, & accipe de auripigmento ſublimato, de ſulphure põdera ęqualia, & ſint ambo decima pars plũbi in cõcas terreas: & ora earum ſint in amplitudine trium digitorum, & mitte in furno magiſterij, & ſit ibi ad magis per duodecim horas, ad minus per nouem horas.

Calx ſexta.

Fac de plumbo in modum cannę, & frange ꝑ partes minimas, & fac caſeos terreos, & mitte ibi partes illas, & mitte ſuper ignem, qui non ſit de carbone rubeo, nec de igne citrino, hoc eſt cinis, ſed debet eſſe in modum luti. Hic eſt modus philoſophorum ſapientium, & non inuenies aliquem qui hoc opus operaretur. Scias quod in alijs ſe miſcẽt corpora cum ſpiritibus, & non in hoc. Accipe ſal armoniaci, ſal alcali, ſulphur, auripigmentum, pondera ęqualia. Accipe de plumbo tãtundem, quantum ſunt prædicta pondera, mitte caſeos quos feciſti in olla cocta ad ſolem, & poſtea ad ignem, & mittas puluerem ſicut ſoles facere in laminis, & cooperi, & da ignem, à mane vſque ad veſperam, aut de nocte vſque ad medium diem.

Calx

Calx ſeptima.

Calx ſeptima non valet in opere iſto : ſed valet phyſicis, & valet ad opus manuum, & ad emplaſtra, & ad vulnera, & ad alcofolis. Accipe ſalis communis partes æquales cum plumbo, coque in arbitrio tuo: & hîc finiunt ſeptem modi calcium. Sed amplius dicam tibi ad ſubtiliandam ſapientiam, & intelligendum magiſterium.

Calx octaua.

Accipe de plumbo tres libras, & fac partes ad modum digiti in groſsitudine trium morabunt. Accipe de auripigmento tria pondera, & mitte cum plumbo in olla noua, & mitte ignem per duodecim vnaquaque hora, de v. horis de xxiiij. in die, & non coquant niſi tantum quantum eſt neceſſe, nec minus, & non ſit in hoc ſolùm, ſed in omnibus rebus quas coquis. & intellige.

Calx nona.

Accipe de plumbo decem libras, ſalis armoniaci, ſalis nitri, tantundem vitreoli, baurach quintam partem ponderis, fac partes & mitte in olla, & da ignem ad minus per vigintiquatuor horas, ad magis per vigintiquinq; horas: trahe, & mitte in magiſterio.

Calx decima.

Accipe de plumbo vnam libram, ſulphure, auripigmento, de vnoquoq; tres quartas: da ignem ſicut decet, & non decoquatur, nec

ATENEO VENETO VENEZIA

magis nec minus, nisi sicut debet.

Calx XI.

Accipe de plumbo iij. lib. nitrum sicut necesse fuerit: da ignem.

Calx. XII.

In hac calce complebimus omnes calces. Accipe de plũbo v. lib. auripigmenti, & sulphuris, & baurach de vno quoque mediam libram: da ignem per xxv. horas: & quia diximus sufficienter in calcibus, modò loquemur in ablutione plumbi sicut debemus.

De *ablutione plumbi, & de rebus cum quibus soluitur.* Cap. X.

IN nomine domini: Dixit Abuali Abincine: hoc est cap. x. de hac dictione. Dicam hîc de ablutione plumbi: Lauamus plũbum ad tenuandam naturam, & reducere eũ de natura grossa ad naturam primã & ad humectandã siccitatẽ quã recipit in calcibus, & ad auferendũ odorẽ malũ, & dare bonum. Et ea cũ quibus abluitur plũbũ, sunt multa, & plura sunt quã ea vnde abluitur cuprum, de quibus est auripigmetum solutum, & oleum lapidis & salis armaniaci solutum, & aqua vitreoli, & aqua aluminis rubei & baurach,

& vrina

& vrina diſtillata, & ſal nitri, & ſal comune, & ſal gemma, & ſal alcali, & acetum, & aqua ſalſa, & aqua marina, & aqua capillorum: cùm omnibus iſtis abluitur plumbũ ſingulariter, aut commune, aut cum parte vna illa: & dicemus qualiter debet effici ſi deo placuerit. Debes ſcire quod plũbum non debet lauari in vaſe cupri, nec ferreo: ſed poteſt lauari in vaſe metalli, aut in vitro, aut in vaſe vitreato: & quia prius debes mittere ſub fimo proabluere, dicam tibi prius de humatione. Accipe de calce plumbi tres libras, de vitriolo vnã libram, de baurach libram ſemis, de ſale gemma, de ſale communi, de oleo lapidis, de vino quoque iij. vncias: piſa totum ſupra marmor, & miſce donec incorporẽtur; & mitte in vitro ſub fimo per octo dies, vnaqueque dies de viginti quatuor horis. Et ſcias qd plumbum debes operari in æſtate, & omne quod pertinet ad ſolem, & in illa hora quando calores ſunt grandes, & cuprum, & hoc quod pertinet ad lunam potes operari in omni tempore, quia non habet tempus ſtatutum operandi, ſed in omni tempore potes operari per tenuitatem ſuæ naturæ, & intellige verba mea.

Inhumatio.

Accipe de plumbo tres libras, & ſemis, auri vitri ſublimati ter ; libram ſemis, auripigmenti tantundem, de ſulphure tantundem, de lapide albo qui inuenitur in groſsis terris, & eſt in ſimilitudine illius de quo excutiunt ignem: accipe de eo iij. vncias: piſa & miſce, & ſtet ſub fimo vij. diebus.

Alia.

Accipe de calce plumbi xxx. lib. de auripigmento ſublimato ſedecim vicibus, ſedecim libras, de ſulphure tres libras, ſale gemma duas libras, vitreoli vnam libra, baurach lib. ſemis: miſce totum ſuper marmor, & mitte ſub fimo, & ſtet xj. diebus.

Alia.

De plumbo accipe nouem libras, ſalis gemæ, ſalis alcali, ſalis nitri de vnoquoque tres libras, miſce, & ſub fimo ſit per diem vnum, & ita trahe & miſce quotidie per noué dies: & hic eſt melior modus quem facere poſſumus per ad lunam, & hæc quæ ſubſequitur erit per ad ſolem. Intelligat qui habet naturã philoſophi.

Alia.

Accipe de auripigmento quinque libras, & de plumbo decem libras, de baurach vnã libram, miſce ſuper marmor, & mitte ſub fimo equino per vndecim dies, & intellige.

Alia.

Alia.

In hac finiemus oés inhumationes, & loquemur de lauatione plumbi. Accipe de calce plumbi quinque libras, de auripigmento ſublimato ter vnam libram, de ſulphure rúbeo quintam partem vnius libræ, de baurach tátundem: miſce & piſa ſuper marmor, & pone ſub fimo per nouem dies. Finiuimus inhumationes, incipiemus lauationes.

De lauatione plumbi.

In nomine Domini: Dixit Abuali Abincine. Accipe de plumbo quinque libras, de ſale armoniaco ſoluto tres libras, de ſale gemma, de auripigmento ſoluto, de vnoquoque libram vnam, de aceto duodecim libras, pone prædicta in aceto, & bulli vnaquaque die per tres vices per duodecim dies: poſtea accipe de vrina diſtillata iij. lib. de aqua ſalſa iij. lib. laua puluerem & muta medicinas nouas: & miſce totum in vaſe vitreato, & mitte ſub fimo, & ſtet per nouem dies: poſt noué dies trahe, & bulli in vrina, & in aqua alùminis, & in aceto per tres dies ter in die.

Alia ablutio philoſophi.

Ablutio philoſophi. Accipe de aceto, de oleo, de plumbo: laua.

Alia.

Accipe de plumbo nouem libras, de ſale armoniaco, de nitro, de vnoquoq; iij. libras, de vrina puerorũ duas libras & ſemis, de ace

to quinq; libras, de aqua aluminis x. lib, bulli per noue dies in die per sex vices. postea accipe de auripigmẽto soluto & de aqua vitrioli, de vnoquoq; vnam libram, de oleo lapidis iij. lib. misce & mitte sub fimo per xj. dies: postea trahe & ablue cum aqua salsa, & accipe de aceto iij. lib. de baurach vnã libram, de vrina puerorum. vj. lib. bulli per nouem dies in die nouies in vase de metallo: postea ablue cum aqua dulci.

Alia.

Accipe de plumbo vnam libram, de baurac libram semis: laua sicut necesse est, & intellige.

Alia ablutio philosophica.

Accipe iij. aquas, iij. terras, iij. aera, & iij. ignes: de vnoquoque pondus & mediũ: pondus medium de medio, & medium de medio medij, & de plumbo pondus, & duas tertias de pondere, & duas tertias de duabus tertijs duarum tertiarum, & bullias per vnum diem & medium, & per medium medij & medium de medio medij diei. Hæc sunt xlv. horæ & mitte sub fimo per vnum diem & duas partes diei, & duas partes de duabus, & duas partes de duabus partibus, & duas partes de duabus partib. duarũ partiũ: hoc est dicere, qd iungas xxiiij. & xvj. faciunt se xl. xl & x. & duas tertias: sũt. l & duas tertias. l & duas tertias

tertias,& vij.& mediũ : & tertia tertiæ partis faciunt ſe. l ix. tres & ſextas minus quarta media. Ergo durat inter lauare & bullire & ſtare ſub fimo per duos dies, & medium diẽ, & minus quintam̃ partẽ de medio die. Tres ignes,& tres terras,& tres aquas, & tria aera omnis philoſophus hoc intelligit qui aliud ſcit,& qui hoc non ſcit,non operetur.

Alia

Accipe ſal nitri,ſal armoniacum,baurach, ſal alcali,de vnoquoque vnã libram, de oleo lapidis mediam libram, auripigmenti ſoluti quartam partem libræ:tere & miſce cum ſex libris plumbi,& cum xij.libris de vrina diſtil lata,& bulli p vij.dies vnaquaq; die ſexies,& augumenta ibi vnaque die vnam libram fortis aceti,poſtea accipe & miſce cum tribus libris de aqua aluminis , & ablue cum aqua ſalſa poſtquam ſteterit in aqua aluminis per diem & noctem. poſtea accipe de auripigmẽto ter ſublimato , & de argẽto viuo, de vnoquoque quartam partem libræ,& miſce cum quinque libris aceti, & v.lib. de vrina puerorũ deſtillata, & ſtet in cucurbita per v. dies.

Ablutio philoſophica.

Accipe aquam & vinum põdera æqualia, plumbum in duplum:bulli per duos dies & medium.

Alia ablutio physica.

Accipe de petra quæ non est petra, & fac sicut docui : postquam rubificaueris extingue in ea plumbum per xxij. vices, & hæc est sua ablutio, & est ablutio physica.

Alia.

Accipe de plumbo decem libras, & bulli in sale per vigintitres vices, vsque sit siccum, & in vnaquaque vice mittes ibi vnam libram de aqua & mediam aceti : postea accipe de baurach vnam libram, de auripigmento soluto tantundem : misce in vrina puerorum, & laua per vigintiquinque vices, sicut docui te, & non festines in opere tuo, & non operaris de plumbo ad argentum, & ablutio est sustentatio argẽti & vita auri : & de vnaquaque istorum fit opus secundum magisteriũ suum, & modò finit capitulum istud de Dictione sexta.

De *induratione plumbi, & de maneriebus indurandi.*

Cap. XI.

IN nomine Domini, dixit Abuali Abincine: In hoc capitulo dicam de Indurationeplumbi : Plumbum debet indurari multò amplius quàm cuprum, quia est humidius cupro, quia cuprum est multum coctum in ventre terræ, & plumbum crudum : ideo est nobis necesse quòd siccet se de sua humidita

te:

te: & omnia quę deſiccátur in vno de tribus modis, aut per fortitudinem ſolis, ſicut illa quæ fluunt, niſi ſit de natura ignis cum ſua ſubtilitate, ſicut oleum, & cætera ſimilia: ſed ſi eſt de natura terræ cum ſuis ſimilibus, ſicut ſuccus herbarum, poteſt deſiccari ad Solem & ad aerem. Secundus modus deſiccandi eſt cum igne, ſi ſit illa res quæ deſiccatur de natura ignis, aut de natura terræ, aut de natura aeris, aut de natura aquæ, ſcil. amplius facit ignis: quia ſi nō inuenit humiditatem quam deſiccet, comburit. Tertius modus deſiccandi eſt in alio modo, & non in iſto modo, ſicut diximus de alijs: ſed facit ſe per abſconditam naturam, quam nos non cognoſcimus: ſicut facit illud glutinum agni, quod congelat lac, & fumus plūbi ad aurum viuum: & iſta deſiccatio quam facere volumus, non eſt talis, ſicut ſunt iſtæ tres, ſed eſt ſimilis tertiæ: quia nos ſiccamus humiditatem plumbi cū fortitudine aliarum medicinarum. Et modô dicemus quomodo deſiccat, & totum hoc non dixi, niſi vt haberes intellectum in ſcientia philoſophorum: quia non debes facere aliquam rem, niſi cum ſcientia philoſophorum. modô incipiemus dicere quomodo induratur.

Induratio.

Accipe de plumbo tres libras, ſalis nitri

vnam libram, ſalis armoniaci ſublimáti libram ſemis: piſta totum, & miſce ſuper marmor, & mitte in vaſe vitreo, & ſtet ad ſolem per xj. dies, nocte & die.

Alia induratio plumbi.

Accipe de plumbo x. libras, de baurac vnam libram, de auripigmento bis ſublimato vnam libram, de ſulphure quater ſublimato duas libras, ſale alcali ſublimato ʒ. libras, miſce totum, & tere cum aceto, & mitte in vaſe vitreo, & ſtet ad ſolem triginta diebus, & vnaquaque die miſceas cum ſpatula lignea.

Quòd indurationes non ſunt faciendæ cum rebus ſolutis.

Et ſcias quòd nullam rem ſolutam debes mittere ad indurandum, nec ſal nec aliud: & quodcunque ſal ibi ponas, debet ſublimari ter vel quater, & antequam miſceas cum calce plumbi, debet puluerizari ad modum farinæ.

Alia.

Accipe de plumbo ſoluto, abluto, & calce facto & abluto ſeptem libras, & miſce cum tanto de aceto, & piſa ſuper marmor per ʒ. dies tribus vicibus, & vnaquaque hora teres, proijce ibi de ſale armoniaco puluerizato vnam libram, de baurac armeni libram ſemis: de auripigmento ſublimato ter libram ſemis: piſa bene, & mitte in vaſe vitreo, & ſtet ad ſolem quadraginta diebus.

De

De plumbo quòd non mittatur in fimo ad indurandum.

Et debes ſcire, quòd plumbum non oportet mittere ſub fimo ad indurandum, nec ſuper ignem ad feruendum, quàndo eſt per indurare: & intellige quæ tibi dico, & habebis magiſterium bonum & ſubtile, & debes tenere coopertum dum ſteterit adſolem: quia neceſſe eſt, vt multum cuſtodias illud.

Induratio philoſophica.

Hæc induratio eſt de philoſopho, & melior alijs: Accipe de girgongis pondus vnum, de auripigmento medium pondus, de oleo terrę rubeæ aut nigræ duas partes ponderis, ſalis nitri, & ſalis armoniaci de vnoquoque quartam partem ponderis, Aqua de aquila v. partes, de Saturno præparato 3. pondera, miſce ſuper marmor, & tere, & mitte in vaſe vitreo, & ſtet ad ſolem per ſexaginta tres dies, & de nocte mitte intus in domum.

Alia.

Accipe de plumbo xx libras, de ſale nitri, de ſale armoniaco, de ſale alcali, de ſale gemma, de alumine albo, de vnoquoque duas libras, miſce ſuper marmor, & mitte de vrina puerorum diſtillata quatuor libras, & mitte in vaſe vitreo, ſtetque ad ſolem per quinquaginta dies.

Docet filium quòd custodiat vitam corporum, et non dimittat magisterium auri.

Et non festines opus tuum, & non dimittas magisterium auri, & dicam tibi quomodo: quia si has species dimitteres cum plumbo vsq; ad 6. menses nil valeret in opere: & ita de cupro, & ita de incerare, & ita de sublimare, & de soluere: quia non est vita in durandi, nisi 6. menses, & vitą maioris ablutionis quatuor menses, & de lauatione minori iij. dies, & de sublimare per annum & dimidium, & de soluere 8. menses: & debes custodire has vitas, quia si dimitteres cuprum in minori ablutione, post tres dies deterioraretur, & nil valeret: & ita de ablutione, & de alijs, quæ habent vitas. Intellige hanc regulam, & vide, & custodi.

Quòd calor destruet opus.

Sed vide, quia quando mittis cuprum vel plumbum ad indurandum, quòd sit sine calore: quia si calor ibi esset, minus valeret opus tuum.

Vltima induratio.

In hac inductione finiemus capitula omnia de inductionibus. Accipe de plumbó tres libras, salis armoniaci libram semis, salis

ſalis gemmæ libram ſemis, aluminis albi libram ſemis: piſa ſuper marmor, & collige, & mitte in vaſe vitreo, & ſtet ibi per xj. dies, et miſce ibi vnaquaque die vnam libram de aceto, & mediam libram de vrina diſtillata, et muta ſpecies poſt vndecim dies, et permanebis cum ſpeciebus nouis per alios xj. dies. Et ita facies donec tranſacti ſint quadraginta et quatuor dies: & poſt dies xl. piſa eum cum aceto, et dimitte ad ſolem per duos dies, et operare poſtea. Finit capitulum xj. de dictione vj.

De *inceramento plumbi.*
Cap. XII.

In nomine Domini: dixit Abuali Abinc. In hoc capitulo loquar de inceramento plũbi: Inceramentũ plumbi, quod non debet eſſe plumbum nimis inceratũ: quia ſi multùm ſe inceraret, reuerteretur ad primá humiditatem: & debemus mittere cum iſtis quæ ſe incerant res quæ deſiccent, ſicut ſal armoniacus ſublimatus, & ſal alcali ſublimatus, & vrina puerorum diſtillata, & auripigmentum ſublimatum, & eius ſimilia. & hoc eſt principium de inceramento.

Inceratio plumbi.

Accipe de plumbo ſex libras, de vrina libram vnam, ſalis armoniaci ſoluti libram ſe-

mis, ſalis gemmæ ſalis alcali, de vnoquoque libram 1. de oleo lapidis libram 1. baurac armeni quartam partem libræ, collige, & mitte in vno vaſe de metallo, & bulli ſemel, & mitte ſubtus fimum, & ſtet ibi per xv. dies: & trahe eum ſemel in die: & ſtet ad ſolem per horam vnam, & vnaquaq; hora miſce, & muta ibi medicinas, & reuertere ad fimum, & ſtet ibi per xij. dies, & in illis diebus non trahas ipſum ad ſolem.

Inceratio Philoſophi.

Accipe de plumbo vnam lib. de aqua lapidis libram, de igne ſuo libram vnam: bulli per l. tres vices in xj. diebus: & intellige hoc opus, quia opus eſt philoſophi.

Alia.

Accipe de plumbo viginti libras, aqua aluminis albi, & aluminis rubei, de vnoquoque vnam libram, de oleo tres libras, miſce totum, & pone ſubtus fimum, & ſtet per xv. dies, & in capite quindecim dierum bulli illud in aceto, & trahe ad ſolem, & ſtet ibi per diem vnum, & non intelligas quòd inceramentum plumbi ſit ad modum cerę, ſed per imprimere ſuam naturam, & vt mutemus in eo humiditatem de ſiccitate quam habuit in induratione, vt mutemus leuiter de natura in naturam, & de opere in opus de gradu in gradum.

Incera-

Inceratio Philosophi.

Accipe de tribus ceris, de vnaquaque vnam libram, de spuma istarum accipias quartam partem libræ, & bulli per xxiiij. vices in vrina distillata, & habebis totũ melius opus.

Alia.

Accipe de plumbo tres libras, de vrina distillata vnam libram, salis nitri, & salis armoniaci de vno quoq; libram semis: mitte sub fimo, & stet ibi per xv. dies, & postea trahe, & bulli in aqua lapidis.

De rebus quæ facilius incerantur.

Et quando bullis, vide quòd quando remoues ab igne, non ponas eum in loco frigido, sed super ignem dimitte eum frigerare, donec sit bene frigidum. Et hoc est magisteriũ philosophorum, & modò dicam quid vult dicere inceramentum. Tu non potes incerare ferrũ, nec metallum, nec petram per rationem quam philosophi sciunt: sed illæ res quas tu potes incerare, sunt illæ quæ habent in se humiditatem per fortitudinem, & in his quæ dixi potest esse quòd habeat de humiditate, sed non tantùm quæ appareat: quia si tãtam ibi haberet, omnes res possent incerari. Ergo illæ res, quæ se incerant, sunt plus humidæ quã aliæ quæ non se incerant: ergo inceramentum non est aliud, nisi crescere humiditatem in illis rebus, quæ se incerant: ergo per rationem plus debet incerari

plumbum & ſtánum, quàm aliqua aliarum. Modò perficiemus capitulum inceramenti: non ideo, quia multa oporteret nos loqui de inceramento per rationem quã diximus.

Vltima inceratio.

Accipe de plumbo treș libras, ſalis nitri, ſalis gemmę, ſalis alcali, ſalis communis, vrinæ puerorum, de girgongis, de bauracarmeni, de aqua aquilę, de vnoquoq; libram j. piſta ſuper marmor, & mitte in vaſe de metallo, & ſtet in fimo per xxx. dies, & vnaquaq; die trahes ad ſolem, finit capitulum xij. de dictione vj.

Quòd ſublimatio fit per aliquem de quinq; modis. Cap. XIII.

In nomine Domini: dixit Abuali Abincine: In capitulo iſto loquar de ſublimare, & dicam verbum amplũ, & aperiam in eo ſuas obſcuritates. primùm dicam tibi quomodo fit ſublimatio. Sublimatio fit per aliquem de quinq; modis, aut ſe ſublimat per aliud quomodo facit mercurius, aut per ſe ſicut ignis, aut per præparationem ſicut corpus quando coniungitur cum ſpiritibus, aut per fortitudinem hominis, ſicut facit petra de terra, quando aliquis iacit. Aut per fortitudinem alius, ſicut facit lapis magnetis aſcendere ferrũ, & iſte aſcendit cum præparatione quãdo nos pręparamus corpus cum ſpiri

tibus

tibus,& aſcendit cum xvj.rebus,ſc.cum auripigmento, cum auro viuo,cum ſulphure, ſale armoniaco,ſale alcali,ſale nitri,ſal gemma,baurac,ſale communi, aceto, vrina puerorum , vitreolo,alumine albo & rubeo, & igne:cum iſtis aſcendit plumbum , & diximus modum de alutellis multotiens:& hęc quæ narrauimus cum paucioribus quatuor poſsẽt fieri.Sed nos quia per Geometricam habemus neceſſe, & quatuor infra quatuor ſunt xvj.habemus neceſſe,& modò incipiemus dicere modum ſublimationis.

Prima ſublimatio.

Accipe de plumbo xij.lib.ſalis alcali,ſalis armoniaci, ſulphuris, auripigmenti de vnoquoq; tres libras,piſa ſuper marmor, & miſce cum vrina puerorum 3. libras,& mitte in alutello, & ſit alutel ſicut docui : & fac furnum ſicut docui,& da ignem per xxv. horas ad minus,ad magis per xxxvj.horas,& vnaquæq; hora de viginti quatuor horis in die, & intellige.

Sublimatio Philoſophi.

Hęc eſt ſublimatio philoſophi:Accipe de plumbo xx.lib. de auripigmento ſublimato xxx. lib. de ſulfure ſublimato x.lib.mercurij ſublimati 3.lib.& tertia,ſalis armoniaci ſublimati vnam libram, & vnam vnciam & ter-

tiam partem vnciæ: piſa cum aceto, & mitte in alutello ſicut docui, & da ignem ad magis per xxiiij. hotas ad minus per xviij. horas, & quando trahis ſit bene frigidum.

Alia.

Accipe de mercurio quatuor lib. auripigmenti tres libras, plumbo xij. libras, baurac vnam libram, miſce ſicut neceſſe eſt cum aere lapidis, & da ignem ad magis xxx. horis, ad minus xxiiij.

Quòd mercurius non debet poni niſi rubeus in magiſterio auri.

Debes ſcire quòd nullus mercurius, niſi ſit rubeus, intrat in magiſterio auri: & dicam in ſuo loco, quomodo debet fieri rubeum, niſi cum fortitudine medicinarum aliarum, & aurum viuum quod facere vis rubeum, quod non ſit de plumbo cum ſignis quæ tibi dixi.

Alia.

Accipe de plumbo xiij. ſalis alcali, ſalis nitri, aqua aluminis de vnoquoq; 2. lib. & mediam: miſce cum plumbo, & proijce 2. libras de aceto, & vnam lib. de vrina puerorum, miſce totum, & mitte in cucurbita quæ habet caput ſine alembico, & da ignem per xij. horas, & mitte aliam cucurbitam cum alembico, & claude foramina, vt nõ poſsit inde exire: & da ignẽ per xv. horas, & trahe, & mitte

in

in magisterio, & modus in quo debet fieri cucurbita cęca est hîc: fac cucurbitā de duobus palmis, & quartum palmos medianos, & in rotunditate medium palmum: de terra quæ sustineat ignem, & non de alia terra: quia frangeretur, & in hunc modum debent esse cucarbitæ: & modò dicam tibi modos de lenis: sed spiritum dicam tibi modum de caputijs cucurbitarum. Caputia debent esse ad modum de caputijs capitis, sed ad os stricta cum gargantis, & in circuitu habeant orellas in latitudine duorū digitorum: & adhuc dicemus magis de modis cucurbitarum in loco distillationis, sed prius dicemus omnes modos manentes, qui sunt necessarij ad præparationem plumbi.

Alia.

Accipe de plumbo iij. lib. de quatuor spiritibus, de vnoquoq; mediam libram, sublima per iustam rationem: quia nos non facimus diuersa pondera, nisi ad acuendum ingenium.

Alia Philosophi, & quòd aurum viuum album ad lunam, & aurum viuum rubeum ad solem.

Accipe de plumbo 4. lib. salis armoniacę 2. de auripigmento vnam libram: mitte in alutello, & da ignem per iiij. dies, vnaquaq; dies de sex horis, vnaquaque hora de sex M. CCC. & XL. in anno intellige ma-

gisterium philosophi, & non mittas aurum viuum rubeum ad lunam, nec aurum viu. quod non est rubeum ad solem, & quando facis sublimationem de aliquo corpore, debes sublimare bis vel ter, vt non remaneat quod non sublimetur: quia corpus grauiter ascendit, & si non esset propter incorporamentum quod tu incorporas eum cum spiritibus non ascenderet, & ideo sublimamus nos naturam suam cum istis magisterijs, quę nos facimus, & nisi ita faceremus, non ascenderet: ideo necesse est, quòd si aliquod remaneat de eo, tu pises eum super marmor frequenter: ita de plumbo & de cupro, & de alijs corporibus vnumquodq; in suo magisterio: quia solutio post sublimationem remouebit omnes res, & sales de corporibus, & intellige.

Alia.

Accipe de plumbo ʒ.lib.& semis, de baurach armeni j.lib.salis geminę, salis armoniaci, sulphuris & auripigmenti de vnoquoq; j.lib.& pista super marmor, & misce de aqua lapidis, & mitte in alutel, & da ignem per horas xxvij.nec magis nec minus.

Alia de tribus sensibus, i. de tribus lapidibus.

In hoc loquemur de rebus naturalibus, qualiter discat homo: res naturales sunt 4. Sensus magnus, Sensus medianus, Sensus paruus, & sensus qui non est de istis. Sensus

magnus

magnus, ſicut petra ſpiritualis. Senſus medianus ſicut petra herbalis. Senſus paruus ſicut petra naturalis. Senſus qui non eſt de iſtis ſicut commixtio ſpirituum. Senſus magnus eſt res ſpiritualis: & qui illum ſcit ſcit omnes res naturales quæ in mundo ſunt, & ſic de anima ſi moritur, aut non, & ſi peioratur cũ ſuo peioramento. Dixit Abuzalemi: Ergo homo quãdo minuit, ſe debet peiorare quando trahit ſanguinem. Dixit Abuali: Ego non dixi in hoc capit. ſi debet peiorare vel nõ, aut ſi moritur aut nõ: Sed dico tibi in veritate, quia ſi homo, quãdo ſe minuit, & dimittat ſanguiuẽ exire vſque quo moriatur, tunc perdit ſe anima, & homo ſimiliter: & anima eſt ſanguis, & ſanguis eſt anima: & tota anima ſanguis, & totus ſanguis anima, & qui aliter credit, nõ tenet naturã philoſophi: ideò dicunt Philoſ. Accipe de petra quæ non eſt petra, & non eſt de naturis petrę, diuide per 4. partes, per aerẽ & ignem, & terram, & aquam, & nos nõ poſſumus inuenire quod aliter fieri poſsit, niſi in hunc modum: & de ſanguine viuit homo, & moritur & ſtat. Ita de lapide: ideo dicunt, quòd iſte lapis eſt lapis animalis: & ideo, quia non eſt anima altior homine: ideo accipiũt lapidẽ hominis, non quia in corporib. non eſt corpus altius auro: ideo facimus de ſanguine aurũ: & non putes, quòd lapides, quãuis cariores vendã-

tur auro, quòd magis valeant quàm aurum: ideo enim principiũ hahent, quia pauci inueniuntur, & de omnib. rebus huius ſeculi magis valet aurũ, & ita fuit & erit per omnia ſecula: & ita inuenimus quòd lapis animalis ille eſt quem diximus: & lapis herbalis eſt lapis de quo multotiens mentionẽ fecimus, & lapis ille magis valet omnibus alijs: & dicemus cur lapis paruus dicunt, quòd ſunt oua gallinarũ, & non alia oua: ideo, quia gallina eſt propinquior complexum hominis, quã aliæ aues: ergo poſtq̃ accepimus lapidẽ, qui eſt iuſta lapidem maiorẽ, accipiamus ipſum lapidẽ maiorem, et non quęramus quis eſt iuxta lapidẽ maiorem & vſq; modò locuti ſumus de lapidibus.

Pater caſtigat filium.

Et video quod nullus videat hoc capitulum in libro tuo nec in opere in lege: quia non teneret legem.

Alia.

Accipe de plumbo 1. libr. & liga in panno lineo: accipe de auro viuo ſublimato per xij vices, & de auripigmẽto toties ſublimato, & de ſulphure ſimiliter, de ſale armon. ſimiliter, de vnoquoq; lib. 1. piſa cum aceto, & fac paſtam, & mitte puluerem plumbi intus in paſta illa, & mitte in alutello, & cooperi cum luto magiſterij, & da ignem ad magis per 30. horas, ad minus per 25. horas. *Alia.*

Accipe

Accipe de plũbo 16. lib. ſale gẽma, ſale armon. mercurio, de vnoquoq; 15. piſa cũ aceto, & mitte in alutel. da ignem per 2. dies.

Alia.

Accipe de ſulfure de auripigmẽto, ſale armon. de vnnquoq; 1. lib. de plumbo 7. lib de vrina puerorum 3. lib. piſa ſuper marmor, & mitte in alutello, & da ignem per 2. dies, & dimidium, finit capitulum xiij.

De *ſolutione plumbi.* *Cap.* XIIII.

In nomine dom. dixit Abuali Abin. incipit cap. 14. & loquar in eo de ſolutione plũbi ſolutio aũt plũbi alterius corporis, nõ eſt aliud niſi diuide, &c. corpora q̃ ſe cõiunxerunt in ſublimatiõe, & p̃ſoluere induratiõẽ & reducere in humiditatẽ: & niſi propter dilatiõẽ multa dicerẽ adhuc. & quando dico tibi qđ accipias de plumbo ad ſoluendũ: debes accipere, ſicut eſt incorporatum per ſublimatiõẽ, & alia magiſteria cum alijs rebus, & ita cum cupro.

Prima ſolutio.

Accipe de plumbo x. lib. de ſale armon. ſoluto, & ſale gẽma, & ſale alcali, & vrina puerorũ, & aqua aluminis, de vnoquoq; 2 lib. piſa & miſce cum aqua lapidis 1. lib. & mitte in vaſe de metallo, & ſepeli in fimo, & ſtet ibi per xv. dies, & dixi tibi in capitulo ſolutionis cupri: quia non putes quòd dicant ſolutionem, eò quòd redigatur in aquã, & intel-

lige has res ſubtiles: quia propter res ſubtiles fuit inuentum opus iſtud, & non propter aliud: quia trahit de fortitudine ad factum: & quando dicimus tibi, accipe de gergoncis, intellige de igne, magiſterij: reuelaui ego opus iſtud omnibus alijs qui præceſſerunt, & intellige.

Alia ſolutio Philoſophi.

Accipe de aqua quę non eſt aqua, de aere qui non eſt aer, de vnoquoq; ęqualia ponderа, de ſale deſcendẽte, & non deſcendente cũ calore 2. pondera, de re frigida, quæ fuit calida, & eſt currens 3. pondera, de plumbo 4. & dimidium: miſce ſuper marmor, & mitte in cucurbita, & fac bis bullire, & mitte ſub fimo, & ſtet ibi per 8. dies, & in capite 8. dierũ, trahe & mitte, & ſtet ad ſolem per 8. dies: poſtea ſtet ſub fimo per alios 8. dies, & trahe & mitte in magiſterio, & intellige magiſteria philoſophorum: quia magna ſcientia eſt in eis, & in hoc quod diximus de magiſterijs potes intelligere per alia magiſteria.

Alia.

Accipe de plumbo v. lib. baurac, aqua ſalis armeni, aqua aluminis rubei, & aqua aluminis albi de vnaquaq; 3. libras & ſemis, ſalis armoniaci ſoluti 3. libras, piſa & miſce, & mitte in vaſe vitreo, & ſtet ſub fimo per quindecim dies, & poſtea trahe ad ſolẽ, & accipe

vrinam

vrinam puerorum diſtillatam, acetum diſtillatum, ſal armoniac. ſolutum de vnoquoque quartam partem libræ ſit de xxv. vncijs, retio mite ſub fimo, & ſtet ibi per xxj. diem, poſtea mitte in magiſterio. modo finit capitulū xiiij de Dictione vj. & laudetur Deus.

De ſtanno, & eius natura, & præparatione. Cap. XV.

IN nomine domini. Incipit capitulum decimumquintum, & loquor in eo de ſtáno, ſicut vſque modo locutus ſum de cæteris rebus: Et ſtannum eſt iuxta naturam argenti, & eſt tale vt illud, niſi quòd mercurius ſuus non eſt tam benè coctus, quia terra non potuit eum tãtum coquere propter ſulphur quod erat groſſum, & non eſt tam coctum in ventre terræ, & quia fortitudo aeris non ſe impreſsit in eo, ideo eſt ſtridẽs, vt nimis currens, et non eſt pulcher in fractura, et dicitur apud philoſophos aer, et hoc non euenit niſi propter hoc quod dixi: & ſi quis velit præparare hoc modo, ſepeliat ſubtus terram in longitudine quinque palmorum, in latitudine vnius palmi, & in fundo duorũ, & ſolues ſtannum, & implebis foueam illam, & fouea illa capiet de ſtanno cc. xlvij. libras, & fac aliam quindecim palmorum in latitudine vnius palmi, & medij, in fundo palmorũ quatuor, & ſecundum prædictum computum ca

piet de ſtanno duo mille & cc.& xx.& quatuor libras. Si vis rationem ſuper eum de Geometria, multiplica longitudinem in latitudine,& quod multiplicabitur multiplica in fundo,& hoc quod fit de alio, dabis totidē cc & xlvij : dices quinque in vno, quinque quinque in duobus: decem decem, in cc & quadragintaſeptem,ſunt duo mille & ccc.& lxx.ergo vnicuique x capit cc.& quadragintaſeptem libras,quantum capit in alio, fac & videbis.Dices quindecim quod eſt in longitudine, in vno & dimidio, quod eſt latitudo xxij.& dimidium xxij.& medium in quatuor quod eſt in fundo lxxxx.multiplica lxxxx.in cc.xlvij.erunt xj.mille,& d cc xlj. Secundum rectum numerum, aut ſi vis dic quantum eſt x de lxxxx.dices nouena: ergo fouea iſta debet capere duo mille & cccc.& lxx.libras,ſecundum primum computum: ſed ſi vis facere ſecundum rectam multiplicationem,multiplica lxxxx. in cc xlvij. erunt xxj. m. et dc & xliij.& dices nouena iſtius computi, quanta eſt duo m cccc & lxx. tot libras capit fouea iſta. poſtquam ſcis de ſtanno quantum capit fouea. Dimitto hîc multa ſuperflua: dimiſimus pertinentia ad geometriam de menſuris.

283

De *prima lauatione ſtanni.*

Modò dicam tibi de prima lauatione ſtanni. Accipe ſtannum & funde ſepties: & poſtea res cum quibus lauatur ſunt hæc: ſal alcali, vrina puerorum, ſal gemma, acetum, ſal commune, aqua aluminis, ſal armoniacum, aqua vitrioli, baurach, aqua ſalſa, aqua marina, aqua de aquila, aqua lucens, cum his abluitur ſtannum: ſed maneries quomodo lauatur, eſt in hunc modum. Accipe de ſtanno x. lib. funde ſepties, & reuertetur ad viij. lib. & fac de eo laminas in quantitate palmæ manus, in groſsitudine vij morabunt morabunt: & quando vis eum abluere iacta eum in aceto per noctem: & in alia die accipe de vrina puerorum diſtillata quinque libras, & de aqua ſalſa tantundem, & de ſale armoniaco ſoluto vnam libram, de alio aceto abſque eo in quo iacuit tres lib. bulli totum hoc cũ ſtanno per tres dies ter in die, & in vnaquaq; vice terge eum cum panno lineo, & non abſtrahas eum de bulitione, donec ſit bene frigidum, & poſtea trahe: & quando trahis ſepeli in fimo per diem vnum.

Alia lauatio.

Accipe de ſtáno xij. lib. bulli in aceto & in vrina puerorũ equaliter de vnoquoq; viij. libras: fac in modũ oui, & bulliat quatuor dies quater in die: & trahe & terge, & iterũ bulli in ſale armoniaco, de vtroq; duas libras.

Alia philoſophica.

Lauatio philoſophi. Aqua lapidis & aqua maris, de vnoquoque duas libras, calefac ſtā num & mortifica in eis, & erit ablutum.

Alia.

Accipe de ſtanno vigintiquinque libras, de ſale gemma, de ſale armoniaco, de vnoquoque quinque libras, de aqua ſalſa viij. lib. Fac ſtannum in modum nucis, & laua in iſtis, & bulli per quinque dies quinquies in die, & ſerua: & poſtquā diximus de ablutione, modò dicam calcem & ſuas maneries.

De *calcibus ſtanni & ſuis manerie-bus & modis.*

Calx ſtanni eſt leuis, & fit multis modis, & ſtannum eſt in quinque modis. Stannum nimis croceū, & quando percutitur cum malleo, facit magnū rugitum, & vocatur ſtannū carrareum. Secundus modus eſt multùm album, et nil apparet in eo crocei, et eſt melius omnibus alijs, et vocatur ſtannum bahadi. Tertius modus eſt ſtannum quod trahit ad nigredinem, et non eſt neceſſarium huic operi: et quia eſt nigrum, miſcuit ſe cum plumbo alcofolis, & vocatur ſtānū alcofolis: & quando percutitur, citò per partes frangitur, & quando finditur, trahitur ad nigredinē. Quartus modus eſt ſtannum, quod trahit ad albedinem: quia eſt ibi multum de ſulphure rubeo,

beo, & proxima eſt natura eius naturæ auri, & quando percutitur, ſonat ad modum auri, & quando finditur trahit ad rubedinem, & vocatur ſtānū rubeū. Quintus modus eſt ſtānum, qđ vocatur gartar, ſi eſt albū eſt ad bonam lunam, ſi eſt rubeū eſt bonū ad ſolem, & differentia inter iſtum & prædictum eſt, quia iſtud finditur tardè & prædictum citò finditur, & iam dicam tibi calces mixtas ad aurum, & argentum: et operare de quocunque vis, et niſi eſſet propter moram, dicerem cur ſint huiuſmodi colores, et radix omniū iſtorum eſt vt intelligas naturas, & reducas ad ſuas proprietates, & non errabis: & modò incipiam tibi dicere de calcibus.

Calx prima ad lunam.

Accipe de ſtanno albo, et fac laminas in ſpiſsitudine duodecim morabunt, & laua, ſicut ſuprà diximus, & ſit pondus ſtanni triū lib. & ſal armoniacum ſublimatum & ſal gēmæ, & ſal alcali de vnoquoque libram & ſemis: mitte ſtannum in olla terrea rubea, & inter laminam & laminam mittes puluеres ſalium, donec nil remaneat de puluеribus: da ignem ad plus per tres dies, & dimidium, ad minus per duos dies.

Alia ad Solem.

Accipe de ſtanno 24. libras, & fac in mo-

dum de medijs cannis in longitudine octo palmorum, & de palmo in palmo incides in latitudinẽ trium digitorum, & in rotunditatẽ duorum digitorum, & fac ollam ad modũ incurbitę, & mitte prædictas medias cannas in ea in longitudine, & accipe de sulphure de auripigmento de vnoquoque quatuor lib. de baurach vnam libram: pulueriza sulphur & auripigmentum, & mitte in cucurbita donec impleatur, & cooperi cum coopertorio, & terræ magisterij, & mitte in furno magisterij, & da ignem ad magis per quatuor dies, ad minus per tres dies. Signum combustionis est, quando olla est bene rubea, & de colore carmij, nec magis nec minus, & intellige verba ista philosophorum.

De *verbis philosophorum in lapide & nominibus figuratis.*

Modò tibi dicam verba philosophorum quomodo sunt. Dicunt philosophi quòd auripigmentum est de lapidibus, & dicunt causam: quia sicut est de colore auri, ita est ad aurum, & hoc verbum deletur, per Dialecticá. Hîc dimisimus disputationes, & superflua multa, & auripigmentum non mittunt in calcem: quia est lapis, & quia comburit, & manet auripigmenti: iam dixi & verum est, qd̃ mittimus quantum ad nomen in alexir: nam in alexiris nomine auripigmenti significo ignem lapidis: quia dicimus auripigmentum

ignem

ignem lapidis finire ſicut nominamus, per aquam terram nomen accommodatum: & intellige hæc verba, vt ſcias ea in alexires, & quando dico tibi in alexir quòd mittas aurũ viuum. Et poſtea dico quòd mittas aquam, non intelligas per aurum viuum aliam rem, ſed ipſum mitte. & quod locuti fuimus de lapide in hoc loco, ſufficit ſecundum doctrinã noſtri libri.

Alia calx,

Accipe de ſtanno abluto viginti libras: fac in modum morabunt ſpiſſas multum, & fac ollam quadratam ſicut docui te, & pone in ea modos illos, & accipe de ſale nitro & ſale armoniaco ſublimato, & ſale alcali, de vnoquoq; quatuor libras: piſa & pone inter modulos illos, donec ſit olla plena, & cooperi cum terra magiſterij, & da ignem ad plus per vigintinouem horas, ad minus per viginti-quatuor in die, & trahe dum calidum eſt, nõ refrigeſcat: ſed calidum ſepeli in fimo.

De calcibus ſtanni, & de lapide qui ſugat plumbum.

Calx prima & naturalis: Accipe de ſtanno duodecim libras, & auripigmento totiens ſublimato de vnoquoque iij. lib. baurach carmini medium pondus: fac danno admodum cubiti, & frãge p partes, & fac ollá primá de

terra rubea cocta ad ſolem, tertiata, & mitte in ea ſtannum prædicto modo præparatum cum prædictis ſalibus, & cooperi cum coopertorio & terra magiſterij, & mitte in furno, & da ignem per duos dies ad plus, ad minus per diem & dimidium. Et dicunt quidá, quòd calx ſtanni non debet fieri hoc modo, ſed accipias ollam, & mittas in ea duas partes ſtanni, & vnam plumbi: & quando fundi tur, miſcent cum pala ferri, donec ſit bene fuſum, & faciunt hoc per tres aut quinq; horas, donec cognoſcant quòd non poſsit congelari: & quando factum eſt puluis, habent de lapide qui fugit plumbum, & vadunt iactando ſuper puluerem, & quod ſe tenet in lapide ſeruant: quia plumbum eſt, & quod remanet eſt ſtannum. Laua etiam ſicut oportet, & ego nunquam feci hunc modum combuſtionis, nec ſcio an verum ſit: ſed credo, & ſenſus oſtendit, quod eſt verum per multas rationes.

Alia calx per ad Lunam.

Accipe de ſtanno 5. lib. fac laminas, & accipe de ſale armoniac. de ſale nitri, de vnoquoque duas libras, de calce alcali vnam libram: mitte in olla cum laminis, ſicut docui, & da ignem per 5. dies. hæc eſt calx philoſophi. Et ſi non eſſet propter moram magis dicerem tibi: & intellige quod dicimus, & habebis opus.

Alia

Alia calx.

Accipe de ſtanno duodecim libras, & fac in modum cannę, ſicut docui in plumbo: & accipe de auripigmento & de ſulphure, de vnoquoque libram & ſemis, & da ignem per octō dies, poſtquam miſeris in olla cum ſtanno & puluere.

Quomodo philoſophi inuenerunt magiſteria.

Modò dicam materias philoſophorū, quomodo inuenerunt hæc magiſteria. Dicunt philoſophi contrarium inuenit ſuum contrarium: & dicunt mitte corpus ſuper corpus, & exibit ter trium: corporis tardamentum, & & præparamentum debēt eſſe in magiſterio, & vnumquodq; iſtorum intelligitur in multis rationibus.

De lapide, & quod ſcientiæ ſunt x.iiij. matres, & v. filiæ.

Dixit Abuali Abincine. Vide rem qūæ eſt res, & videbis vnam rem. Non ſitias, & cum operatus fueris non dimittas opus in finem: quia qui multum laborat, inuenit, & propter hoc dimittunt multi hoc magiſterium, quod diu laborant, & ſua expendunt, & cum debent venire ad perfectum dimittunt. Et ego non abſcondi tibi lapides, ſed manifeſtaui tibi in re vera: nō ſis in loco populato cum hominibus, & habita in heremo in quo nullus te videat operari, & operare opus totū cum

ſenſu,& non dimittas: quia qui multum quę rit,inuenit. Scientiæ ſunt x:matres ſcientiæ ſunt quatuor.& non dicunt philoſophum niſi qui ſcit magiſterium:& nō poteſt ſcire magiſterium donec ſciat quatuor matres & ſex filias:&quando hoc ſcit,ſcit magiſterium.Et quis eſt philoſophus ille qui diligit ſapientiam?& quæ eſt ſapientia?hoc magiſterium. Quæ ſunt matres ſapientię?Dialectica, Geometria naturæ,& ſcientia,Algoriſmus,arithmetica,theorica de Phyſica,muſica,aſtronomia,ſcientia quæ habitat totum mundū:hoc eſt magiſteriū iſtud. & vocatur Philoſophia. Ad quid eſt neceſſaria Dialectica in hoc magiſterio? Vt ſciamus rationes,ſi eſt,aut non. Geometria quid prodeſt huic magiſterio?vt ſciamus quantitates omnium illorum, quæ ingrediuntur in magiſterio. Quantitates debent eſſe ſicut clibani,& aludelli,& cucurbitæ. Quid proſunt naturæ magiſterio?vt ſciamus naturas lapidum & omniū rerum. Quid prodeſt ſcire firmamentū magiſterio? vt ſciamus tempora calida & frigida. & poſtquam probauimus quòd quatuor matres ſcientiæ ſunt neceſſariæ noſtro magiſterio, modô dicemus,ſex filiæ quomodo ſunt neceſſariæ in magiſterio,aut quomodo non. Quid prodeſt Algoriſmus magiſterio? vt ſciamus còputū omnium rerum. Quid prodeſt Arithmetica magiſterio?vt ſciamus materiam diminuendi

di computum & aſcendendi. Quid prodeſt theorica magiſterio? vt ſciamus res in quib. gradibus ſunt frigidæ, aut humidæ, aut calidæ, aut ſiccæ. Quid prodeſt Muſica magiſterio? vt ſciamus ſonos rerum, ſi ſint coctę, aut non: Quid prodeſt aſtronomia? vt ſciamus in qua hora debemus incipere aut non, & econuerſò. Poſtquam probauimus quod prædicta omnia ſunt noſtro magiſterio neceſſaria, qui ſcit, ſcit magiſterium, & qui non, eſt ſicut beſtia.

Verba philoſophorum de lapide.

Dixit Abuali Abincine. Quæ eſt res quæ eſt in directo annorũ? hoc eſt panis coctus. Modò dicam tibi veritatem vnde potes accipere pondera magiſterij ſi ſis philoſophus. vt intelligas magiſterium computa de vno ad xxviij, multiplica xxviij. in quatuor, & erunt c xij: multiplica c xij in duobus v. de quinta erunt octo, & duæ partes & vna quintã: de quinta multiplica in quatuor, & erunt xxiiij: & media pars de quinta parte de quinta: & multiplica in iij. & vna quinta erit, c & viij, & iiij quintæ de media quinta. Scies quid habet inter illos, & dices primam appoſitionẽ ad ſolem, ſecundam ad lunam, & tertiam ad præparandos ſpiritus, & quartam ad prępparandum corpora, quomodo præparantur, aut non:

De *verbis geometricis in lapide.*

Dixit Abuali Abincine, si nō intelligas opus dicam tibi per geometriā quomodo debes intelligere: & si per illam maneriam non intelligas, dicam tibi aliam tertiam de geometria.

De *elementis lapidis pondera.*

Dixit Hahomar Abnabi Rabiha: accipe vij.v.quatuor, & vnum ad solem: de igne vij, de aere, v. de terra quatuor, vnum de terra.

Contra reprehendentes de verbis superfluis.

Dixit Abuali Abincine: si quis dicat quòd verba superflua misi in hoc libro, dico quod illis sunt superflua, qui non intelligunt: illis verò qui intelligunt, non sunt superflua. Et qui dicit mendacium in loco vbi verum debet dicere, contingit ei sicut homini mendacissimo.

De *calcibus & de præceptis Iconiæ.*

Dixit Abuali Abincine: Reduc te ad calces, & accipe de stanno duodecim libras, de auripigmento mediam libram, & impugna cum oleo, & mitte de igne quintam partem de media parte ponderis, & mitte in ollam, & da ignē per octodecim horas de horis magisterij de duabus horis & dimidia. In hora quando trahis vide quod olla sit frigida, & sunt qui non trahunt donec per diem & noctem

&tẽ refrigeretur,& apud nos non eſt ratio. & quando facis quod non debes facere,vt non fugiat à te quod facere debes:& hæc ſunt bo na præcepta.

De verbis allegoricis in magiſterio.

Dixit Abuali Abincine : Qui diſcere vult vt intelligat verba vnum pro alio, aſcultet in hoc loco. Homines qui loquuntur dicit Pythagoras. Quid vult dicere, quando tranſit filius tuus iugula eũ, & bibe de ſanguine duas vncias & mediam? hoc eſt dicere, quod ſiccet humiditatem mercurij, & pondera ſunt horæ verbi gratia : ſi ſunt duæ vnciæ & ſemis, ſunt duæ horæ & dimidia: & ſi duas vel duæ horæ, ſi duo arentij, duas horas: & ita ad vnũ quodque computum ponderis hora.

De Mercurio.

Dixit Abugael? quid eſt, accipe vnum oculum de monoculo, & pellem de homine non habente niſi vnum teſticulum? Hæc ſunt verba ad mercurium. Et quid eſt dicere, intra in mare & bibe de aqua? hoc eſt dicere , quod quando facis magiſterium, accipe de ſale armoniaco.

De Mercurio.

Dixit Abugalid : quid eſt aſcende in cœlum ? hoc eſt præpara mercurium. Quid eſt deſcende ad terram? hoc indura mercurium.

Verbum ſpirituale quod carnales non intelligunt.

Dicit Abulbagezar Alhalci: Cur dicis qd lingua hominis ſit oleum, & ita de quibuſcũque linguis quas poſuiſti? Lingua hominis eſt oleum, ideo quia eſt nuncius animæ, & anima eſt ignis, & viuit de aere, & ideo dicimus linguam aerem eſſe, & hoc eſt verbum ſpiritale, & non intelligũt carnales, & qùi eſt philoſophus intelligit.

Vltima Calx.

Dixit Abuali Abincine: Lege librũ iſtũno cte & die, ideo vt omnia bene ſcias. & ſi hoc intelligas intelliges magnũ magiſteriũ. Accipe de ſale armoniaco, de ſale nitro, de baurac carmini, de ſulphure viuo ſublimato, de vnoquoq; vnam libram: piſa & accipe de ſtanno v. libras, & fac laminas rotundas in modum morabũt, de groſsitudine xij morabetinorũ, & mitte in ollam, et mitte puluerem deſuper & deorſum, & cooperi, et da ignẽ p iij dies, ad minus per duos dies.

De lauationibus calcis ſtanni.

Modò dicemus lauationes. Magis valet ablutio in ſtanno, quã vlla res: quia eſt magis prope ad argentũ, quia cito mutãtur ſuę mutationes: et lauationes ſtãni debent hoc modo fieri. Accipe de ſtãno xij lib. & fac calcem, et mitte ſub ſimo, et ſtet ibi p duos dies. Trahe, et accipe de eo x lib. ſtet ibi, & bulliat xv. die-

dieb. ſepties in die. Accipe de ſale alcali, et ſale armonia. ſoluto, et ſale nitro, de vnoquoq; iij lib. mitte ibi calcẽ, & pone ſub fimo, et ſtet per xv dies: poſtea terge cum panno lineo, et laua cũ aqua dulci, donec albũ ſit. & hæc calx eſt ad luxiam et ad fermentũ lunæ, & ad ſpõſalitiũ lunę: & poſtq̃ fuerit album mitte in vaſe vitreo ſub fimo, donec opereris.

Alia.

Accipe de ſtanno puluerizato xxv. lib. de aqua ſalſa, de ſale armoniaco ſoluto, de vnoquoque v lib. de vrina puerorum diſtillata viij libras: de ſale nitro tres libras, aqua dulci quindecim libras, ſalis communis ſoluti & ſalis gemmæ, de vnoquoque octo libras, miſce cum puluere, & ſtet ſub fimo per mẽſem, et de quinto die bulliat agitando, poſtea trahe & laua ſicut oportet. hæc eſt bona lauatio.

Alia lauatio.

Accipe de vrina tres libras, aqua aluminis rubei ſeptem, aceti octo, baurach carmini, ſalis armonic. ſoluti, de vnoquoque tres lib. de ſtãno puluerizato xiij libras: miſce & bulli octies in die p octo dies: muta medicinas, & mitte ſub fimo per quindecim dies: laua poſtea bona lauatione cum aqua dulci & ſerua: & poſtquam diximus lauationes modò dicemus de Induratione cum virtute Dei.

Incipit induratio calcis ſtanni: ſed primò dicit de induratione Mercurij.

Dixit Abuali Abincine: Induratio ſtanni eſt leuis omni philoſophiæ, ſicut eſt induratio argenti viui. Et dicemus de induratione arg. viui qđ ſufficiat, poſtea dicemus de induratione ſtanni. Non credas alicui quòd mittas in induratione mercurij virgas Alchizaram, nec grana de mirto. Crede mihi & non errabis: quia ſcias qđ nõ debes mittere mercurium in vaſe ferreo, donec vas ſit rubeum ſicut ignis. fac ollam in hunc modum rotundam, & coopertorium planum & perforatũ tribus foraminibus, & ſit bene rubea ad ignem, poſtquam lutaueris de luto magiſterij hoc modo. Accipe de cinere vnam librã, de ſale communi vnam libram, paſta cum clara oui & cum panno lineo mittas, & cooperias ollam & coopertoriũ, & fac ollam bene rubeam, & mitte intus per foramine vnã libram mercurij, & quartam partem libræ de aqua lapidis, & mitte ollam ſuper ſtannum & plumbum alcali ſoluti pondera æqualia, & plumbi alcofoli medium pondus: & cum cognoueris quòd ſit ſiccata aqua, mitte aliam donec cognoſcas quòd ſit induratus.

Alia

Alia.

Accipe de cannis & fac de eis puluerem: accipe illum cinerem,& de puluere galis æqualiter, & de ſcorza de cortice coloreris, fac cinerem, & de vinacea terra de coſta, de vnoquoque pondere æqualia, pulueriza,& paſta cum aceto, & fac foueam in illa paſta, & mitte intra mercurium,& in illa hora mittes paſtam cum mercurio in olla, & facies ſicut dixi.

Alia Philoſophicè, & verum magiſterium de induratione mercurij.

Accipe de mercurio quantum debes, & mitte in ollam ſicut ſcis, & fac bullire ſicut intelligis, & miſce ibi rem quam audiſti ad quantitatem quam mihi dixiſti:& hic eſt melior modus de indurando mercurio, & expertus & leuis: & omnino in hoc loco dixi tibi magiſterium indurationis, & intellige.

De *induratione aliorum philoſophorum.*

Modò dicam tibi indurationem aliorum philoſophorum: Accipiunt mercurium, & mittunt ei alas, & faciunt eum volare per 3. dies, & inueniunt eum induratum, & quæ ſunt aliter, ſcilicet ſal armon. Et quod dicunt volare, eſt quod ſublimant per 3. dies ter in die, & dicunt, accipe de mercurio, &

sufla eum, donec sit durus, & imbibe donec sit durus, quanuis non sit nobis necessarius, & dicunt quòd accipiant de textis veteribus, & puluerizent, & faciant pastam, & mutent ibi mercuriũ, & indurabitur: & dicunt quòd accipiát de caschis auellanis, & de bellotis, & de castaneis, & artouis, & cũ quibusdam partibus, de cannis faciant cinerem, & pastent cum aceto, & mutent mercuriu m & faciant sicut solent.

De inceratione stanni.

Postquàm diximus de indurationem mercurij, modò dicam de indurationem stanni, & leuiter & breuiter dicam. Accipe de stanno prædicto xx. libras, & sale alcali, & sale nitri. & sale armoniaco sublimato, de vnoquoque decem libras: misce super marmor cum stanno bene, & pasta eum cum aceto distillato, & pasta illam misce sub fimo, & stet per xv. dies, de quinto in quintum diem mutata medicina.

Alia.

Accipe de stanno viginti quinque libras, baurach armini, sulphuris, auripigmenti, quater sublimati, de vnoque duodecim libras: misce cum puluere, & mitte sub fimo, & stet per mensem.

De vero lapide philosophiæ.

Accipe de re quæ non est res, & aues vocant

cant eam ré gras, gras, & colligunt in maiori hyeme, & raytas comedunt eam quando in ueniunt eam: & si videant eam rem asini, moriuntur statim, & quando vident philosophi gaudent. Et si vadas ad Indiam ad ciuitatem Goracini, inuenies eam inter tres arbores in mediana, & custodit eam vnus lacertus, & in parte siniſtra est lacertus, & in dextra est anora, in medio inuenies rẽ quam quæris, & caue quando colligis, quòd non te mordeant feræ illæ, & vocatur res illa res fortis & debilis, animalis, naturalis & herbalis: & accipe lapidem illum, & de aqua eius indurabitur stannum.

De iurmento quòd magisterium verum est lapis.

Dixit Abualj Abincine: Iuro tibi fili per totum mundum, quòd non decipiam te in lapide inueniendo, & magis reuelaui tibi magisteria philosophorum, quàm vlli alij. cum illo lapide potes indurare omnia corpora, & mercurium: et hoc est verbum quod dicit Laconia filio suo, accipe lapidem dextrum medianum: de tertio est lapis philosophorum. & si intelligis magisterium, intellexisti lapidem, & in duratione stanni. non dicam tibi amplius.

Istud capitulum non est de libro, sed est inter Patrem & filium, & seniorem.

Dicit inspector: Hîc dicam tibi rationes de Albumazer & Abuali super fermentum, & rationabo per eas in memetipso. Dicat mihi Abumazer: Alexir est puluis, qui mutat naturas de vna in aliam. Dicat Abuali: Quid est alexir? Alexir puluis qui mutat naturas non bonas ad bonas. Dieat Abumazer: Quot sunt elementa? Elementa sunt diuisa de lapide, & præparata, & mutant naturam ad naturam fermenti. Dicat Abuali: Quid sunt elementa? Sicut dixit Abumazer. Dicat Abuali: Quid est fermentum? Fermentum est quod mutat naturam de opere minori ad suam naturam. Dicat Abumazer eadẽ verba: ergo Abuali & Abumazer, non habet inter illos, nisi quòd vnus mittit fermẽtum cum elementis, & post mercuriũ, & post corpus minimũ: & Abumazer mittit elementa, & mercurium, & corpus minimũ, & postea fermentum. Dixit Abumazer: cur mittit fermentum postremum? ideo, quia re digat corpus minimum de sua natura. Dicat Abuali: Cur miscet fermentum cum spiritibus? ideo vt imprimant naturam fermenti. Dicat Abumazer: est alia ratio, cur postremum mittat fermentum: ideo vt mutentur naturæ corporum in sua natura. Dicat senior:

nior: sieſt alia ratio cur miſceat fermentum cum quatuor elementis: ideo quando facimus ſolem, quòd ſint quatuor, fermentum & elementa, et mercurium, et corpus minimum: et per ad lunam fermenta, et elementa, quòd ſint vnum, et mercurius ſecundus, & corpus minimum tertius. Hæc ratio quæ imprimat fermentum cum elementis, eſt ratio, ſed non tranſit in dialetica: quia quatuor per ad ſolem ſunt quatuor elementa, ignis, aer, aqua, et terra: et tres per ad lunam, ſunt terra, aqua & aer: quia alia quatuor intrant ſimiliter ad lunam, ſicut ad ſolem. Et hæc non eſt ratio, ſed prima eſt ratio: & vt mihi videtur rationes ſenioris ſunt fortiores et meliores, et modò dicam tibi de ponderibus in gloſſula poſt iſtam.

De inceramento ſtanni, ſed primò loquitur de induratione.

Modò loquar tibi in inceramento ſtanni, et antequam incipiam de inceramento, dicam tibi indurationem cur faciunt: non faciũt niſi quòd natura reuertatur ſicut prius fuit, de engreuir, et de indurare, & de viſicare, et de ſonare, et in vnoquoque habetur magnum magiſterium, et bene induratum cum fortitudine aliarum medicinarum, ſicut ſulphur et auripigmentum, et his ſimilibus: et magis valet in eo fortitudo lapidis

omnibus alijs medicinis: & iá diximus, quid eſt lapis: modò dicam tibi inceramentum.

De *inceratione ſtanni.*

Dixit Abuali Abinc. Inceramentum eſt naturá corporis redigere in modum lauatio nis, ſcil. quòd de induratione quam accepit in humectatione, & redigatur in mollicie, & res quæ faciunt eum molle, ſunt res calidæ et humidæ, aut frigidæ & humidæ ſunt ſales ſoluti, & aqua: et qui vult facere inceramentum, faciat in modum lauationis quod bulliat: ita in quantitate ſalium, ſicut diximus mixtũ in aqua dulci, quod accipiat de ſtanno x. lib. de ſale armon. ſoluto, ſale gemma ſoluto, de vnoquoq; 3. lib. aquæ dulcis x. lib. bulli per duos dies ſepties in die, in hoc modo, et in eadem ſimilitudine ſe incerat ſtannum.

De *ſub'imatione ſtanni.*

Modò dicam tibi quomodo ſe ſublimat. Stannum ſe ſublimat cum corporatione 4. ſpirituum, ſcil. de ſale armon. de argento viuo, de auripigmento et ſulfure. Sed modus ſublimandi eſt hic. Accipe de ſtanno incerato 4. lib. de auripigmento, de ſale armon. de ſulphure, de vnoquoq; vnam lib. piſa & miſce, & mitte in cucurbita ſublimationis, aut in alutello in quolibet, & da ignem ad plus per 28. horas, ad minus per 25. horas. & qđ non ſe ſublimabit in illa hora, iterum ſublimabis

mabis cum alijs ſpeciebus, donec nihil ibi re maneat: et poſtquam hęc feceris, reitera ſublimationem, vt ſe imprimat ſua natura: quia oportet quòd natura ſtanni habeat magis imprimamentum quám omnia alia corpora: ideo, quia eſt cruxent, et nõ eſt figens in vnum colorem, ſi ſublimaretur ter magis, valeret.

Alia ſublimatio ad ſolem.

Accipe de auripigmento vnam lib. & ſulphur, & ſal armon. vnam lib. mitte in alutello ſicut diximus, et ſublima cum vna libra ſtanni, et iſta ſublimamenta ſunt ad ſolem.

Alia ſublimatio ad lunam.

Sed ſi vis ſublimare ad lunam, non ſublimes niſi cum ſale armoniaco ſolo: quia quãuis verum ſit, quòd argentum viuum ſit vnum de ſpiritibus, non intrat in magiſterio ſublimationis ſtanni ad lunam, nec ſulphur, nec auripigmẽtum: ergo oportet eum ſublimare cum ſale armoniaco hoc modo. Accipe de ſale armon. 1. lib. de ſtanno lauato & calefacto, & lauato, & indurato, & incerato 1. lib. mitte in alutello, & ſublima per 25. horas. hîc finiunt modi ſublimandi. Dixit Abuali Abincine: Modò dicam tibi de ſolutione. Solutio debet eſſe vltima de omnibus operibus, & debet eſſe poſt ſublimationem.

De rebus ſeptem, & quid eſt ſolutio, & quid eſt ſublimatio.

Dixit Abuzalemi patri ſuo: Dic mihi quot ſunt res quæ ſe creauerunt de re. Res illæ ſunt ſeptem: et cur eas præmiſit ad rem? Ideo vt ſciret naturas cauſarum quales ſunt: ideóue limatio ad ſeptimam rem, quæ eſt ſublimatio. Et ſi aliquis quærat, quid eſt ſublimatio et ſolutio? Dices: ſublimatio eſt deturpatio, et ſolutio eſt mundatio. Deturpatio eſt, quia corpus cum ſpiritibus ſe deturpat, et ſolutio eſt, quando ſe ſoluunt ſpiritus, et recedunt ab eo.

De ſolutione.

Modò dicam tibi modum ſolutionis. Accipe de ſtanno tres lib. Et debes ſcire, quòd corpus ſublimatum debes accipere cum ſpi ſpiritibus, cum quibus ſublimatur, et de ſale armoniaco ſoluto, de aqua aluminis albi, de vnoquoque tres libras, pulueriza ſuper marmor, et miſce aquas ſolutas cum ſale armoniaco ſoluto in vaſe vitreo cum ſtanno, et mitte ſub fimo, et ſtet per menſem et dimium, et trahe, et mitte medicinas, et ſtet per dimidium menſem, et laua bene ſicut docui.

Alia.

Accipe de aqua ſalſa et vrina diſtillata, et acetum diſtillatum, de vnoquoque tres lib.

ſalis

salis armoniaci soluti vnam libram, baurac libram semis, stanni sublimati cum suis spiritibus quatuor libras, bulli per 4. dies, quater in die: & mitte sub fimo per mensem. Et si vis descendere per botum barbatum, benè potes facere cum mercurio, sicut adhuc docebo te in hac dictione. Sed quomodo debes mittere corpus istud minimum cum alexir: fit hoc modo. Accipe fermentum, & misce cum qnatuor elementis, & adiunge cum corpore paruo, & postea misce mercurium. hic est modus de adiunctione cum alexir.

Alia solutio Phisica.

Accipe de stella quæ apparet ante auroram, & præpara in eo modo, id est tamdiu sublima, donec figatur, & nō det crepitum, sicut salit stella de vno loco in alio, & non crescant ibi voces, & solue sicnt debes, et erit soluta: et postea potes soluere corpus tuum. Intellige. Modò finiunt solutiones: sed adhuc loquar de stanno in alio loco, & in hoc loco finit capit. XV. cum virtute dei.

De *Latone & de verbis dialecticis et Physicis.*

Cap. XVI.

IN nomine Domini: dixit Abuali Abincine: in hoc capitulo loquar de allatone: & primùm dicam quomodo se facit, & po-

ſtea dicam quomodo ſe præparat in noſtro magiſterio. Lato eſt de cupro præparato, & mutat ſe de materia in materiam, & tingit ſe cum Tutia, & Tutia eſt vna materia de terra naturali, afferunt etiã de Ægypto: & quia lapis ille tingit latonem de tali colore, dicũt quòd eſt vnus ex lapidibus. Sed hoc non eſt verum per multas rationes, ſicut diximus in auripigmẽto: & propter illas dicimus, quòd non eſt verum per dialecticam. Et bonum eſt apud nos, ſi dicamus dialecticam, aut philoſophiam, aut ſapientiam: quia hoc non dicimus, niſi vt intelligamus rationes.

De figuratis nominibus lapidis.

Modò dicam tibi qui ſunt lapides noſtri. & quot ſunt cum radice Philoſophiæ, & ſenſu magiſterij: & nominabo tibi in lingua de beſtijs, & de volatilib. & ſcorpionibus, ſicut debeo facere filio meo, & non celabo tibi verbum. Et induratio mercurij poteſt fieri cum iſtis lapidibus, & omne aliud magiſterium, ſicut dealbare & indurare, & ſimilia: quæ ſunt magiſteria philoſophorum. Et elementa ſe diuidunt ab iſtis lapidibus, & ſunt xiiij elephas, vrſus, porcus, ſimia, bufo, tartuca, ſcorpio, aranea, lupus, cocolata, rana, picis, grus, aquila, algerid. hæc omnia ſunt xiiij. lapides, ſed dicunt quòd cocollatá & algerid vnum & idem eſt. Dicit Abu-

Abuzalemi: Pater mi, dixisti mihi quod non intelligo: & suus sapor non est color sicut eius.

Quæritur Pater quòd non intelligit, exponit quòd dixerat per dilectionem filij.

Dixit Abuali: Si non intelligis, ego non possum aliud facere: quia sicut philosophi absconderunt eam, & ego abscondo: & ego satis facio si reuelo tibi magisterium, & nolo tibi reuelare lapidem, sed propter amorem tuum omnia exponam tibi. Accipe rem illam, in qua omnia quæ diximus viginti quatuor se iungunt. Quomodo se ibi iungunt? Accipiamus in homine: hoc est in aliquibus similis elephanti: quia est albus sicut homo, & de manerie visus: quia comedit carnes sicut homo, & de manerie porci: quia venter & interiora eius sunt sicut hominis: & sicut simię in figura, & sicut bufo, quia habet toxicum sicut bufo: quia sputum hominis est toxicum: & sicut tartuca, quia abscondit se, & exit, & ita de omnibus alijs: ergo postquam in homine omnia conueniunt lapis est de homine.

De monte Arami.

Et ideo dixit philosophus Aramus, quãdo quęsiuerunt ab eo: quid est lapis? perrexit in domũ suam, & accepit filiũ suũ in collo suo: & dixit per deũ qui creauit cœlum & terrã,

lapis est de me, & de illo: & accepit gladium & fixit in ventre suo, & mortuus est Aramus hoc modo.

Quomodo fit lato.

Modô dicam tibi opus Veneris, quomodo se facit. Accipiunt magistri de aurichalcho bene rubeo, & faciunt de eo longas partes, & mittunt sub fimo: & trahunt, & fundunt tres vices, & in hora fusionis ad vnam libram cupri iaciunt duas vncias, aut vnam vnciam & semis, aut vnam vnciam de tutia, & faciunt bonum allatonem: postea lauant, & ęs curant, & lauant, & seruant.

Item aliter.

Dixit Abuali Abincine: modò dicam tibi alias maneries allatonis: Accipe de cupro bene rubeo fuso, & funde octo & nouem vices, & postea ad vnam libram cupri mitte duas vncias & semis de tutia, & pulueriza: & postquam puluerizaueris, & habueris fusum cuprum, misce cuprum, & iacta ibi puluerem totum, & fac foueam in cinere de duabus libris, aut de libra et semis, & iacta ibi cuprum fusum, & hæc est bona maneries allatonis, & hic alius modus est melior.

Alia.

Alia.

Accipe de tutia vnam libram, de capillis hominis libram ſemis, piſa totũ, & fac cum aceto diſtillato, et fac panes de tribus vncijs, & ſicca ad ſolem, & cum fuerint ſicci, accipe de cupro tres libras, & funde, et iacta ibi duos panes, et agita tantum, donec bene miſceatur, & iacta in foueis, et eſt bonus modus.

Philoſophus de vero lapide.

Modò dicam tibi et feriam partes ſuper partes. Super maneries philoſophorum: & medius æqualis et rectus in totis partibus eſt verbum iſtud apud philoſophos bonum: et apparens, & non factitium, & ſcriptum eſt hoc verbum apud philoſophos. Iſtud eſt arentium æquale, pars de parte Dei, quatuor dies æquales inquiſitoribus, et Deus ſcit finem. non iſta res compoſita de re quæ non eſt res, ſed eſt iſta res, res quæ eſt completa de re, non re de re: et iſte modus eſt videns, et non videns de vidente, et hoc verbũ mitttimus ad verum lapidem, ſanguinẽ non non lapidem noſtrum: & noſter lapis capilli, non non noſter lapis: et noſter lapis oua, non non noſter lapis oua: et ſi noſter lapis eſt de tribus iſtis. Si tertiam de iſtis tribus linguam dielici: quia de iſtis tribus eſt

lapis noſter, exijt fortuna de lecto ſuo, & nõ res fortuna quòd de iſtis tribus lapidibus ſit in loco ſuo. Dixit Abuzalemi: Si non illa, ſi nõ illa res. iſta res eſt noſter lapis, & non illa. Dixit Abuali: Iſta res eſt noſter lapis, quod ſunt capilli, & non eſt noſter lapis ſanguis, & ſic de tertia intellige verba philoſophorũ: & habebis magiſterium: qnia tarturæ, & bufo, & oua, & ſperma, & quod eſt ſuper ſanguinem adiuuant ad magiſterium, & non ſunt lapides magiſterij: quia ſi eſſent per aliquid iſtorum, ſimpliciter ſe faceret magiſterium, & eſſet magiſterium mundum ſine turpitudine. Sed lapis qui non eſt lapis, & lapis eſt & non eſt lapis: & naſcitur in capite mõrtium, & facit ſe de multis differentiis, & de vno genere, & calor ſuus ſecundũ quod eſt mons, & ille eſt noſter lapis: & Deo gratias. Modò indurabo tibi mercurium, vt ſcias magiſterium.

Dictum eſt de lapide vero, dicit de mercurio indurando.

Accipe de ſanguine hominis, & de farina hordei, & de ſicalo, & puluerem de cannis combuſtis: indura mercurium ſicut debes. Et expoſitores dicunt, quòd facias in vaſe vitreo, & mitte ibi de aqua noſtræ ceræ herbalis. Intellige magiſteria philoſophorum, vt ſis ſapiens in omnibus modis illorum. Et poſtquam diximus de lapide vero,

de

de mercurio indurando, & adhuc in alio loco loquar de eo cum virtute Domini. Modò dicam tibi de præparamento allatonis.

De præparatione allatonis.

Dixit Abuali Abincine: Modò dicam tibi præparationem allatonis. Lauatio eius est leuis, quòd abluitur melius cum epersina. Et in multis locis dicam tibi sal armoniacum, & in multis locis ablutionis, & in loco eius est necessarium Epersina: & non est qui ita bene tingat quomodo sal armoniacum. Et ego quádoq; voco sal armoniacum dentes diaboli: ideo vt nullus me intelligat. Intellige magisteria pilosa, & non errabis.

Alia lauatio.

Accipe sal alcali, aquam salsam, acetum de vnoquoque tres libras, bulli per tres dies ter in die, & erit ablutum. Et terge in vnaquaque vice cum panno lineo. Sed sua calx, & sua lauatio magna, & sua induratio est in modum cupri, nec magis, nec minus: & quá do vis scire inuenies in tractatu de cupro, sed inceratio est in hoc modo.

De inceratione allatonis.

Accipe de allatone v. libras, de sale armo. sale nitro, sale alcali, de vnoquoque quatuor lib. baurac armini, aqua aluminis rubei, de vnoquoque duas libras: diuide species per

quatuor: poſtea commiſcentur, & adiunge vnam partem cum aurichalco : & mitte in vaſe vitreo, & mitte ſub fimo per quatuor menſes, vnusquiſque de quinque diebus, vnuſquiſque dies de duobus diebus & dimidio de xxiiij. horis diei: & ad caput de quatuor menſibus, trahes & mutabis ſpecies, & permanebit ibi per alios quatuor menſes: ita facies vſque ad ſedecim menſes tranſactos, qui veniunt per quinquaginta dies, & eſt bonum magiſterium.

Philoſophica inceratio.

Accipe de vulpe, & de lacrima clara, & partem vnam de muſco quem dicunt Aneffuga, & de arbore quæ naſcitur prope foramen de ſapo: de vnoquoque pondus de tribus arentijs. proijce in vigintiſeptem ponderibus allatonis, & erit inceratum. Et vnumquodque inceramentum habet opus magno ſenſu, quòd ſe facit in vaſe vitreo, & non in alio, & de quinto in quintum diem, quod mutetur fimus, & in vnaquaque vice quòd mutant eum ad ſolem, & ſtet ibi per tres horas, & ita fiat in alijs inceramentis corporũ.

Et quia opus allatonis non eſt multum nobis neceſſe, loquar modò de ſublimationibus.

De

DICTIO VI.

De ſublimatione allatonis philoſophicè.

Sublimatio allatonis eſt grauis & leuis: grauis eſt illi qui non ſcit naturam philoſophorum: leuis eſt illi qui ſcit, & intelligit eorum verba ſicut dicunt. Accipe de lepore quod eſt oleum lapidis: accipe de lachryma clara, quod eſt aqua lapidis: accipe de muſco quod eſt terra lapidis, accipe de arbore quæ naſcitur ad foramen ſapo, quod eſt ignis. & intellige.

Sublimatio philoſophorum.

Dixit Abuali Abincine: hæ ſunt ſublimationes philoſophorum de allatone quando dicunt, quęre quod non debes quęrere, & dimitte quod nō debes dimittere, & verba quę non merentur, & totum opus tuum ſit per multiplicationem algoriſmi. Qui intelligit verba philoſophorum, intellexit hanc ſublimationem. ſed pondera huius ſublimationis ſunt hæc. Quære quod non debes quærere vnam libram, dimitte cum non debes librā ſemis, & quinta de quinta parte libræ, & ſecūdum hoc pondus vadit omne aliud pondus.

Alia ſublimatio & de reſponſione muti.

Accipe de ſulphure viuo quatuor libras, de auripigmento citrino quinq; lib. de allatone abluto & calefacto & lauato & indurato

& incerato 18. lib. ſalis armon. tantundem: pi
ſa totum ſuper marmor, & paſta cum vrina
puerorum diſtillata, & mitte in cucurbita &
aludello, & da ignem donec ſe ſublimet: &
quando erit ſublimatum, calidum mitte in fi
mo. Reſpondeh homini muto, & dic ei, quan-
do tu vis mittere fermentum in alexir, prius
miſce cum ſpiritibus, & niſi faceres non im-
primeretur ſua natura, & ideo mãdo tibi mi-
ſcere cum elementis.

De Mercurio.

Dixit Haum primũ, quis eſt ille qui ſcit re-
ſpõdere in loco ſuo, ſicut facit mercurius ſu-
per ignem declinatus? quis ille qui ſe abſcõ-
dit ideo vt nemo videat eum, ſicut aurum cũ
auro viuo, aut ignis cum lapide?

De nominibus figuratis.

Dixit Cuzahir: Res quæ ſunt res quot
ſunt? Quatuor: & quę ſunt? Aer: Aqua: Ignis
& terra. Et res quæ non ſunt, quę ſunt? ſales:
& quot ſunt? ſeptem. & hæc ſunt ſal armo-
niacum, ſal gemma, ſal alcali, ſal nitri, baurac,
alumen, ſal commune, vitriolum. & qui non
mittunt ſalem armoniacum in computo, mit
tunt in loco ſuo alumen rubeum. Et quando
dico tibi accipe rem quæ non eſt res, dico ti-
bi de ſalibus. Et quando dico tibi accipe res
quę ſunt res, dico tibi de quatuor
elementis.

Expo-

Expoſitio figuratorum nominum.

Dicit Lubeit. Quæ ſunt res quæ non ſunt res & ſunt res? Quatuor ſpiritus, & ſunt aurū viuum, ſal armoniccum, ſulphur, auripigmē-tum. Quomodo ſunt res & non ſunt res & ſunt res? Non ſunt, quia ſunt compoſitæ: & ſunt res, quia ſunt ſpiritus, quia ſunt iuxta de elementis. & ita intelliges. de iſtis quatuor dicam tibi quod accipias de eis.

Expoſitio figuratorum nominum in argento viuo.

Dicit Faraffar filius de Ahemar Abualhabeit: Quæ eſt res alba & nigra, & habet omnes colores in ſe, & deſcendit de cœlo ad horas, & de nocte apparet & non in die? hoc eſt mercurius. Quomodo eſt mercurius? quia dicit quod eſt albus & niger: albus eſt quando eſt ablutus, aut ſublimatus, aut indurat⁹, niger in ſua ſimilitudine. Quomodo deſcendit de cœlo ad horas? quando fit magnus calor & plumbum ſe ſoluit, aſcendit fumus de plumbo, & deſcendit & cadit ſuper altos mō tes, & ideo poteſt fieri de plūbo mercurius. Quomodo eſt argentū viuū qd̄ apparet nocte, & aſcondit ſe in die? Omnes ſciunt.

De *Mercurio*.

Dicit Haurabua: rogas quis eſt lapis, quē vocant philoſophi lapidem, & eſt herbalis, & naſcitur in altis montibus? ſunt capilli hominis.

De mercurio, & quod faciat opera sua morosè.

Dicit Almugier Ablialmo hiret: Qui est fortis & debilis, & debilis fortis, totum hoc est mercurius. Est debilis quia recipit in se omnia corpora dura, est fortis quia corpora currentia non intrant in eo. Ne timeas de debilitate, nec insuperbias de fortitudine. Intellige verba mea cum operibus meis, nec timeas paupertatem, nec paruum sensum. Ne festines in opere, quia nemo festinans perficit, nec proficit. Non dimittas opera quæ debilia sint. ad operandum dispone res tuas sicut decet.

De Mercurio.

Dicit Almocarram. Quis est filius quem debemus iugulare, & bibere sanguiné eius? hoc est mercurius, & sanguis est humiditas eius.

Qui isti sint lapides.

Dicit Alhocarram Abuala gegg. Quis est lapis quem dicunt philosophi, vbi dicunt, dextrum, medium, & sinistrum? & dicunt dextrum tartucam, & medium ouum, & tertium sappo. & ipsimet sunt lapides, & enumerant tres lapides.

De igne.

Dixit Xeheir: Quid est granũ quod debet accipere ad modum grani? & vocát arentiũ, hoc est ignis.

De

De elementis lapidis.

Dicit Iahie Abengalid Abnedenon. Quæ ſunt tres terræ, tres aquę, & tres ignes, & tres aeres? hoc eſt dicere terra de vnoquoque de tribus lapidibus, de ſanguine, de capillis, & de ouis, & ſic de vnoquoq; aliorum elementorum.

De corpore minimo obſcurè, & de nominibus, quòd intelligantur vnum pro alio.

Dicit Abubir Aben hanair, Abancere, Abē ſade, Abenharaula. Quæ eſt res de re & non re, & ſuper cauſam, ſubtus cauſam, de cauſa? hoc eſt dicere corpus minimum. Et quomodo res de re quæ non eſt res? hoc eſt dicere ablutū, & calx factum, et ablutum: quia poſt quam incipit indureſcere, eſt ſicut ille qui nō eſt res. Et poſtquam diximus de ſublimatione allatonis, loquemur de ſolutione eius cū virtute domini. Sermo de ſermone de toto ſermone quid eſt? Oleum ſanguinis. cera nigra quid eſt? Oleum capillorum. cera rubea, quid eſt? Oleum ſanguinis. cera alba, quid eſt? Oleum ouorum. Dentes dyaboli quid eſt? Sperſina, & illud eſt ſalarmoniacus. auripigmentum quid eſt? ignis lapidis. ſulphur ꝗd eſt? quandoq; terra, quādoq; aer. ſal armoniacus ꝗd eſt? quādoq; aqua, quádoq; terra. mercurius quid eſt? quandoque ipſemet, et

quandoque aqua, & intellige in ſuis locis.

De ſolutione allatonis.

Dixit Abuali Abincine: Quando vis ſolue re latonem, debes facere in hunc modũ: Accipe de auricalco pondus vnũ, de ſale armoniaco ſoluto, de aceto, de vrina puerorũ, de vnoquoq; medium põdus, de aqua aluminis albi duo pondera: miſce cum allatone, & bul li per xv. dies, quinquies in die, & muta medi cinas quinquies: poſtea abſtrahe & laua cum aqua falſa per tres dies: poſtea accipe de ſale armoniaco ſoluto quatuor libras, gemma, al cali ſoluto, de vnoquoque duas libras: miſce cum allatone in vaſe vitreo: mitte ſub fimo, & ſtet p duos mẽſes: vnuſquiſq; ſit xv. dierũ: poſtea trahe & laua cum aqua dulci, & erit præparatum.

Alia ſolutio.

Accipe de allatone v. lib. armoniaci ſoluti 4. lib. alcali ſoluti 3. lib. auripigmẽti ſoluti vnã lib. piſa ſuper marmor, & mitte in vaſe vitreo, & ſtet ſub fimo per 3. mẽſes: vnuſquiſq; menſis ſit 30 dierũ. Et ſcias quòd metallũ habet magnũ ſubtiliamentũ, & in ſolutione, qa incorporat ſe cum ſpiritibus, & incorporat ſe magis quàm alia: quia magis de prima natura: quia quando fecerunt eum latonẽ multotiens fuderũt, & impreſsit ſe, & ideo eſt nẽceſſe vt multũ ſoluatur: & qa eſt de prima natura incorporantur ibi ſpiritus. Et poſtq̃ intellexi-

tellexiſti ſolutiones,& omnia corpora allato nis,explicit cap.xvj.& Deo gratias,& cum il lo finiunt omnia quæ pertingũt ad allatonẽ. Incipiã capitulũ xvij. & loquar in eo de metallo,ſicut ordinaui in principio libri, & omnis homo qui legit librũ illum, debet primũ ſcire rationes principij, & naturã eius, ideo quod ſciat ordinem & ducatus eius,ideo qđ ſciat ordinem & ducatus huius libri.

De *metallo*. Cap. XVII.

IN nomine domini dixit Abuali Abincine. In hoc capit. loquar de metallo & de eius manerieb.& quomodo operatur, & quomodo ſe facit:ideo vt hic liber ſit completus de totis faciendis,& de cognitione lapidũ & corporum,& elige melius illorum,& operare quod operari poteſt,ſi Deo placet.

De *tribus mixturis*.

Dixit Abuali Abincine: Senior dixit oẽs res quę procedunt de ſua natura ad aliã naturã faciunt illã vnã de trib.manerieb.aut facit ꝓpter incorporamentũ de alia ſpecie, q̃ ſe incorporat cũ eo, & nõ exit de ſua natura oĩo: aut facit ꝓpter aliã medicinã,quę nõ ſe incorporat cũ ea,& nõ exit de ſua natura omnino: aut facit de quolibet amborum,& redigit ſe de ſua natura ad aliã omnino. Quo modo eſt primus,quomodo metallum, qualis eſt ſecundus,quomodo de allatone,qualis eſt tertius,de alexir.

Quæstio filij.

Dixit Abuzalemi patri ſuo. Dic mihi vnde habuiſti hanc ſcientiam & viſionem oculorum tuorum, quod poſsis ita fortes rationes ſcire in tali loco, & debent mirari qui ſenſum habent, quod facias me cõcedere quod metallum eſt incorporatum, & non exit de tota ſua natura, & adhuc poteſt reuerti ad primam naturam vnde fuit: & auricalcum exiuit de ſua natura & non tantum quantũ metallum: & quod aurum & argentum fiunt de alijs corporibus quod ſit cum alexir. exeunt priora corpora de tota ſua natura, & nunquá poſſunt reuerti ad ſuam primam naturam, nec admittere vltimam.

Reſponſio Patris.

Dixit Abuali, Deus faciat bonũ: ego hoc totum quod didici frequenter legẽdo, & parum dormiendo, & parum comedẽdo, & minus bibendo, & quantum expenderunt ſocij mei in lumine ad potãdum vinum de nocte, tantum ego expendi ad vigilandum & legendum de nocte in oleo: & quantum expendebant in commeſtione, amplius expẽdebam ego in lumine ad vigilandum & diſcendum de nocte: & niſi hoc facerem, non ſcirem de magiſterio.

De maneriebus metalli.

Modô dicam tibi maneries metalli, quomodo eſt metallum quod fit de ſtanno, & plum-

plumbo,& ære per partes ęquales. Et eſt metallū qđ fit magis de cupro q̄ de ſtanno,& eſt ſtannū in quo mittunt plumbū, & ſtatim per partes frangitur, & ideo quia citò frangitur, ſignū eſt qđ in eo plumbū eſt,& nullū de metallis intrat in noſtro magiſterio, donec fundatur & diuidatur cuprū in parte, plumbum in aliam,& ſtannum in aliam : ſed maneries quomodo ſe facit metallum,non cōuenit dicere:quia omnes ſciunt,& maneries diuiſionis oportet nos dicere.

De ſtanno quomodo ſeparatur ab ære.

Dixit Abuali Abinc.hæc eſt diuiſio ſpiritalis:quia operatur per opus naturæ,& hoc eſt magiſteriū ſuum. Accipe de tegulis veterib. & fac puluerē,& de oſsibus pinguium beſtiárū, aut de bobus, et fac ſubtiliter puluerem: et modus puluerizandi eſt,qđ cremes ea, & facto puluere,accipe de ſale nitro pondus vnū, & de puluere oſsiū duo pōdera,& de puluere teſtarū duo pondera,& de terra magiſterij rubea tria pondera, de pilis hominis quartam partē ponderis:piſa totū minutatim benè, et paſta cū clara oui:facies botū magnū, & in mediū boti facies ad modum tecti,& p̄foretur pluribus foraminib. ad modum acuminis acuſ, & facies metallum puluerem, & claudes foramīa boti cū paſta de ſolo ſale nitro primo.et mittes puluerē metalli intus,& dabis ignē,& videbis qđ primū deſcēdet ſtā

num per foramina, & remanebit cuprum desuper, & pone illud cuprum in terra, et in alia parte pones stannum, & ita facies donec cognoscas quod stannum totum est in parte & cuprum in alia: & si vis perdere stannum da ignem, & cremabitur stannum, & remanebit cuprum, & ita facies si sit mixtum cum plumbo, & ita mundantur omnia illa, q̃ se malleát si sint mixta, quia hoc quod sustinet ignẽ, remanet, & quod non comburitur. & ita purgant aurum si sit mixtum post purgationem metalli: modò dicam præparationes eius.

De præparationibus metalli, & de vero lapide obscurè.

Dixit Abuali Abincine: præparatio metalli est sicut vnaquæq; aliarum præparationũ, de lauando, de calce faciendo, et de lauádo, & indurando, & sublimando & incerando, & soluendo. Et quia nos debemus dicere sicut diximus in alijs modis, & diffinire sicut alios modos diffiniuimus, oportet nos prius dicere de lauàtione quàm de calce facienda, & de lauando, sicut de alijs operibus. Si intelligeres, multa verba tibi dicerem antequam dicerem⁹ minor de trib. & minor de quinq;, vnusquisque illorum est præparatus minori qui est maior: & ita dico tibi, quia tres qui sciunt tres in tribus rebus sunt æquales de tribus rebus, ideo debes mittere de cupro q̃d abstulisti de stanno, & diximus illud metallum

tallum tres partes, & tantum eſt apud nos ſi dicamus metallum aut cuprum, aut aliud nomen: quia nõ curamus de nominibus, ſed de vtilitate nominum. & qui habet intelligẽtiam philoſophi, intelligat fortitudinem verbi, & non tantum verbum. Hęc verba retine, vt reducas ad memoriam. Ad ſolutionẽ mitte ſolutionem, & ſolutioni mitte diffinitionem. fac de cupro laminas, & da ignem ſicut oportet. Quando vis præparare præpara in hunc modum: ſi vis ſoluere cuprum ſolue in hunc modum, quod mittas in eo vnum pondus ignis, et aliud pondus aeris.

Alia ſolutio.

Accipe ſal armoniacum, & metallũ de vnoquoque partes æquales, & ſtet ad ſolem & agita. Et non fui locutus de ſolutione mercurij, & hîc loquar & dicam ſuas maneries: & ideo non fui locutus in ſuo loco, nec feci capitulum: quia in loco vbi dixi de induratiõe & ſublimatione mercurij, potui dicere de ſolutione, ſed ideo diſtuli, vt tu legas iſtud capitulum, & intelligas ſua bona verba.

De ſolutione Mercurij.

Eſt ſolutio mercurij indurati, & eſt ſolutio ſublimati: ſed quia magis eſt nobis neceſſarius ſublimatus quàm induratus, prius loquemur de ſublimato: & ille eſt in duobus modis, eſt qui vult ſoluere ad ſolem, & eſt qui vult ſoluere ad lunam.

Et ſolutio ad lunam fit duobus modis, qa eſt luna quæ habet opus alexir, & eſt luna quæ non habet opus alexir. Et modò incipiemus dicere ſuas ſolutiones cum virtute Dei.

Alia.

Dixit Abuali Abinç. Hæc eſt ſolutio mercurij ſublimati ad lunã per botũ, ſiue alexir: Accipe de mercurio ſublimato duodecies iij lib. de borace, iij ℥. de aqua aquilæ vnam lib. de cera alba quartam partem librę, ſalis nitri puluerizati tertiam partẽ librę: piſa & miſce ſuper marmor, & mitte in vaſe vitreo ſub fimo, & ſtet ibi per tres menſes, vnuſquiſque menſis ſit de quindecim diebus. Iſte eſt mercurius naturalis: poſtea trahe & piſa ſuper marmor, & tege cum dulci, & mitte ad ſolẽ, & ſtet per octo dies. Et ſunt quidam qui operantur eum ad lunam ſine alexir: hoc eſt dicere per botum barbatũ, quẽ nos dicimus modò, & mittunt in eo mercuriũ ſolutũ, & apud nos non debet ibi mitti, donec ſit ſolutus.

Alia.

Alius modus de ſoluendo mercurio ad lunã ſine alexir, hoc eſt per ad botum barbatũ: Accipe de mercurio ſublimato duodecies 4. li. & ſemis, & mitte in cucurbita vitrea, & mitte deſuper de aqua lapidis vj. lib. & bulli ſup ignem per tres bullitiones in die, per iij. dies, & mitte poſtea ſub fimo, & ſtet ibi per xxij. dies, & trahe & mitte ad ſolem, & ſtet ibi per

octo

octo dies: & quãdo mittis ad ſolem, mitte de ſale armo. ſoluto iij. vnc. de borace j. vnc. & trahe, & tege cum aqua frigida dulci.

Alia.

Dixit Abuali Abinci. hæc eſt ſolutio mercurij ſublimati ad lunam cum alexir: Accipe de aqua philoſophorum iij. libras, de mercurio ſublimato duodecies iiij. lib. mitte ad ſolem, & ſtet per iiij. menſes.

Alia.

Accipe de mercurio ſublimato viij. libras, de aqua dulci v. lib. da ignem in vaſe vitreo, & ſit vas in aqua ſicut faciunt aquam roſaceam. & ſit cucurbita cœca illa in qua mittis mercurium ad plus per xvij. horas, ad minus per xv.

Alia.

Dixit Abúali Abinc. hæc eſt ſolutio mercurij ſublimati ad ſolem. Solem non faciunt ſine alexir. Accipe de mercurio iiij. libras, de baurach carmini vnam libram, de aqua lapidis vnam libram, de ſale armoniaco ſoluto librã ſemis, de cera rubea viij. vncias, mitte in cucurbita vitrea: cera, & mitte ſub fimo, & ſtet per tres mẽſes, & ſi vis tingere cum igne, tinge ſicut docui: & quando volueris miſcere mercurium ſolutum ad lunam, & vis indurare, indura cum rebus ſiccis: & quia non eſt tibi neceſſe non dixi tibi.

Alia ſolutio.

Accipe de mercurio ſublimato, & ſulphure ſoluto, & aqua lapidis põdera ęqualia: ſtet ſub fimo per duos menſes.

Alia ſolutio.

Dixit Abuali Abinc. hęc eſt ſolutio mercurij indurati ad opus lunæ ad botum barbatũ, ſine alexir: Accipe de mercurio indurato xij. lib. ſalis armoniac. ſoluti, & aqua lapidis ſoluti, de vnoquoq; iiij. lib. aqua dulci viij. lib. alcali ſoluti iiij. lib. mitte in vaſe vitreo & ſtet ſub fimo per xv. dies, & poſtea trahe, & muta medicinas, et retro mitte ſub fimo per alios quindecim dies, et ita facies donec ſit ſolutũ: & ſi vis indurare mitte de alcali indurato, et armoniaco ſublimato pondera æqualia, et bulli per tres dies, & p hác indurationem, & hanc ſolutionem ſe habet mercurius indu ratus ad lunam cum alexir, & ſolutio mercurij indurati ad ſolem hæc eſt.

Alia ſolutio.

Accipe aquam aluminis rubei, & baurach cãrmini, de vnoquoq; vnam libram, de mercurio indurato nouem libras: et librę ſunt in hac manerie, ſicut tu facies in tuo libro in ponderibus, & rogo te per fidem quàm mihi debes, quod facias et exponas omnia noſtra pondera, & mitte ſub fimo, et ſtet per tres menſes.

De

327

De ablutione metalli.

Dixit Abuali Abinc. de tribu de cortex alto, Deus det tibi bonum Intimaui ſolutionē mercurij, & omnia quæ in eo oportuit me lo qui. Modò reuertar ad metallum. Accipe de metallo octo libras, & funde quater, et diuide eum à ſtanno, ſicut dixi, & fac laminas, & laua in vrina puerorū & in aqua ſalſa ſicut ſufficit, et bulli.

Alia lauatio.

Accipe de metallo x. lib. & aqua aluminis rubei, & aqua aluminis albi, de vnoquoq; v. lib. bulli per v. dies qnquies in die, & de duobus dieb. in duos muta medicinas, & ſi nō vis mutare medicinas, magis appone, & ita facies de deſcenſu boti barbati: quia quando deſcendis, potes mutare ſales. Et ille eſt honoratus, qui honorat animā ſuā in operib. bonis, & ille eſt ſapiens, qui intelligit verba mea.

Alia lauatio.

Alia bullitio in aqua ſalſa, & non facias aliud magiſterium: ſed debes ſcire quod nullum illorum qui ſe malleant, debes dimittere in aceto, nec in aqua ſalſa de quatuor horis in antea: & quando dico bulli per quinque dies, aut per quatuor dies, in hora qua bullit teneas ibi. ſed quando incepit refrigerari tra he eam. Satis locuti ſumus de lauationibus:

modò loquemur de calcibus faciendis.

De calcibus metalli.

Accipe de metallo tres libras, ſalis nitri, armoniaci, de vnoquoque duas libras. Fac cucurbitam terreã vitreatã in latitudine quinque digitorum, & mitte in ea cuprum præparatum cum ſalibus, & da ignem per xxij. horas ad plus, ad minus per xviij. & quando tra his dimitte frigerare.

Alia.

Fac de ſtãno in modũ terraceũ, & fac vt vn' poſsit ingredi aliũ, & accipe de ſulphure ſublimato, & de auripigmento ſublimato, & fac in modum farinæ puluerizatæ, & ſit puluis iſte medietas ponderis metalli: & mitte puluerem & terraceum vnum ſuper alium, & cucurbita: cera, & in circuitu imple terraceos de puluere, & da ignem ad plus per viginti-ſeptem horas, ad minus per vigintiquatuor.

Alia phyſica.

Accipe de metallo, & de re quæ non eſt res, quantum opus eſt miſta cum re de non re, & da ignem ſicut decet, & erit præparatum. Et poſtquam diximus de calcibus quod ſufficit, modò dicemus de lauatione cum virtute Dei.

Collo-

Collocutio Magistri & Discipuli, & de verbis allegoricis in magisterio.

Disce rem quæ non est res cum causa, & veniet inde causa, quam queris. Dicit magister discipulo suo: Quære à me in materia philosophi. & ego respondebo tibi. Dicit discipulus: Quid est farina hordei? Dicit magister: farina hordei est plumbum, & quidam dicunt mercurium. Dicit discip. Quid est farina tritici? Dicit magister: Farina tritici est sanguis. Dicit discipulus. Quid est fariua sicali? Dicit magister: vnus est de 4. spiritibus. Compleuimus fratres nostros, & mactauimus patres nostros, & iugulauimus matres nostras, & habebimus magisterium. Dicit discipulus: Quę sunt verba ista? Dicit magister: Fratres sunt salsedines & humiditates: patres nostri sunt elementa: matres nostræ sunt corpora: compleuimus verba philosophi in hoc loco.

De *lauationibus.*

Dixit Abuali Abinc. modô dicam de lauationibus sicut debeo. & non intermiscebo alia verba: pro eo quòd non sit tibi graue. Accipe de metallo x. libras, & salis armoniaci soluti, & salis nitri, & vrinę puerorum, de vnoquoq; v. libras: bulli per quinque dies semel in die, & muta medicinas in quinto die,

& mitte ſub fimo, & ſtet ibi per menſem.

Alia.

Accipe de metallo puluerizato duodecim libras, armoniaco ſoluto, octo libras, aqua ſalſa duodecim lib.b ulli per tres dies, ter in die, & muta medicinas, & mitte ſub fimo, et ſtet per quindecim dies: & trahe, & laua cum aqua ſalſa, frigida primùm, & poſtea cum dulci frigida: & ſcias, quia ſua induratio, & ſua inceratio eſt ſicut de cupro, nec maius nec minus: tamen induratio iſtius eſt plus leuis de induratione cupri: ideò dicam tibi vnum modum indurandi, qui ſit leuis.

De induratione calcis metalli.

Accipe de cupro puluerizato & lauato octo libras, & tantum eſt mihi in hoc ſi dicam cuprum aut metallum: quia metallum redigetur in cuprum, & de ſale armoniaco ſoluto, et alcali albificato, de vnoquoq; 3. libras auripigmenti, ſulphuris de vnoquoque lib. ſemis: mitte in vaſe vitreo, & ſtet ſub fimo per quinque dies muta medicinas, et non mittes armoniacum, & non mittas ſub fimo, & ſtet per quindecim dies, & erit induratum.

De inceratione.

Dixit Abuali Abincine: Poſtquam diximus indurationem, modò dicemus inceramentum. facit ſe per Geometrica in hunc modum,

modum: hîc dimiſimus ſuperflua pertinentia ad Geometrica.

De ſublimatione.

Dixit Abuali Abincine: Poſtquam dixi inceramentum, modò dicam ſublimationem, & de inceratione non intellexiſti per Geometriá, niſi quid eſt: quia opus ſuæ inceration is eſt ſicut de cupro, nec magis nec minus: & modò dicam tibi ſublimationem per Geometriam xj. & xj. & xj. & xj. ſunt 44. medietas eſt viginti duo multiplica xxij. in quadragintá quatuor, & ſunt d cccc. & xlviij. appone xxij. et ſunt in minus decem: & poſtquam ſcis ſublimationem per Geometrica, modò dicam opus eius. Accipe de cupro viginti libras, & ſublima ſicut eſt neceſſe cum quatuor ſpiriribus, & potes projjcere vnum ſuper quadraginta, et vnum ſuper millia millium: hîc intellige verba philoſophorum. et poſtquam finit ſublimatio, modò dicam tibi ſolutionem.

De ſolutione.

Solutio eius eſt ſicut ſolutio cupri, nec magis nec minus: et ideo non eſt opus vt faciamus moram, et poſtquam finit ſublimatio, explicit capitulum decimum ſeptimum: deo gratias.

De ferro, et eius natura.
Cap. XVIII.

IN nomine Domini : Incipit capitulum xviij. & loquar ibi de ferro, & est graue opus. Dixit Abuali Abinc. Ferrum est multum coctum de sulphure non bono, & de auro viuo non bono : & qui operatur non est de filijs philosophorum, & non sapit de materiã eorum, sed ideo vt magisterium sit completum, dicamus in hoc libro. Dicemus in eis sicut in alijs fecimus vsq; modò secundum quòd pertinet ad nostrum librum. Primùm quod facere debemus, est quòd faciamus ferrum currens: & postea si hoc fecerimus, habebimus magnũ magisterium: quia postquam fundemus, faciemus quod facimus de alijs rebus, & ars vt fundamus eũ, est cum rebus humidis, & res quæ imprimant naturam de rebus, & res quæ sunt lauantes. Et istæ res sunt sc. sal armon. sal nitrum, & alij sales, et vrina, & acetum, & aqua salium, & aqua aluminum, vnaquæq; istarum, si velint simpliciter aut compositæ facient illud fundere, & modus faciendi est iste.

De fusione ferri.

Accipias ferrum, nec molle, nec durum: & modus probationis est, quòd mittas eum in igne, donec sit rubeum, & postea iacta in aquam, & statim abstrahe, et si sit color eius cardi-

cardinus eſt bonum, ſi rugen aut rubeus, non eſt bonus. Et poſtquam intellexiſti iſtum modum, modò dicam tibi cur eſt bonum, aut non bonum: cur ſe diuidunt corpora propter ſiccitatem: cur ſe coniũgunt propter humiditatem. Ergo ferrum humidum: quia cum alio iungitur. Rubeus color ferri, cuius proprietatis eſt? De igne: & ignis qualis eſt? ſiccus. Color niger cuius proprietatis eſt? de terra. Et terra qualis eſt? ſicca: ergo iſti duo colores ferri ſunt ſicci, & indicus eſt ęqualis eſt & bonus: quia diximus color indicus, cur ſit bonus, modò dicemus ſuã prępara-tionem: eſt natura quæ vincit naturam, & natura quæ fugit de natura, ſicut diximus in principio libri. Ergo accipe de illo ferro 3. lib. & extingue eum in aqua lapidis per xl. vices, aut in aqua ſalis armon. & poſtea mitte ſub fimo cum tribus libris ſalis armon. & ſtet per vnum menſem, & trahe, & accipe 1. lib. ſalis nitri, & 1. lib. de baurac, & mediam ſalis armon. & mitte cum ferro in botum totum puluerizatũ, & mitte ſuper carbonẽm, & cum barchinis ſufflãdo, donec ſe fundãt, & ſi non ſe fundat in illa vice muta medicinas, & mitte ſub fimo ſicut prius, & fac ſicut prius.

De præparatione ferri.

Dixit Abuali Abinc. Poſtquam diximus fuſionẽ ferri, modò dicam præparationem

eius si vis operari: non ideo, quia aliquod proficuum sit, si bene non sit præparatum. Accipe de ferro, & funde eum IX. vices, & fac de eo laminas sicut de cupro, & bulli in aceto, et in aqua salsa per 3. dies, ter in die, et tege cum panno lineo, sicut in alijs diximus, & habeas vnam lauationem.

Alia lauatio.

Accipe de ferro 8. lib. & aqua aluminis rubei 12. lib. bulli per 4. dies, quater in die, & mitte sub fimo, et stet ibi per tres horas, et quando trahis, tege cum panno, sicut superius diximus, et si præparas res tuas in terra, serua eas, donec præpares in cœlo, hoc est dicere: si opereris eas cũ rebus compositis de grossa materia, serua eas donec opereris cum re de subtili materia, et auferimmunditiam corporum antequam opereris, & ita facies de salibus et spiritibus: & si intelligis magisteria philosophorum, intellige hæc omnia.

Expositio Parabolica.

Dixit Abuali Abincine: Omnis homo qui occidit puerum suum, et grauiter percutit eum, fecit sicut stultus: hoc est dicere: quia fortiter vult exiccare humiditatem mercurij. & postquam diximus de lauatione, modò dicam de calce.

De

De calce ferri.

Dixit Abuali Abincine: Accipe de ferro abluto tres lib. & fac in modum de caſchis ouorum, vt poſsit vnà ſtare ſuper aliam. Accipe de ſulphure et auripigmento, de vnoquoq; vnam libram, & pulueriza, et quod remanet mitte in cucurbita, et imple caſſas illa de puluere, et mitte in circuitu cucurbitæ, et da ignem per viginti duas horas, ad minus per xx.

Calx philoſophi magna.

Calx philoſophi magna: mitte res, quibus opus habes, cum quo habes opus, & fac quod opus habes: et veniet tibi quod opus habes. & poſtquam dixi tibi de calce facienda, modò dicam tibi de lauatione.

De lauatione ferri.

Lauatio eſt, ſicut in multis locis dixi tibi: quia eſt per ſubtiliare naturam, et non per ingroſſare: ideo, quia ferrum eſt de groſſa materia. et oportet eum multum imprimere: et ſicut primùm locutus fui de ſolutione mercurij: et loquar de ſublimatione, et de induratione ſua, vti feci de ferro: ſi tu intelligas quod tibi dixero. Non habeatis ſuper vos alas, quôd comedatis veſtras caſſas & caſas parentum veſtrorum. Et quando intellexiſti per alas, quod dixi in mercurio: in-

tellige per domos noſtras & parentum noſtrorum, quod debes intelligere, quòd accipias de ſale armon. ſoluto iiij. libas, de aqua aluminis albi & rubei, de vnoquoq; vnam libram. Et ſcias, quòd quando dico in lauatione ſal armon. ſolutum, ipſum intellige: & quándo dico in lauatione ſalis armon. & nō dico ſolutum, intellige dentes diaboli: & intellige magiſteriũm philoſophorum, & accipe de aqua ſalſa 8. lib. & de calce ferri 4. libras: piſa & miſce cum ſpeciebus, & bulli per totidem dies, poſtea laua in aqua dulci fricando intus manus fortiter, & ſerua.

Alia lauatio philoſophi.

Accipe de ſale armon. multiplicatio de vno & quarta infra vnum et quarta: et hoc ſal non ſit ſolutum, de baurac armini multiplicatio de tribus quartis iſta 4. quintas, et de ſale alcali ſoluti multiplicatio de vno, et duas tertias infra vnum, et tres octauas, et de calce ferri multiplicatio de tribus & duabus quintis. infra ij. et iiij. ſeptimas, præpara & laua ſicut opus eſt.

De induratione.

Dixit Abuali Abincine: Poſtquam diximus de lauatione, modò dicã de induratione. Induratio eſt leuis in ferro, in metallo, & in allatone, et eſt difficilis in plumbo & ſtanno.

ſtanno. Ideoque eſt mollis eorum natura, quia poſtquam multa eſt ibi humiditas, aufertur cum magna fortitudine ſiccitas: & idcò, quia non habetur in hoc magnum magiſterium, tractabo leuiter. Accipe de calce abluti ferri libr. j., de mercurio ſublimato mediam, de nitro quartam partem libræ, de baurac vnam vnciam: piſa & mitte in vitro, & ſtet ſub fimo per duos menſes, vnuſquiſq; menſis de viginti diebus, & quando non dico tibi quantitatem menſis, intellige de triginta diebus, aliquando de quindecim diebus.

Alia.

Accipe de ferro puluerizato lauato v. libras de nitro, de armonico ſublimato, de vnoq; iij. libras, de aceto, aqua ſalſa, de vnoquoq; iij. libras, mitte in vino, & ſtet ſub fimo per mẽſem, & de decimo in decimũ diẽ muta medicinas: poſt trahe & ſtet ad ſolem per octo dies. Et poſtquam diximus de induratione, modò dicemus de inceratione.

De *inceratione.*

Inceramentum eſt de bonis medicinis veri operis, & de ſubtilitatibus. Qui errat errat in magiſterio: & dixerunt ſapientes non flixes in inceratione, & de induratione ſit quomodo vult: & poſtquam in rebus leuibus homo non debet remiſſus eſſe in

fortibus, quæ ſunt de forti natura, ſicut ferrum: ideo debes accipere de armoniaco ſoluto octo libras, et de puluere ferri lauato, indurato vj. libras: proijce ibi, & ſtet ſub fimo per menſem.

Alia.

Accipe de ferro, de armoniaco ſoluto: fac ſicut debes, et erit ablutum, & miſce ibi aquam lapidis, quantum vnum pondus de alijs medicinis, & ſtet ſicut aliæ. Dixit Abuali Abincine: Poſtquam dixi inceratione, modò dicam ſublimationes. Sublimatio eſſe debet ſicut in alijs corporibus cum quatuor ſpiritibus, & ego non mitto mercurium in hac ſublimatione, nec in alijs.

De ſublimatione ferri.

Accipe de ferro quinque libras, de auripigmento, de ſulphure, de vnoquoque duas libras, de armoniaco, de alcali, de vnoquoque tres libras: piſa, miſce, mitte in alutello, & da ignem ad plus per tres dies, ad minus per duos.

Alia ſublimatio Phyſica.

Sublimatio Philoſophorum: auſculta & diſce: & accipe res quæ ſunt neceſſariæ in magiſterio cum vna libra ferri, & libram ſemis decimo, et ſublima ſicut opus eſt.

De

De *solutione*.

Dixit Abuali Abin. Postquam diximus de sublimatione, modò dicemus de solutione. Accipe de ferro vnam libram, de armoniaco soluto, de vrina puerorum, de vnoque libras duas, salis armoniaci, alcali soluti, de vnoquoque libram semis, salis gemmæ vnam libram: pisa & misce cum ferro, et mitte in cucurbita ferri, et sit cucurbita in aqua calida, et bulliat ibi tres bullitiones: et trahe, et mitte sub fimo: et stet per octodecim dies, et muta medicinas de quinto in quintũ diem: & trahe, et laua cum aqua salsa, et dabis donec sit pulchrum, sicut debet esse.

Alius modus.

Fac tres sicut debes, et trahe res sicut debes, mitte in solutione rem quæ humectat, & quæ diuidat, et quæ lauet, & cum illis debes facere omnes lauationes. Et postquam dixi de humectando ferro: & fundendo, & lauando, & calefaciendo, et lauando, et indurando, et incerando, & sublimando, et soluendo finit capitulum, postquam opera ferri finiunt. & finit capitulum decimumoctauum: & deo gratias.

De *argento, & ſua natura, & ſuis operibus.* Caput XIX.

IN nomine Domini: dixit Abuali Abinci. ne: In hoc capitulo xix. loquar de argento: & loquar ſuos modos, & vnde ſit, & qualiter præparatur ad ſolem, & ad lunam, & ad ſponſalitium, & in vnoquoq; loquar rationem philoſophi. Primùm dicam quòd natura argẽti eſt frigida & humida, & eſt in differentia de xxix. differentijs, & vnaquęque fit per rationem, & iam dixi tibi in capitulo cupri, quomodo efficitur de cupro luna abſque alexir, & adhuc explanabo tibi quomodo fit cum alexir: & in hoc capitulo dicam tibi, quomodo deſcendit per botum barbatum: quia nondum dixi tibi plenè. Et eſt alius modus argenti, & ille modus eſt ſubtilis, & ille eſt naturalis, ſecundum quem colligunt & operantur omnes gentes. Et adhuc dicam tibi valorem noſtræ lunæ ſuper illam in ſuo loco, in illo loco, vbi dicam, quòd ſol noſter magis valet omnibus alijs, & in hoc: quia multa eſt dilatatio, dicam parum in loco ſuo.

De *Geometria in lapide.*

Debes ſcire: quia maneries cum quibus menſurant in Geometria, ſunt quinq;, ſcil. digitus, & algerab, & canna, & albeu, & algazeb. Digitus eſt duo oſſa digiti, algerab

eſt

eſt ſex pilli iuncti infra tres: Canna eſt xiiij. digiti: algazeb eſt mons, qui habet duodecim portas, vnaquæq; porta habet M. & D. L. cannas, vnaquæq; canna de quatuordecim digitis: ergo in illo monte vnaquæque porta habet xx. m. & m. & dcc. digitos, & vnuſquiſque digitus habet octodecim pillos iunctos: ergo ſunt in iſto mõte de pillis iunctis cc. m. millia renumerati quatuor vices, & d. m. renumerati iij. vices, & xxx. milliaria & xxv.

De botis barbatis.

Poſtquam ſcis modos vnam menſuram in Geometria, dicam tibi cum iſtis modis in qua quantitate debes facere botum barbatum, & intellige fili quod dico tibi. In totis magiſterijs botũ barbatum eſt verbum Græcum: barba apud illos eſt foramen, & botus barbatus vult dicere pro perforatus. Et eſt alius modus ſecũdum quem dicunt botum barbatum. Botum: quia faciunt botum, barbatum: quia deſcendit per foramina ad modum barbæ. Et boti ſunt duo, vnum quod eſt ſuperius, & habet foramina: aliud inferius, & non habet foramina. Et inferior debet eſſe maior quàm ſuperior, et ſuperior debet eſſe in circulo duodecim digitos, de prędictis digitis, & minor ſit de tribus digitis, & iſtos digitos non intelligas ſicut in cal-

ce facienda: quia in hoc loco intrant per longitudinem, & illuc per grosſitudinem : & debent esſe foramina vt posſint transire per ea vj. & infra tres pillos.

De ſalibus numerus.

Postquam dixi tibi modum de botis, modò dicam tibi numerum de ſalibus, quos ibi mittes. Enumera vnum, duo, tria, quatuor, & ita vſq; ad viginti quatuor, & ſi eſt per ad Iunam, mitte duodecim de ſale armoniaco, & octo de ſale nitro, & ſex de ſale alcali : & quatuor de ſale gemma, & iij. de ſale communi, & duo de alumine albo, & ſ. baurac. Et ſi fit ad ſolem, mitte viginti quatuor de ſale armoniaco, & ſedecim de ſale nitro, & duodecim de ſale alcali, & octo de ſale gemma, & ſex de ſale communi, & quatuor de alumine rubeo, & duo de baurac, & vnũ de vitreolo.

De quatuor modis faciendi botos.

Postquam dixi tibi de ponderibus, ſiue numeris, dicam tibi modum faciendi. Secundum philoſophum fit quatuor modis.

♄ Primus modus eſt quòd accipias ſales cũ ponderibus ſupradictis, & facias eos, paſta cum clara oui & aceto, & facias ad modum boti ſuperioris foraminis perforati, & permittas deſiccari ad ſolem, & ſol ingrediatur feneſtras per parietem groſſum duorum palmorum,

morum, vt ſe ſiccet paulatim, & non ſe ſcindat, & quando videris quòd bene ſe tenebit, ſcias quòd eſt ſiccus, et ſerua.

Secundus modus.

Accipe ſales, et ſolue eos, & mitte in botum ſolutos, et mitte in illa fuſione quando volunt deſcendere.

Tertius modus.

Tertius modus eſt melior modus, qui nunquam inueniri poſsit, et eſt ille modus, quem nos facimus modò. Accipe ſeptem ſales, et fac inde aquam, et paſta terrã magiſterij cum aqua illa abſque pilis, et abſque aliare. & fac idem ſuperiorem botum, & omnes alij boti inferiores debent fieri de luto magiſterij cum pillis. Et botus qui eſt inferius eodem modo ſi vis fieri debet: facies botum ſuperiorem de terra & ſeptem ſalibus, ſicut dixi tibi, & facies in foramine. Poſtea accipies ſeptem ſales, et teres: & facies paſtam cum vrina puerorum diſtillata, & facies in medium cauum: et mittes ibi corpus quod volueris: & cooperies cum paruo carbone, & mittes corpus in boto de terra, quem feciſti cum ſeptem ſalibus ſolutis, ſuperlinito de prædicta paſta, & illum botum cooperies cum magno carbone, et mittes ſuper alium botum.

Quartus modus.

Quartus modus: Accipe ſales, & fac inde aquam, & incorpora cum alijs ſalibus. illud corpus quoduis miſcere cum eo, & iſte modus eſt nullius valoris, & tu operare cum tertio modo. & alij volunt, quòd pondera ſalium ſint in alio modo: quia dicunt ſeptem ſunt ſales, & de illo eſt fortis nimis: mittunt ſeptem pondera, & deſcendunt de medio ad medium vſque veniunt ad tres & dimidium: ſed vices quas reiterẽt ad deſcendum per botum barbatum, ſunt ab xj. vſque ad viginti quatuor, & qui videt iſta noſtra põdera, dicit quôd vnaquaq; vice quando deſcendit, oportet mutari in eo ſales, & eſt bonum conſiliũ, quòd fortitudo eorum conſumitur in cõbuſtione. Sed alij dicunt, quòd non oportet mutari, niſi 4. vices, ſemel in tribus vicibus, & ſemel in duabus: ſed quantitas mercurij, & quantitas calcis cupri ad lunam, & quantitas mercurij & plumbi ad ſolem, & quantitas ſalium ad vnumquodque iſtorum eſt iſta. ſed debes ſcire, quòd mercurius, qui intrat ad ſolem, debet eſſe rubeus: Quãtitas mercurij & cupri debet eſſe in hunc modum: de mercurio 3. vncias, de cupro vnam libram, de ſalibus 2. libr. et 3. vncias et ſemis. Ferrum tamen debet haberi in hoc magiſterio ſecundum philoſophos vnum ſuper 24. & vnum ſuper 1. &

iſtud

istud xxiiij. & istud l. debet esse de corpore minori non de maiori. Et adhuc dicam modum pręparandi fermentum in suo loco. Fermentum debet esse in modum quem dixi, & quantitas mercurij, & plumbi ad solem est de mercurio v. vnc. de plumbo xxv. vnc. de salibus iiij. lib. & ij. vnc.

Alius modus.

Alius modus argenti: Accipe de calce cupri vnam libram, de mercurio iij. vnc, de fermento vnciam mediam, de corpore minori xl & viij. vncias, de salibus v. lib. fac descēdere per xvij. vices.

Alius modus.

Alius modus de corpore minori vj. lib. de mercurio vnam libram & semis, de salibus x. libras & semis, de fermento vnam vnciam, & duas partes vnciæ. Misce, & descende per botum barbatum vij. vices, & debes habere de vij. salibus in parte, & facias semper de magisterio sicut philosophi iubent: & ego dixi tibi in hoc libro.

Alius.

Alius modus ad lunam, & vadit secundum pondera quæ vidit philosophus de salibus. Accipe de mercurio septem vncias, de fermento vnam vnciam & octauam, de cupro duas libras & quatuor vncias, de septem salibus septem libras, & fac currere per nouem vices, & vnaquaque vice non dimittas eum

bullire, nisi tantum quòd se fundat, & ita facies fundendo, & descendendo, et mutando sales, et vide quòd non dimittas multũ fundi: et postquã diximus de cupro, loquemur de calce facienda.

De notitia argenti.

In nomine domini, dixit Abuali Abincin. Melior luna est illa, quæ sit de nostro argento, sed ad fermentum non debes, nisi scias cum quo lapide operatum est, & operaberis cum illo lapide. Etiam dixi tibi signa, cũ quibus cognoscas lapidem in prædictis capitulis. Sed adhuc dicam tibi, vt magis intelligas. Si vis scire argentum si sit naturale, an de magisterio, mitte in ignem, & si nigrescat, scias quod non est de magisterio.

Alia tentatio.

Accipe de argento, & solue: si cito soluatur, scias quòd est de magisterio, & si nõ, scias quòd est naturale.

Alia.

Accipe argentum, & funde eum: si faciat rugitum, scias quòd est de magisterio, & si non, non.

Alia.

Si vis scire cum quo lapide est operatum, & si descendat per botum barbatum, & non per alium: Accipe de igne magisterij, & mitte pondus vnius arentij super vnam vnciam: & mittes ibi dum ferueat: & si non muta

uer

uerit colorem, ſcias quòd non fuit operatũ cum illo lapide, vnde fuit ignis, quem tu ibi miſiſti: & ſi ſe mutauerit ad citrinitatẽ, ſcias quòd operatus fuit cum illo lapide, cum quo operatus fuiſti ignem: & ſi det ei albedinem, ſcias quòd deſcendit per botum barbatum, & intellige. Et poſtquam videris quòd non eſt operatum de magiſterio, tu potes facere ex eo fermentum, ſi opus habueris. Et ſi non eſt naturale, tu mitte in opere lapidis cum quo illud operatum fuit: ſi deſcendit per botum barbatum, tantum valet quantum naturale.

De ablutione.

Modò incipiemus præparare per fermentum, per argentum corpus ad aurum. Accipe de argento vnam libram, de ſale armonia. de vrina puerorum, de aceto, de vnoquoque vnam libram: bulli per x. vices & frica, & trahe, & deſicca, & antequam abluas fac inde laminas. & intellige opus noſtrum.

Alia.

Accipe de argento x. lib. de vrina puerorũ diſtillata, & aceto diſtillato de vnoquoq; iij. lib. de aqua ſalſa quinque libras, de ſale armoniaco ſoluto vnam libram, bullies decies, & vade eum tingendo cum panno lineo: & ſcire debes qd argentũ nõ debet bullire, niſi in metallo, aut in vitro, in vaſis rotundis: & ſi in alio vaſe feceris, minus valeret.

Alia ablutio.

Accipe de vrina puerorum diſtillata, de aceto diſtillato, de vnoquoque iij. lib. de ſale gemma, & ſale communi, de vnoquoque mediam libram, de argento duas libras: bulli no uies.

Alia.

Accipe de argento xviij. lib. de vrina puerorũ diſtillata & aqua aluminis, de vnoquoque xv. lib. ſalis alcali vj. lib. piſa & bulli per xxviij. vices, & trahe, & terge, & nõ feſtines in opere tuo, & intellige.

Alia.

Accipe aquam, ſalem, acetum, vrinam, argentum pondera æqualia : bulli quinquies, & ſerua, & intellige.

Alia.

Accipe aquam, ſalem, & baurach. Modò dicemus calces.

De calcibus.

Calx vno modo fit ad ſponſalitium, ad fermentum, ad corpus, niſi qđ in calce lunæ ad fermentũ, non debet haberi res rubea, & fermentũ eſt de albo, & ideo eſt ad albũ, & calcẽ ad fermentũ nõ cõuenit incerare, neq; ſublimare, neq; indurare. Sed fermentũ ad lunã fit de luna. Accipe de argẽto, & fac eodẽ modo, ſicut de prędicto cupro, aut in modũ ſtanni. Sed adhuc tibi recordabor, vt melius intelligas, fac laminas in groſsitudine de quatuor

mora-

morabunt,& ſint iiij.libræ, & mitte in olla vi treata,& habe de ſale armon.ſublimato quater,& de ſale nitro, de vnoquoq; vnam librã & ſemis: & mitte inter laminã & laminá puluerizatá,donec ſit olla plena, & cooperi bene ad magis per xxv.horas, ad minus per 18. horas,& dimitte ſiccari terram magiſterij ad ſolem:& debes ſcire, quod nullũ aludel nec vllam calcẽ debes dimittere ſup ignẽ, donec lutũ magiſterij vnde lutatũ eſt,ſit bene ſiccũ: qa ſi aliter faceres,minus valeret magiſteriũ: & da ignẽ ad magis per iiij. dies & dimidiũ, & ad minus per iij.dies & dimidium.

Alia Calx.

Accipe dẽ argẽto vj.lib.ſalis armo. & ſalis nitri,& ſalis alcali,&ſalis gẽmę,de vnoquoq; vnã libram.Fac laminas quadratas,&piſa ſales, & paſta cũ vrina puerorũ,& muta vnam quãque laminã in paſtã, & ſit lamina in groſſitudine de vij.morabunt,& mitte in ollá vitreatam ſicut docui. Et debes ſcire quòd olla in qua facis calcem,ſit in groſſitudine iij.morabunt, & q̃ ſit in groſſitudine vnius morabũt illa magis valet: & mitte laminas paſtatas in olla,& da ignẽ:poſtq̃ cooperta fuerit ad magis per v.dies,ad minus per quatuor dies. Et debes ſcire,quod quando facis calcẽ de quacunque re ſit,non debet ceſſare ignis, neque per diem,neque per noctem, & ſi fortè ceſſaret,nil valeret opus tuum.

Alia.

Accipe de argento xv.lib. de auripigmẽto ſublimato quinquies iij.lib.fac de argento laminas rotundas, & mitte ibi aurũ. pila,& da ignem ad magis per duos dies & medium,ad minus per vnum diem & dimidium.

Alia calx phyſica.

Accipe de gergongis bonis iij. vncias,miſce cum tribus vncijs de argento, & da ignẽ per vigintiquinque horas, nec magis nec minus.

Alia calx.

Iſta eſt calx bona, calx ad totum opus qui intelligit & ſcit operari. Accipe de argento lv. libras, & vnaquæq; libra de xxv.vncijs,vnaquæque vncia de xxviij. morabunt, vnuſquiſq; morabunt de d.& lxxvij.granis ordei, & vnumquodq; granum ſine cauda, de baurach,de ſale nitro,de ſale alcali, de ſale gemma ſublimato per vij. vices, de vnoquoque multiplicatio de vij. & quarta, & quarta de quarta,& quarta de quarta de media quarta, & vnus,ſimiliter miſce: & poſtquam feceris de argento in modum de talis,cum ſex faciẽtibus facies vnumquodque talum, id eſt datum de vna vncia & dimidia de duabus vncijs:mitte totum in ollã,& cooperi cum pulueri.b. ſalium ad magis per ix.dies, ad minus per vij.dies : & hoc eſt magiſterium philoſophorum,quod multum laudauerunt.

Alia.

Alia.

Accipe de argento iij. lib. de ſulphure vnã libram & dimidiam: da ignem per duos dies poſtquam bene miſcueris in ollam, & argentum factum in modum morabunt, & in groſſitudine iij. morabunt, & non magis.

Alia.

In hac calce finientur omnes calces argenti. Accipe de argento iij. lib. ſalis communis, ſalis alcali, de nitro, de ſale gemma, ſalis armon. de vnoquoque ij. lib. Fac de argento in modum cannæ ſicut docui te in calce plumbi, & miſce in olla cum puluere, & da ignem ad magis per iij. dies & dimidium, ad minus per duos dies & dimidium. Modò dicam tibi de lauatione argenti cum virtute domini.

De *ablutione argenti.*

In nomine domini, Dixit Abuali Abincine. Hęc eſt ablutio prima de ablutionibus argenti. Accipe de argento calcinato duas libras, & de ſale armoniaco ſoluto vnam libr̃a, & bulli in aceto cum ſale armoniaco per viij. vices: & accipe de vrina puerorum diſtillata, & ſale gemma vnam libram: piſa ſal, & de vrina puerorum decem libras, & miſce ſal gemmæ cum vrina, & bulli per tres dies per viginti vices, & argentum quia ſatis mundum eſt, non eſt neceſſe vt multum abluas.

Alia.

Accipe de argento calefacto vnam libram, de aqua lapidis duas libras, de sale armonia. vnam libram, de aqua aluminis albi tres lib. de vrina puerorum tantundem: bulli per xx & vnam vicem in vij. diebus: & accipe de sale alcali, & de sale nitro, de vnoquoq; vnam libram, & pisa super marmor, & in corpora cum argento, & fac de eo pastam cum vrina puerorum, & mitte ad solem, & stet ibi per duos dies: postea accipe de aqua putei salsa. c. lib. Et quando dico tibi in hoc libro accipe de aqua salsa non intelligas de aqua marina, sed de puteo salso: & si non inueneris de sulphure soluto, quando dico tibi vt mittas in magisterio. Accipe de aqua calida quæ exit de sulphure, bulli in hac aqua per quinque dies septies in die, & trahe & ablue cum aqua dulci, & operare: & intellige opus philosorum, quia non errabis in eo. Et quotiens abluis calcem argenti, non debes abluere nisi in vase vitreo, aut in vase metallino, aut in vase terreo vitreato, & si in alio vase feceris, accipiet de salsedine vasis cum salsedine quàm tu ibi mittis.

Alia.

Alia.

Accipe de argento calcefacto duodecim libras, & de duabus aquis, & de duabus terris, & de duobus aeribus, de vnoquoque in duplum quàm sit corpus, de aceto distillato viginti libras bulli cum est necesse, & fac sicut dixi tibi multotiens: & quando bullis per vnam vicem in alia vice muta in eo medicinas.

Alia

Accipe de baurach, de sale nitro, de aqua sulphuris, de vnoquoque tres libras, de argẽto vnam libram & semis, & bulli sicut decet per quindecim dies in die quindecim vices. Et quotiens tibi dico in die bullias, intellige quod semper in tertia vice debes mutare medicinas in omnibus calcibus, quas facis: & nisi ita faceres, non haberes præparamentum magisterij. Et quandocunque mutas medicinas in argento debes abluere cum aqua dulci per mittere ad corporis humiditatem. Intellige, & Deus donet tibi intellectum. & nõ debes dimittere vas discoopertum quando bullis, & est corpus intus: quia si faceres, aer noceret ei.

De *magisterio philosophorum in clementis.*

Intellige magisterium philosophoruin, vbi dicunt: Non misceas aerem cum aqua, nec

aquam cum aere:nec aerem cum igne, nec ignẽ cum aere , nec terram cum aere, nec aerem cum terra:nec terram cum aqua , nec aquam cum terra:nec aquam cum igne,nec ignem cum aqua : nec ignem cum terra, nec terram cum igne. Hæc sunt verba philosophorum, & hîc ea intellige. Et nisi esset propter dilationem magnam, facerem te intelligere.& non est tibi necesse: quia satis intelligis in libro philosophorum.Et quando facis de argento naturali calcem , primum debes fundere semel vel bis,& debes mittere in botum barbatum,quia magis valebit:& per cõsilium meum mitte vnam vnciam super xij. vncias de cupro,& intellige.

Alia ablutio philosophi.

Accipe de calce argenti viginti librãs , de sale armoniaco soluto xxx.lib. de vrina puerorum,de aceto,de aqua dulci, de vnoquoq; x.libras: bulli per xxv. vices in quinque diebus,& trahe & mitte ad solem per duos dies, & iterum bulli cum ipsis medicinis per quinque dies ter in die.

Alia ablutio philosophi.

Accipe de argento vij.lib.de sulphure, de auripigmento,de aqua alumi.is rubei, de vnoquoque v.lib.de aceto distillato, de vrina puerorum distillata,de vnoquoq; vij.lib.bulli per vij.dies septies in die:& postea trahe ad solem,&stet ibi per v.dies,& laua in die v.vices

ces ad ſubtiliandam ſuam naturam, & muta in eo medicinas, & ſtet ibi per v. dies, & bulli in die iij. vices, ſed ſemper ſit bene cooper-tum.

De induratione calcis argenti.

Et modò dicam tibi de induratione. Indu ratio non eſt neceſſaria ad fermẽtum, ſed eſt neceſſaria ad ſponſalitium & ad corpus. Et quia omne hoc eſt ibi neceſſe, loquar tibi cũ magno verbo. Accipe de argento abluto & calcefacto, & abluto vij. lib. & ſemis, & de aere lapidis, & de ſulphure, & de auripigmẽto, & de baurac, de vnoquoq; iij. lib. miſce cum vrina puerorũ, & mitte in vaſe vitreo, & ſtet ſub fimo per v. dies.

Exemplum de medicina.

Et ſicut diximus in libro corporum de medicinis, qui acciperet moreretur q nescit materiam: ita qui neſciret materiá de iſtis medicinis, qui mitteret in corpus, occideret eũ. Verbi gratia, diximus in libro corporũ, qui vult purgare corpus, accipiat aloẽ, & ſcamoneam, & turbit, & coloquintida, & agaricũ, & polipodium, de vnoquoq; vnam vnciá, & piſent & paſtent cum aqua prędictorũ, & dét ad bibendum ad pondus de quarteron de vncia. Et nos non dicimus iſtam receptionem niſi Medicis, qui ſunt philoſophici, qui ſciunt omnes maneries, & omnes materias, & totas naturas, & homini inſipienti non

dicimus hoc, qui veniat & inueniat hanc receptionem, & det hominibus quibus nõ est danda. Occidit eos qui nescit naturam medicinæ, nec materiam hominis. Et ita de oleo quod vocatur garonton. Nos non dicimus quotiẽs vngat oculũ dolentẽ de frigiditate, quia omnis philosophus qui legit hunc librum Galeni, scit quantus locus est quẽ conueniat vngere cum illo oleo: quia si amplius vngeret, ex nimio calore olei noceret. Et locus qui debet vngi est ab illo loco in media fronte, qui dicitur Lamazarac, vsque ad pulsum oculorum: & si amplius, nec minus vngeret, noceret ei ex nimio calore olei: & ita est de ista induratione, & quod multis alijs speciebus, de isto libro Animæ: quia qui nescit operari, occideret corpus propter fortitudinem & calorem quæ sunt in eis, & intelli ge materiam philosophorum.

Alia induratio.

In nomine domini: Dixit Abincine. Accipe de luna vigintiquinque libras, de sulphure, de auripigmento, de sale nitro, de baurac, de sale gemma, de sale alcali, de sale armoniaco, de vnoquoque tres libras & semis: pisa, & misce super marmor, & mitte in vitro, & stet ad solem per vigintiquinque dies, & trahes in die duodecim vices, & stet ibi per mediam horam, & post ipsam horam pisa, & cambia medi-

medicinas: ita facies donec tranſacti ſunt viginti quinque dies, & intellige. Si non intelligis materiam philoſophorum, non poteris operari: quia materia eorum eſt multum prima: & ideo debes ſcire, quia quantam induration tionem tu facis de argento, debet eſſe in vaſe vitreo duplicato.

Alia induratio philoſophi.

Induratio philoſophorum: Accipe multiplicationem quatuor iuxta quatuor, & ſunt argentum, ſulphur, auripigmentum, ſal nitrum, ſal gemma, ſal alcali, acetum, de vnoquoque pondera æqualia, de igne, de aere, quintam partem ponderis. Accipe & mitte ad ſolem per quindecim dies, & trahe in die quindecim vices, ſicut ſuperius dictum eſt.

Alia induratio.

Accipe de argento vnam libram, de ſale nitro, de ſale armoniaco, de ſale alcali, de baurach, de alumine albo, de vnoquoque mediã libram: piſa & mitte ſuper marmor, & miſce, & pone in vitro, & mitte ad ſolem per viginti dies, & in iſtis diebus non mittas noctes: & modò finierunt Indurationes.

De Inceramento.

Modò incipiam inceramentum: Inceramentum eſt res quæ trahit de ſiccitate ad humiditatem. Et hoc facit propter fortitudinẽ

medicinarum. Et dicá tibi cur hoc facit, ſi tũ intelligas : & quia nõ habeo cognitionem in lib. Philoſophi, nõ vellẽ tibi dicere: Sed quia volo vt diſcas de philoſophia, ideo ſcias, vt verũ eſt, quod non eſt in ſeculo liber melior iſto. Et quod tibi dicá ꝓderit tibi in hoc lib. & in hoc libro & in totis medicinis. Primum quod tibi dicam volo quòd mihi dicas, acetum cuius naturæ eſt?

Quærit filius de natura aceti.

Dixit Abuzalemi patri ſuo: Pater, dic mihi poſtquam locutus es de philoſophia, Dic mihi, cuius naturę eſt acetum? Dixit Abuali: Acetum eſt de natura frigida & ſicca. Et dixit Abuzalemi: Quomodo poteſt hoc fieri, quia vinum de quo fit eſt calidum & humidum?

Solutio Patris philoſophicè.

Dixit Abuali: ideo habes neceſſe rationẽ philoſophicè. Vnus eſt, duo ſunt, iij. & iiij, & vnus duo iij. iiij. Non eſt in ſeculo quod non ſit compoſitum de quatuor rebus, de calore, de ſiccitate, de frigiditate, & humiditate : & vnumquodq; iſtorũ eſt in quatuor : calor eſt in ſiccitate & calore, & humiditate, & frigiditate. Frigidũ eſt in humiditate & ſiccitate & calore. Siccũ eſt in ſiccitate & humiditate in calore & frigiditate. humidũ eſt in humiditate, in calore, frigiditate & ſiccitate. Et intellige rationẽ philoſophi. Et ſcias quod vnumquodq; iſtorũ ſe mutat ꝓpter aliud, & ita oẽs

4. Et

4. Et q̃ a ſe mutãt ita, in vno eſt calor tantum quantũ habere poteſt, & euenit ei alius calor ꝓpter fortitudinẽ, eſt frigidũ in quantũ pōt: & ita fit de frigido calidum, & de calido frigidũ: et de ſicco humidũ & de humido ſiccum. Sicut eſt vinũ, quia eſt calidũ & humidũ, venit calor & facit illud frigidũ, & ſi vis temperare vinũ quod non faciat acetũ, ſint duę partes aquæ & tertia pars muſti: & ſi vis quod fiat acetum non mittas ibi aquam. Verbi gratia in ſpeciebus.

Exemplum.

Accipe lapidẽ qui eſt de frigida: & fortiorem quem inuenire poteris, & da ignem, & fiet calidus & ſicccus. Si accipias piper, & cremes, inuenies ex eo cinerem frigidũ & ſiccũ. Et ſi quis contradicat, & dicat, tu dicis quia res quæ eſt calida & ſicca, fiet humida & frigida, & quæ eſt frigida et humida, fiet calida & ſicca. Et modo dixiſti in lapide q̃ eſt frigidus et ſiccus, quòd fit calidus et ſiccus: et dixiſti in pipere quod eſt calidũ & ſiccũ, quod fit frigidum & ſiccũ. Ergo ſiccitas nō ſe mutat, ſed calor et humiditas ſe mutant ſecundum qd̃ dixiſti, debebas redigere humidum ſiccum & ſiccum humidum. Reſpondebimus & dicemus: Contradicis quod nullus debet contradicere, & dicis verbum quod nullus debet contradicere. Et dicis verbum quod nullus philoſophorum debet dicere.

Quia ignis qui est siccus, quando recedit à ca lore, potest ie iungere cum siccitate: & quando sunt duo sicca non potest recedere à siccitate, qa nō est in eo humiditas, & ideo remanet siccitas quæ est in eo. Et si intelligis ea quæ transierunt de libro nostro, bene debes hoc intelligere. Et sicut vides quod intrat sol in Sagittario, ille est calidus, & signum est calidum, & tempus propter hoc fit frigidum: ita est de rebus istis istius libri. Quia res quæ siccant propter suum calorem, ipsæmet reuertuntur in humiditatem, quando frigidæ reuertuntur, quia siccitas conuenit calori, & humiditas frigiditati, & omnis philosophus intelligit verbum istud. & quod dicimus de sole, accipe spiritualiter, & non sicut vides. Et nisi esset propter nimiam dilationem, dicerem super hoc verbum amplum: sed explanabo tibi in libro de puritatibus sensus, si Deo placuerit.

De *inceramento*.

Accipe de argento viginti libras, de sale armoniaco soluto viginti libras, de vrina puerorum viginti libras: misce & mitte in vase vitreo, & mitte sub fimo, et stet ibi per triginta quinque dies, & trahe et muta medicinas de quinque in quinque diebus.

Aliud inceramentum philosophi.

Inceramentum philosophi, accipe de argento

gento tres libras & ſemis, mitte ſub fimo, & quod mittis non ſit calidum, nec frigidum, ſed tepidum: & ita facies de omnibus quæ mittis ad incerandum: & ſi aliter feceris, nihil valeret magiſterium: & ſtet ſub fimo xvij diebus nocte & die: & quod diximus primũ nõ debet impermanere niſi tantũ in diebus quibus fiunt inceramenta.

De ſublimatione argenti.

In nomine domini: Dixit Abuali Abincine. Modò loquar de ſublimatione argẽti. Accipe de argento decem libras, de ſulphure, de ſale armoniaco, de auripigmento, de argento viuo, de vnoquoque tres libras & ſemis: diſtempera cum vrina puerorum, & miſce in aludel, & ſublima per noctem & diem, & da ignem per quinque dies, vnaquæque dies de duabus horis, vnaquęq; hora de duodecim in die naturali, & intellige iſtud ſublimamentum.

Alia ſublimatio.

Accipe de argento quinque libras, ſale armoniaco ſublimato, & de auripigmento ſublimato, de vnoquoque tres libras, de ſulphure, de argento viuo, de baurach, de vnoquoque vnam libram: piſa & mitte in aludel, & da ignem per quinq; dies. Et quando vis trahere inde, quod non remaneat ibi de calore.

Alia ſublimatio philoſophi.

Sublimatio philoſophi: Accipe duos aeres, et duos ignes, et argentum, pōdera æqualia: da ignem ſicut oportet.

Alia ſublimatio.

Accipe de argento vnam libram, de ſale armoniaco vnam libram, de auripigmento vnam libram et ſemis, miſce in aludel, et da ignem per duos dies et dimidium. Hîc finiūt ſublimationes.

Incipiunt ſolutiones.

In nomine domini: Accipe de auro viuo vnam libram & ſemis, de ſulphure, de auripigmento, de baurach, de ſale nitro, de ſale armoniaco, de vnoquoque vnam libram, de vrina puerorum diſtillata, de aceto diſtillato, de vnoquoque duas libras & ſemis: mitte & miſce in vaſe de metallo, & ſepeli ſub fimo, et ſtet ibi per xviij. dies.

Alia ſolutio.

Accipe ſal armoniac. & baurach, & aquam aluminis rubei et albi, de vnoquoque duas libras, de argento quinque libras, de aceto, de vrina puerorum, de vnoquoque octo libras: miſce & mitte ſub fimo, & maneat ibi per viginti quatuor dies, & agitabis eum de quarto in quartum diem.

Alia.

Alia.

Accipe de aceto decem libras ſalis armoniaci, ſalis nitri, baurach, de vnoquoque quatuor libras, piſa & mitte ſub fimo, & ſtet ibi per octodecim dies. Finiunt ſolutiones, & finit capitulum xix.

De auro & eius ablutione.

Cap. XX.

IN nomine Domini. Dixit Abuali Abincine: In hoc capitulo dicam de præparatione auri, & ſuas partitiones, & ſuas præparationes. Primum dicam tibi quòd de ſole non eſt per facere corpus minimum, ideo nõ eſt neceſſe vt nos tractemus de eo, niſi tantum ad abluendum: & quia non poteſt operari niſi tantum per ad fermentum, primò loquar de fermento. Non eſt aliud niſi hoc quod reducas cauſam de illa natura, de qua eſt ad naturam fermenti. Et fermentum poteſt facere de auro magiſterij, aut de auro naturali. Inter illa eſt iudex bonus ignis, quia iudicium ignis non mutatur, ſed operatur in ſole naturali ſicut debet, & in artificiali ſicut debet. Et diximus ſua ſigna in alio loco, inde accipiant ea quæ neceſſe habuerint: ſed modò qui vult facere puluerem aut lauamentum de auro, faciat in hunc modum.

De *ablutione.*

Accipe de auro duas libras, de aceto distillato, de vrina distillata, de aqua aluminis albi, de vnoquoque duas libras & semis, fac laminas de auro, & bulliat per viginti dies bis in die, & quandocunque fiat bullitio terge eum sicut ignis argentum.

Alia philosophi.

Accipe de auro vigintiquinque libras, de aceto, de sale armoniaco, de vnoquoq; quindecim libras : bulli quindecim vices in tribus diebus.

Alia.

Accipe de auro quatuor libras, salis alcali, salis nitri, de vnoquoque duas vncias, de aceto, de aqua salsa, de vrina distillata, de vnoquoque quatuor vncias : bulli per tres dies, in die ter, in vase de metallo vel de vitro, & antequam abluas, fundas eum bis vel ter vt sit magis mundum.

Alia.

Accipe de auro quinque libras, de salibus quinque libras, de aquis similiter : bulli sicut necesse. Incipio calces auri cum virtute Dei.

De *calcibus auri.*

In nomine domini. Accipe de auro quinque libras, & fac partes ad modum digiti, & accipe de sulphure duas libras, & pisa & mitte in ollam magisteriorum de calcibus, & da ignem per duos dies & dimidium.

Calx

Calx vera ad ſolem,

Accipe de auro tres libras, & fac in modū oui mediani, et accipe de auripigmento ſublimato, & ſulphure, & ſale nitro, de vnoquoque vnam libram. de baurach libram ſemis: piſa & mitte in ollam rotundā, & da ignem ad magis per tres dies, ad minus per duos dies.

Alia.

Accipe de aūro quinque libras, ſalis nitri, ſalis armoniaci ſublimati, & baurach cōmunis, de vnoquoque duas libras, fac de auro laminas & piſa ſales, & mitte in vaſe, & da ignem ad magis per quinque dies, ad minūs per tres dies.

Alia.

Hęc calx nō conuenit huic magiſterio. Accipe de plumbo iij. libras, & miſce cum duodecim libris de auro, poſtquā fuerit fuſum, & frange & pulueriza, & intellige, & debet ibi permanere per vnam horam & dimidiam.

Alia.

Dixit Abuali Abincine: hęc calx finit, & finiunt hic omnes calces auri. Accipe de auro ſeptem libras, de baurach communi, ſale nitro, ſulphure, de vnoquoque tres libras: piſa & miſce, & da ignem ad magis per vij. dies, ad minus per duos dies. Finiunt calces, & finit capitulum xx. & nihil de re manſit adquendum de capitulo xx. niſi lauationes.

Prima ablutio.

Accipe de ſale nitri, ſale armoniaco ſoluto, aqua aluminis albi & rubei, pondera æqualia, de auro medium pondus, de vrina puerorum, de aceto, de vnoquoque duo põdera: miſce & bulli in vaſe vitreo per xij. dies quater in die, & cambia in eo medicinas de tertio in tertium diem, & intellige.

Alia.

Accipe de calce auri vnum pondus, aqua aluminis albi, aqua ſulphuris, de auripigmento ſoluto, de vnoquoque pondus & tertiam, aquæ ſalſæ duo pondera & dimidium: bulli per decem dies, in die decies: & intellige magiſteria philoſophorum, & ſcias quòd quando aliquid bullis ſuper ignem, non debes auferre dum eſt calidum: ſed debes dimittere frigerare paulatim, quia niſi faceres, peioraretur ablutio, & ita facies de omnibus quæ abluis. Et quando aliquid abluis, debes piſare prius omnes ſales, & debes prius bullire cum vrina, aut cum aceto, aut cum aqua ſalſa, & dum bullit mitte ibi corpus: ita de auro ſicut de alijs corporibus, & ſi ſint ſoluti ſales, prius debent miſceri, et bulliri, & poſtea debes mittere corpus.

Alia

Alia ablutio.

Accipe de calce auri vndecim libras, salis gemmæ, salis armoniaci tres libras, de baurach, de sulphure, de vnoquoque vnam librá & semis, de vrina puerorum decem libras, salis armoniaci soluti absque prædicto vj. lib. misce & bulli per xij. dies, in die quinque vices in vase de metallo.

Alia ablutio Physica,

Omnes aquæ, & omnia olea, & vnam terram pondera æqualia: aurum ad pondus de omnibus ponderibus duas vices. Intellige sicut debes bullire. Finit ablutio, & finit Capitulum vigesimum, & omnia corpornm opera: & omnes homines sicut nos diximus, possunt discere opus istud, sed tu nemini dimittas legere librum tuum: postquam est finitus laudetur Deus.

De *distillatione urinæ.*
Cap. XXI.

IN nomine Domini: Incipit capitulum vigesimumprimum: loquar de distillatione vrinæ, quia magis necessaria est omnibus alijs. Et sunt quidam philosophorum, qui dixerũt quòd vrina erat lapis, & apposuerũt ei nomen tasrasim tesizin, & non potest esse: ideo loquemur qualiter debet distillari vrina.

Fac cucurbitas in modum de cucurbitis aquæ roſæ, nec maiores nec minores, & fac furnum in hunc modum, in longitudine viginti palmorum, & in latitudine trium palmorum, & facies orellam in altitudine vnius palmi & medij, vſque ad duos palmos, & mitte in eis, & implebis de vrina puerorum, & pueri ſint de ætate decem annorum, & in illa hora quando accipis vrinam, debes ſepelire ſub fimo ad minus quinque diebus, & dai-gnem donec tota ſe diſtillet.

Alia.

Sūnt quidam qui diſtillant vrinam ſicut aquam roſaceam, cum aqua & ſine aqua.

Alia.

Accipe vrinam & diſtilla, & mitte in cucurbitis, & cucurbitas in foraminibus, & da ignem ad cucurbitas, & hoc apud me non eſt bonum. Debes ſcire quòd prima vrina quæ ſe diſtillat eſt per ad incorporandos ſales, & per paſtare botos & ſimilia, & per lauare lauatione tertia, & alia quæ poſtea ſe diſtillat eſt bona per lauare lauationes primas: ſed quando diſtillas, ſerua primam in partem, & in aliam ſimiliter in partē.

Explicit capitulum
xxj. laudetur
Deus.

De

De ſale armoniaco.
Cap. XXII.

IN nomine domini, dixit Abuali Abinc. In hoc capitulo xxij. loquar de ſale armoniaco, & de ſuis maneriebus. Dixi tibi in prædicto libro, ſalem armoniacum meliorẽ omnibus alijs. Sed debes ſcire quod debes magis habere de eo ſale, quàm de omnibus alijs, quia magis intrat in magiſterium omnibus alijs ſalibus propter ſubtilitatem ſuæ naturę, quæ eſt lauans, & facit miſceri alias res, & trahit de rebus illas res, quæ ſunt in eis per fortitudinem, & nulla res eſt magis neceſſaria in magiſterio, quàm vrina, & poſtea ſal armo. Et modô loquar de eius ſolutione.

De eius ſolutione.

Accipe de ſale armoniaco vnam libram, & accipe de butellis porci, vel vaccæ, vel hominis, & fac bullire aquam, & pulueriza ſalem, & imple de eo butellum, & quando feruet aqua, proijce eum ibi, & laua prius butellum exterius & interius cum aqua butello exiſtente humido, & bulliat ad magis per quatuor horas, ad minus per duas horas, & ſunt qui non feruent niſi tantùm per vnam horã.

Alia.

Accipe de ſale armoniaco tres libras, de aqua, & bulli donec cognoſcas quôd aqua minuat, & ſerua in vaſe vitreo.

Alia.

Accipe de ſale armoniac.l.libras, pulueriza, & mitte in ollam vitreatam,& mitte ad ſolem per xl.dies,&proijce decem lib.de aqua, & miſce,& mitte in vaſe vitreo, & ſepeli ſub fimo per xxv. dies. Explicit capitulum xxij. Incipit capitulum xxiij.

De ſublimatione ſalis armoniaci.

Cap. XXIII.

DIxit Abuali Abincine. In hoc capitulo loquar de ſublimatione ſalis armonia. Sal armoniacus eſt vnus de quatuor ſpiritibus, & ſublimat ſe ſicut mercurius: & ideo vocant eum ſpiritum, quia ita aſcendit ſicut ſpiritus. Et dixi tibi multotiens quòd non debes mittere in calcem, ſi non eſt ſublimatus,& in hunc modum ſe ſublimat.

Alia phyſica.

Accipe de bonō ſale armoniaco tres libras,mitte in cucurbita,aut in aludel, poſtquam feceris eum puluerem, & paſtatum cum vrina puerorum,& da ignem bis ad magis per duos dies, ad minus per vnum diem, donec cognoſcas quòd ſublimatum eſt,&ad magis ſublimabis bis ſex vices,& puluerizabis,& detemperabis cum vrina puerorum vel cum aceto,& ſublimabis ad minus bis vel ter.

Alia.

Alia.

Accipe de ſale armoniaco vnam libram & ſemis, & fac paſtam & mitte in aludel, aut in cucurbita, & ſublima ſicut eſt neceſſe. Explicit capitulum xxiij.

De mercurio & eius operibus.
Cap. XXIIII.

IN nomine domini, Dixit Abuali Abincine. In hoc capit. vigeſimoquarto loquar de mercurio, & loquar ampluin verbum. Multi dicunt quòd Mercurius eſt petra, quia vident: tinctus ſine alexir facit ſolem, quod ſingulariter operatur ſine adiunctione, & ſine alexir facit lunam, tinctus ſine alexir facit ſolem: Ideo dico ſua bona opera quæ eueniunt inde quando eſt ſublimatus, & quando ſe ſublimat illuminat corpus, lauat, tingit, imprimit illud, facit album per ad album, facit rubeum ad rubeum, facit lucem. Manu tene ipſum cum ſuis bonis operibus, & accipe pondus duarum librarum, & miſce cum vigintiquatuor libras, de cupro calefacto & abluto, vnaquæque iſtarum librarum ſit de quatuor vncijs. Vnaquæque duarum librarum quòd ſit de duodecim vncijs, & miſce de argento calcefacto & abluto vnam libram. Sufficiunt tres vnçiæ fermenti, vt ponantur ſuper libras ij. minoris corporis, & cũ mercurio ſuper xxiiij. lib. maioris corporis,

& veniet inde bona luna, si faciat sicut est necesse, ita tamen quod sit mercurius sublimatus per xx. vices, & si figunt in rubeum, facere possunt ab eo solem ad prædictũ pondus, cum pluribus: ideo dicam modum subliman di & abluendi.

Ablutio prima.

Accipe de mercurio ʒ. lib. & laua in modũ quẽ tibi dicam, & mitte in aludel, & sublima eum. Et modus ablutionis est quod accipias de mercurio 4. lib. & bulli si est per ad album cum aqua aluminis albi, & sale communi, & vrina distillata, de vnoquoq; iij. lib. ꝑ v. dies, in die quinquies: & accipe de sale armo. cum sale alcali, de vnoquoque ij. libras, & de aqua salsa vij. libras, & bulli per septem dies in die septies: & si est per ad solem, accipe de aqua aluminis rubei, & de baurach, de vnoquoq; ij. libras, de aceto distillato quatuor lib. bulli per vij. dies cum quatuor libris de mercurio septies in die, cum vase ferreo non stannato: & in capite vij. dierum accipe de auripigmento soluto, & de aqua sulphuris, & de sale armoniaco soluto, de vnoquoq; vnam libram & semis, de sale cõmuni, de sale alcali, de vnoquoque vnam libram. Misce cum mercurio, & bulli per tres dies in die quinquies: & post quam ablueris laua eum cum aqua dulci si sit ad solem vel ad lunam, & pòst mittas in aludel

del,& ſublima. Et non dicam tibi alios modos abluendi, quia iſte eſt de melioribus: & quia habes neceſſe magis lauare, dicã de ſublimatione,& iſtud capitulum eſt ſublimationis.

Alia ſublimatio.

Accipe de mercurio abluto ſeptem vncias, ſi eſt ad lunam, mortifica eum in tribus vncijs de ſale nitro cum vrina puerorum cõterendo ſuper marmor, & mitte in aludello: & iam dixi tibi modum aludelli quomodo debes facere,& cooperire, & quomodo debes cuſtodire vt non egrediatur,& da ignem per xxiiij.horas,& ſublimabit ſe.

Alia ſublimatio ad ſolem.

Accipe de mercurio quindecim vncias, mortifica cum alumine rubeo vel vitreolo, de quocunque vis vij. vncias cum aceto diſtillato,& mitte in aludello & ſublima.

Alia ſiue ad ſolem,ſiue ad lunam.

Accipe de mercurio tres libras, & mitte in aludello de magiſterio ita facto vt inde non poſsit egredi, & bene lutato ſicut docui te,& da ignem donec cognoſcas quòd bene eſt ſublimatus. Explicit capitulum vigeſimumquartum.

De induratione Mercurij.
Cap. XXV.

IN nomine domini dixit Abuali Abincine. In hoc capitulo loquar de Induratiõe mercurij. Mercuriũ indurat ille qui neſcit ſublimare, & quando habet illum induratum videtur ei magnã rem mirabilem feciſſe, & hęc res non eſt magna apud philoſophos, ſed eſt nimis ſubtilis & ſine magna vtilitate, & ille ſe indurat per corruptionem quàm recipit ab alio, & qui incorporat eum quando vult indurarę cum alia re ferè nihil facit, & nos quando induramus illum, non mittimus ibi de rebus illis, quas alij ibi mittunt: quia ſunt quidam qui mittunt ibi de puluere gallarum & de virgis alchizaram, & de granis mirti: quia putant quòd propter ſiccitatem ſuam valeant ibi, & hoc eſt melancholiæ, & infirmitas capitis: ſed ratio quomodo debet fieri eſt hæc, quòd aſſetur primum: & qui aſſaret eum quando vult ſublimare magis valeret, ſed induratio non poteſt fieri niſi prius aſſetur.

Aſſatio.

Hîc illuminando oculos tuos dico, quòd accipias de mercurio duas libras, & mitte in olla ferrea, & cooperias cum terra magiſterij, & mittas in igne communi, & ſtet ibi per duos

duos dies & vnam noctem.

Alia assatio.

Accipe de terra, & fac de ea vas & vitrea tum, & fac eum rotundum in medio camini, & fac coopertorium eius vt bene coniungat, & mitte de mercurio in arbitrio tuo, & de aqua lapidis quartam partem mercurij, & lutabis extrà cum luto magisterij, & mitte in furno, & stet ibi donec assetur ad magis per iij. dies, ad minus per duos dies.

Alia.

Accipe de mercurio quinque libras, & fac ollam ferream subtilem multum, sicut est auris catti. & calefac eam, & mitte in eam mercurium, & cooperi bene, & mitte eam in furno, & stet per diem & dimidium, & ita debes eum indurare: Fac ollam rotundam ferri in modum oui, & fac orellam amplam ad modum digiti, & fac coopertorium, & in eo fac tria foramina, & mittes ibi in arbitrio tuo, & mitte ibi quintam vel quartam partem aquæ lapidis. postea accipe de plumbo alcofoli, & de alio plumbo, & de stanno, & funde, & quando erit solutum mitte ollam vbi est mercurius superius, & stet ibi per septemdecim horas.

Alia induratio.

Accipe ollam ferream in modum oui totã clauſam, & fac in ea foramen vnum, & mitte in ea mercurium, & fac bullire cum plumbis ſicut prædixi per vigintiquatuor horas. Et vide qd̃ modus ſuperior eſt ad modũ medij oui, & iſte eſt ad modum vnius oui. & debes ſcire, qũôd nõ debes mittere mercuriũ in ollam, donec olla bene rubefacta ſit ad ignem. Et hoc eſt qd̃ dicit philoſophus: mitte mercurium in ollam ferream, rubeam, & vult dicere de ferro calefacto.

Alia.

Accipe de mercurio, & mitte in caſſa oui poſtquam aſſaueris, & mitte caſſam illam in ollam de ferro, & mitte illam ollam ſuper plùmbos ſicut ſuperius diximus. Et ſcias quòd illa caſſa in qua mittis mercurium, debet eſſe perforata, & mitte acum vnam intus, & agita paulatim quod inferius eſt album & rubicundum, vt egrediatur illud, & imple de mercurio & claude foramen cum terra magiſterij ſicut dictum eſt. aut accipe farinam triticeam, & cum aqua diſtempera & frica inter manus, & poſtea cum panno lineo de ea linito cooperi foramen.

Alia.

Alia.

Fac foueam in cinere, & mitte ibi mercurium, & cooperi cum cinere bene, & in circuitu de longe duos digitos, fode: & accipe de plumbo alcali, & solue, & proijce super cinerem vbi est mercurius, & fac ita quater aut septies, & inuenies durum: & hic est melior modus qui possit esse, quanuis mercurius induratus non sit nobis multum necessarius in hoc magisterio: quia magis valet ille qui est sublimatus duodecies. & quia bonum est magisterium: ideo diximus, & nisi esset propter dilationem, magis loquerer in eo: & quia in multis locis locuti sumus de induratione mercurij: ideo finit hîc capitulum vigesimum quintum de induratione mercurij.

De *auripigmento, & eius sublimatione.* *Capit.* XXVI.

In nomine Domini: Dixit Abuali Abincine: In hoc capitulo xxvj. loquar de sublimatione auripigmenti, & iam dixi tibi de solutione eius. Iam scis naturam auripigmenti, & melioramentum eius. Accipe de auripigmento duas libras, & vide quòd sit citrinum & lucens, & pisa super marmor bene, donec puluerizetur, et pasta eum cum aceto distillato: mitte in alutel, sicut docui te, qualiter debet fieri alutel, & caput aluteli in

bes ſublima quemlibet de tribus ſpiritibus non debet eſſe concauum ſuperius, nec debet habere foramen aliquod: in alutello mercurij debet eſſe illud foramen, & ſunt alij 3. ſpiritus præter mercurium, ſal armoniacum & auripigmentum, et ſulphur. Dabis ignem per 2. dies, donec cognoſcas, quia ſit ſublimatum.

Alia ſublimatio.

Accipe de auripigmento v. lib. & miſce ibi de alumine rubeo 1. lib. piſa totum ſuper marmor, & paſta eum cum aceto, & mitte in alutello, & ſit caput alutelli factum cauum ad modum duarum fabarum, & da ignem per 3. dies, et vnam noctem, & hoc quod ſe ſublimabit inde illud dicunt auripigmentum rubeũ: et quando vis trahere illud prius refrigerare dimitte, & cum alia ſublimatione quam dixerimus, finient ſublimationes omnes, & girgonzas, & auripigmentum rubeum eſt ignis: & ſic intellige in omnibus locis.

Incipit Tertia ſublimatio auripigmenti Philoſophica.

Accipe de auripigmento x. lib. & de aqua maris x. lib. & piſa tantum ſuper marmor donec tota aqua ſit incorporata cum auripigmento: & accipe de oleo ouorum 2. lib. & quartam, & de alumine albo 1. lib. piſa totum ſuper marmor cum prædicto auripigmento,

gmento , & mitte in alutello ,& vide quòd alutel vbi mittis bene ſit vitreatum:& accipe oculum hominis, & oculum canis, & oculum ſine oculo de oculo, & miſce iſtos 3. cum auripigmento, & da ignem per xxv.horas, vnaquęque hora de duab.horis et quarta. Explicit capitulum xxvj.& deo gratias.

De ſublimatione ſulphuris.

Cap. XXVII.

In nomine Domini: Dixit Abuali Abinc. Incipit capitulum xxvij. & loquar de ſublimatione ſulphuris. Dixi tibi quòd non accipias de ſulphure aranici, nec de ſulphure camonato, & de ſulphure citrino. Illud ſulphur eſt quod dicunt magiſtri , quod non eſt ſulphur. Accipe de eo 3.lib.de vrina puerorum diſtillata 2.lib.piſa,et mitte in alutello,et da ignem per xij. horas, vnaquæq; hora de tribus horis de xxiiij.in die.

Alia ſublimatio.

Accipe de ſulfure 4.lib.piſa & miſce cũ aceto diſtillato in alutello , & da ignẽ per vnum diẽ & dimidium. Et vide quôd quando ſublimas auripigmentũ ſine ſulfure , quòd alutel ſit bene coopertũ,& bene lutatũ cũ luto magiſterij: & quando trahis, quòd ſit bene frigidũ, et in capite alutelli vbi ſublimatur ſulphur eſt magnum magiſterium,& debet eſſe ad modum digitorum qui ſunt retorti de intus,& ſint de talib. incarpiẽde xv.vſq; ad xij.

Alia ſublimatio.

Accipe de ſulphure viuo vnam lib. miſce cum aceto. & ſublima per xxvij. horas de horis magiſterij, quæ ſunt duæ & dimidia in hora, de vigintiquatuor in die ſecundum philoſophos.

Alia ſublimatio.

Accipe de ſulphure quatuor libras, paſta cum aqua lapidis: poſtquam puluerizaueris mitte in alutello, & da ignem per xviij. horas de horis magiſterij.

Explicit capitulum XXVII.

De ſale alcali, & eius albatione.

Cap. XXVIII.

IN nomine Domini: Dixit Abuali Abincine: In hoc capitulo xxviij. loquar de albatione ſalis alcali, & de diuiſione per ſuas differẽtias. Sal alcali eſt herba quæ vocatur Albellui, & extrahunt ſuccum ab ea, & implent foueas, & induratur, & efficitur lapis perforatus niger, & vocatur Soſa, tantùm quòd cooperiatur, & dimittunt ad ſolem v. dies poſtea accipe filtrũ in longitudinẽ duorum palmorum, in latitudinem triũ digitorum, & mitte vnum caput illius vbi eſt aqua ſalſa, & aliud caput in cazola vitreata, & quod clarum decurrit dimitte in cazola, & mitte in furno, & dimitte ibi per diẽ & noctem,

noctem, & inuenies duram & albam, vt sal: & illa est quam dicunt album salem, & si forte non indurescit per diem & noctem, tantùm dimittunt intus, donec induratur.

Alia dealbatio.

Accipe quá dicunt Sosam 4. libras, & fac puluerem, & mitte in aqua dulci, & per medium de salsa decem libras, proijce ibi puluerem: & misce, & bulli in die vnam vicem, & ita fiat per 3. dies: & in capite trium dierum aquam, quę fuerit clara, mitte in cazola, & stet in furno, sicut diximus.

Alia

Accipe de puluere salis, & proijce ibi de aqua dulci tantum, quòd cooperiatur, & misce bene, & postea illam quę fuerit clara, mitte in cazola, & stet in furno, nec per duos dies, nec per vnum.

Alia.

Sed puluis in aqua per duos dies, & postea cola per pannum spissum, & quod egredietur, vide: mitte in cazola, & stet in furno, & si vis soluere, solue sicut soluuntur alij sales, de quibus postea tractabimus.

Explicit capitulum XXVIII.

De Salibus. Cap. XXIX.

IN nomine Domini: Dixit Abuali Abincine: In hoc capitulo xxix. loquar de solutione salium, & de trahenda aqua ab eis. Sales sunt in multis modis, & diuidunt se in multas differẽtias: sed maneries suæ sunt septem. Et sunt sal nitri, sal gemma, sal de aqua, vitreolum, baurac, alumen album, alumen rubeum, & sal alcali non est de huiusmodi manerie: quia est de herba. Sal armoniacus non computatur inter sales, & diximus de solutione & sublimatione eius. Diximus de albatione salis alcali: nunc dicemus de solutione eius. Maneries eius sunt duæ: vna quæ efficitur de herba multum bona, vel sasonata, & quæ non est sasonata, non intret in magisterio, & si vis agnoscere vide lapidem, si sit perforatus de parte in partem est bonus, & qui non est perforatus, non est bonus: quia terra quæ est ibi, claudit foramina. Quando dealbatus erit sal alcali meliori modo, accipe de eo duas libras, & mediam libram de aqua eius, quæ remansit, & libram vnam de aqua dulci, mitte in cazola, & pone in clibano, & cùm inceperit bullire, erit solutum.

Alia

Alia ſolutio

Accipe de ſale indurato vnam libram & ſemis, et proijce ibi tantundem de aqua ſalſa : et mitte in vaſe vitreo, et ſtet ſub fimo per octo dies, et vide quòd ſal quod albificas & induras vel ſoluis, ſit collectum in extremitate menſis Iulij, & quidam colligunt in Maio, vel in Martio : quia nunc vident magnam humiditatem in eo, ſed non eſt bonum: quia non eſt ſacionalis.

De Baurac.

Modò dicam tibi de ſolutione baurac. Baurac eſt in tribus modis : vnum multum rubeum, & dicitur baurac canimi, & alia maneries eſt minus rubea, et dicitur baurac acerabam, et alia maneries eſt baurac, quod trahit ad albedinem, & vocatur baurac eſpini. Et putant gentes, quòd ſit ſal nitrum, et non eſt : quia ſal nitrum eſt ponderoſum, et baurac leue.

De ſale nitro.

Sal nitrum efficitur de vitro, in hunc modum: quando coquunt vitrum, et mittunt in clibano, exit inde fumus, et ſublimatur in parietibus vnum ſuper alium, et illud eſt ſal nitri : et eſt alia materies ſalis nitri & naturalis, ſed magis valet quæ efficitur de vitro ad magiſterium, ſed maneries ſuæ

ſolũtionis eſt, quôd accipias de ſale nitro, & fac puluerem: & accipe de aqua dulci in duplum, & mitte ſubtus fimum, & ſtet per xv. dies.

De ſale communi.

Solutio ſalis communis eſt leuis, & non eſt neceſſe dicere ſolutionem: quia fit de aqua, & ita de ſale gẽma, ſed qui vult ſoluere, mittat in duplum de ſale quàm de aqua, & bulliat.

De baurac, & eius melioramento.

Solutionem baurac, & melioramentum eius non diximus, & modò dicemus: & baurac melius eſt quando eſt multum rubeum, et eſt multum leue, et ſua ſolutio eſt, quòd mittunt eum ſolùm in vitro, & mittunt ſub fimo, et ſtat ibi per menſem.

De vitreolo.

Vitreolum nec alumen album, nec rubeum non ſoluũntur: ſed accipere ſuam aquam eſt facile hoc modo: accipe de vitreolo vnam libram, de aqua dulci decem lib. & coquunt vſquè minuantur inde duæ partes: poſtea iaciunt vitreolum eſpili in aqua illa, & bulliunt ibi ter, & colant: illa eſt aqua vitreoli.

De aqua aluminis albi.

Aqua aluminis albi eſt in hunc modum: Accipe de alumine albo quatuor libras, de aqua dulci octo libras, piſa, & miſce, & bulli

per

per quatuor dies, quater in die: & illa est aqua aluminis albi.

De tribus modis aluminum.

Non dixi tibi in hoc libro alumen quid est, nec de quo fit, nec maneries in quibus fit. Alumen est in tribus modis. Album, Rubeum, Citrinum. Citrinum non intrat in magisterium, dimittimus: quia quòd non est nobis necesse in hoc libro dimittimus. Alumen album fit iuxta mare in parte dextra seculi, & dicitur alumen iameni, & diuiditur duobus modis: vnum est in modum pulueris, alius est in modū lapidis: & quod est in modum lapidis si tetigerit eum aqua fundit se, et exiit ex eo aqua sicut de sulphure: quia aqua quæ fit de sulphure est calida, & quæ fit de alumine similiter est calida. Si accipias alumen istud cum sua aqua, similiter vocatur aqua aluminis, & alumen rubeum est in alia parte, & vocatur almahagra, & facit se vbi inuenitur petra sanguinea, & dicitur alumen magrane: & accipiunt suam aquam, sicut accipiunt aquam aluminis albi.

Explicit capitulum XXIX.
Deo gratias.

De corporibus albificandis. Cap. XXX.

IN nomine Domini: Dixit Abuali Abincine: In hoc capitulo xxx. loquar de albificandis corporibus. Albificatio corporum non est aliud, nisi quòd 6. quæ pulueri-zantur albificare. & sunt quædam quæ sunt alba, vt luna, & stannum, & non oportet dealbare: & modum albificandi cuprum, iam in multis locis, diximus, & modus de albificando sole non est nobis necessarius: nolumus de bono minus bonum, sed tamen si opus est, docebo quomodo potest dealbari.

Prima dealbatio

Accipe de sole, & fac calcẽ sicut diximus superius, & laua cum salibus, & calx sit cum salibus: et si lauationes cum re rubea fierent rubeæ: et si fieret calx cum re rubea, similiter fieret rubea: & si vis facere calcem leuem, accipe solem, et fac laminas, et mitte in ollá, et accipe de plumbo: & funde, & plumbo superpone ollam vbi sunt laminæ, & poterit fieri calx.

De sole albificato.

Accipe de sole vnam libram, de terra lapidis, & de aqua eius, de vnaquaq; quartam partem libræ, & sit lapis, lapis naturalis.
Accipe de sale soluto et sublimato vnam libram,

bram, et cum calce quam habes totum miſce,& imbibe de vrina puerorum diſtillata, et fiat paſta, et mitte in vaſe vitreo, et ſtet ſub fimo xviij. diebus, et erit alba vt luna. Et medicinæ ad quas valet hic puluis, ſunt hæc: ad lapides præparandos de non bonis facere bonos, & ſi facias vnum pondus huius ſolis, qui eſt quaſi luna ſuper perlas facit illas rubeas: et ſi mittas drachmam vnam cum vncia ad fermentum lunæ, valebit ibi quantum tres vncię de luna: et ſi des ſecundum phyſica calculoſis, frangit lapidem in ipſa die: & ſi des mulieri prægnanti de maſculo facit eam mulierem. hæc ſunt medicinæ experimentatæ de hoc puluere ſolis dealbato. Nunc loquamur de Saturno dealbando.

De albificatione plumbi.

Plumbum dealbatur ſicut cuprum: & dicam tibi modum. Accipe de plumbo duas libras, de ſale armoniaco & ſoluto. & iterum ſublimato libram & ſemis, de ſale nitro libram ſemis: fac calcem ſicut debet fieri, laua per xiiij. dies ter in die.

Albificatio Phyſica.

Albificatio ferri eſt difficilis illi qui non intelligit. Accipe de ferro vnam lib. de terra cœli, de terra terræ, de terra maris, de vnaquaq; 1. libram: fac calcem ſicut debes, & ac-

cipe de aqua cœli, de aqua terrę, de aqua maris, & laua cum iſtis tribus aquis: & ſicut ſuprà diximus in capitulo ferri: Accipe de igne cœli, de igne terræ, de igne maris, de vnoquoq; quartam partem libræ, & mitte in vaſe vitreo ſub fimo per xv. dies, & erit album vt nix.

Alia.

Albificatio metalli dealbatio Phyſica, vnge cum ſanguine porci ter in die, & erit album vt nix.

Quæſtio filij: Reſponſio patris.

Dixit Abuzalemi: Hæc ſunt de quibus neſcio rationem. Dixit Abuali: non dicam tibi omnes rationes, donec legas libros philoſophorum, et meos libros: & ideo nolo tibi reuelare megiſteria, & poſtquam albificauimus.

Explicit capitulum XXX. *Deo gratias.*

Quomodo fiat argentum viuum de plumbo.
Cap. XXXI.

IN nomine Domini: dixit Abuali Abincine: In hoc capitulo xxxj. loquar de ipſa præparatione plumbi alcofolis. Plumbū alcofolis præparatur in multis modis, ſed ego dicam ſuos modos. De plumbo alcofolis faciunt mercurium in hoc modo: Accipe de plumbo alcofolis nigri & ponderoſi

ſeptem

ſeptem lib. piſa, & fac puluerem, & paſſa per pannum bene ſpiſſum. & proijce ibi de aqua dulci xxj. lib. et miſce in vaſe vitreo cum alcofoli, & ſtet ſub fimo per 28. dies: poſtea accipe de eodem plumbo quinque libras: & proijce plumbum primùm ſuper marmor: & piſa, & ſolue aliud plumbum, & proijce ſuper aliud plumbum vncia ad vnciam, donec tantum iacias: & tu miſcendo et agitando, poſtea accipe illud cum libra vna ſalis armoniaci ſoluti: & mitte in fimo cum eadem aqua per 28. dies: poſtea trahe, & plumbum quod ibi inuenies factum durum, funde: & poſtea mitte ſuper marmor, miſcendo cum alio plumbo, et ita facies, donec fit argentum viuum. hic eſt vnus modus argenti viui: & modò dicam tibi alium modum.

De *plumbo alcali.*

Accipe de plumbo alcali: & ſolue, et poſtea mitte ſub fimo, et ſtet ibi per xxx. dies, & de decem in decem diebus mitte vnam libram ſalis armoniaci ſoluti, & quacunque hora miſeris ſal, fundas plumbum, et de xv. in xv. diebus proijcias ibi vnam libram de aqua lapidis, & ſit plumbum octo lib. poſtea accipe marmor, & deſuper mitte de plũbo alcali vnam libram, et de ſale armoniaco ſoluto vnam libram, et de aqua lapidis vnam libram, et miſce ſuper marmor miſcen-

do & proijciendo libram & libram, & ita facies donec totum plumbum ibi proijcias, & duo homines agitent fortiter: postea accipies illud plumbum quod habes fusum, & mittes in vase vitreo, et pones sub fimo, & dimittes, donec totum sit solutum: et si non inuenias plumbum alcali, & vis præparare plumbum alcofolis per facere corpus in loco plumbi alcali, potes facere hoc modo: accipe de plumbo alcofolis decem libras, pisa bene, & de sale nitro duas libras, & de sale armoniaco libram & semis, & de accingar libram et semis: pisa, et misce, et da ignem fortem cum barchinis, donec sit fusum.

Explicit capitulum XXXI.

De cognoscendo cupro.
Cap. XXXII.

IN nomine Domini: Dixit Abuali Abinc. In hoc capitulo xxxij. dicam tibi quomodo eligunt corpora bona de non bonis. Primùm dicam tibi de eligendo cupro. Accipe cuprum quando vis temperare: & fundas, et postquam fusum fuerit, vide colorem eius: si sit nimis rubeum, non est bonum, si habeat colorem citrinum bonum est: quia rubeum ostendit quod multum est coctum.

Aliud

Aliud ſignum.

Fac de eo laminas, et pone ſuper incudi-ne,& percute cũ martellis:ſi audieris,quòd ſonauerit acutè,ſcias quòd crudum eſt,ſi audieris quòd faciat ſonum,ſicut qui ſonat rotundo ore,ſcias quod eſt coctum nimis:ſi videris quòd ſonet gracili ſono,ſcias quòd bonum eſt, et coctum ſicut decet . hîc dimiſimus multa ſuperflua de Geometria.

Electio plumbi.

Sicut diximus de electione cupri : ita dicemus electionem plumbi. Vide plumbum non ſit fulloſum,nec nigrũ: & quando ſcindis,quòd appareat album,& ſit bene ponderoſum,et hoc eſt ſignum quod bonum eſt.& quando percutis eum cum martello ſuper incudinem, ſonat ſonũ bonum & acutum: et quãdo vis ſignare eum cum vngula,quòd appareat ibi ſignum alcali.

Electio ſtanni.

Debet eſſe ſtannum quod trahat ad albedinem, mixtum cum croceo cọlore: & non ſit quod ſtrideat, & cùm percuties, quòd ſe elonget,& ſonet ſonitu durante. hîc dimiſimus electionem de allatone, de metallo,de ferro.

Electio argenti.

Argentũ eſt leue ad cognoſcẽdũ cognoſcẽ.

tibus,& graue non cognoſcentibus:quia fit argentum de minera, & de opere cum alexir,et ſine alexir:& melius omnibus iſtis eſt quod fit de opere per botum ſine alexir: & cognitio ſua eſt quòd apparet albior omnibus alijs, & leuius fundit ſe omnib. alijs, & naturam philoſophi pluſquam aliam naturam vel lunam illud diligit. hæc eſt cognitio illius quæ fit de magiſterio ſine alexir,et cognitio illius lunæ, q̄ fit cū alexir:hoc eſt,qa non eſt tā alba ſicut prima,& tardius ſe fundit: & ſi turpis eſt, citô ablüitur: & quando fundis,magis feruet quàm prima,& apparet deforis nigra.

De ſigno naturalis argenti.

Signum naturalis argenti,quando percutis eum cum malleo ſuper incudinē,facit ſonum extraneum, non ſicut cuprum, nec ſicut alia corpora:& quando funditur,exit in deſtercus mixtum cum terra:& ſi habes neceſſe per ad fermentum calcinabis,vt ſuprà: & ſi eſt per ad magiſterium ſine alexir,mitte de illo quod eſt cum alexir: & ſi non inuenias de vtroq;,mitte de naturali.

Electio auri.

Electio auri ſecundū electiones lunæ. Cū facis magiſteriū,& vis mittere fermentū: & ſi fermentū eſt de magiſterio, cognoſcas cū quo lapide fuit operatū magiſteriū & cū illo lapide operaberis magiſteriū: & nō miſceas

lapidem

lapídem fermẽti cum alio magiſterio. & iam dixi tibi ſigna vnius cuiuſque lapidis in alio loco. Explicit capitulum trigeſimumſecundum. Incipit capitulum xxxiij. & ibi complebitur dictio vj. cum virtute Dei.

De colore ſalis armoniaci. Cap. XXXIII.

IN nomine domini dixit Abuali Abincine. In hoc capitulo loquar de electione ſpirituum : & quia in quantitate eius eſt magis neceſſarium ſal armoniac, loquar de ſale armoniac. Quot ſint eius maneries, & quæ eſt melior, dixi tibi in capitulo ſalis armoniaci: & dicam tibi quod nullum alium ſalem debes accipere armoniacum, niſi quod album eſt, de colore lapidis cryſtalli: quia fumoſitas fit in balneis ſulphureis, vel ſalſis, & figit ſe in parietibus, & ſublimatur fumus in lapidem, & illud non eſt bonum ad aliquod opus, & probatio eius eſt ſi eſt de illo vel non : Solue ſicut diximus, & ſi ſit de fumo non ſoluetur, & ſi non, ſoluetur : Et dicam tibi aliud ſignũ, quod illud vile trahit ad nigredinem intus vel foris, & bonum eſt album.

De probatione Mercurij.

Modò dicã tibi ꝓbationẽ mercurij. Mercurius eſt valde neceſſarius in iſto ope ad ſublimãdũ, ad indurãdũ, & ad albificãdũ, & ad alia opera facienda: & melior eſt qui fit de me

na,&melior probatio eius est,sicut diximus, de sputo cum cinere.

Electio auripigmenti.

Probatio auripigmenti quod est lucidū, citrinum & squamosum est bonum:ratio super eum. illud quod est citrinum de natura aeris,est calidum.

Electio sulphuris.

Probatio sulphuris: vide quôd non sit de aramico, & sit de viuo, & quando sublimas non facit magnum sonū, & est bene croceū. Ratio soni in Geometria est v.infrà v. & vnū v.sicut est de cupro: & nisi esset propter dilationem, dicerem in eo magnum verbum: & debet esse ponderosum & bene viuum.

Explicit capitulum xxxiij. & cum illo explicit Dictio sexta.

INCIPIVNT CAPITVla Dictionis septimæ,quæ sunt quatuor.

In primo capitulo tractat de præparatione sanguinis & diuisione per quatuor elementa. Ostendit ergo quis sanguis, & quando debeat colligi:et hominum quot annorū, et quod in vasis vitreis,vel vitreatis debeat eruari. Prius inhumabis, postea distillabis

per

per menſem (intellige quindecim dies naturales) pòſt agit de furno. Et quod fiat diſtillatio per cinerem calidum, & quarta pars cucurbitæ remaneat vacua: quod primo diſtillabitur eſt aqua, quam non exponas aeri, ſed ponas in vaſe vitreo ſub fimo, poſt diſtillabitur res crocea mixta cum rubeo, illud eſt oleum mixtum cum ſanguine, id eſt igne, qđ conſeruabis in fimo in vaſe vitreo, & remanebit in fundo cucurbitę terra ſicca & nigra, quæ poſtea erit dealbanda: poſt ſeparabis oleum ab igne diſtillando. Oleum erit croceum: ignis, id eſt, terra rubea, remanebit in fundo, quem poſtea præparabis, ſicut docet magiſter, & molas in vitreo lapide, vel ſuper marmor: pòſt docet qualiter rubificetur mercurius cum igne lapidis, & non ceſſes indurare ignem ad ſolem, donec ſit durum, vt plumbum, vel ſaltem vt cera. Omnes ſpiritus conſerua in fimo in vaſe vitreo: poſt agit de præparatione olei & aquæ, & de præparatione terræ, quæ inter duas concas debet prępa rari, donec fiat alba, vt nix vel camphora.

In capitulo ſecundo tractat de præparatione ouorum, & diuiſione in quatuor elementa. hæc ſunt lapis naturalis, ſicut ſanguis lapis animalis, quia ſanguis anima eſt, pòſt docet, quare oua gallinarum ſunt ad hoc opus meliora, & oſtendit qualiter præparentur & decoquantur, & poſtea inhumentur. poſtea

oſtendit qualiter diuidantur per quatuor elementa, & dicit quòd lapis ouorum non eſt multum neceſſarius huic operi, & tractat de commixtione ouorum & tartarucarum, & agit de præparatione vniuſcuiuſque elementi ouorum, & ſcias quòd terra figit.

In capitulo tertio agit de lapide herbali, id eſt de capillis. Oſtendit qui & quales accipiantur, & de quibus hominibus, & cuius ætatis: prius loquitur philoſophicè & obſcurè: pòſt docet qualiter abluantur in vaſe vitreo vel vitreato: pòſt docet qualiter inhumentur: pôſt loquitur philoſophicè, & de ponderibus philoſophicè & obſcurè oſtendit magiſterium quod non videatis: poſt inhumationem capillorum diuidit capillos per 4. elementa, & tractat de præparatione elementorum: poſt oſtendit qualiter abluatur terra trium lapidum.

In capitulo quarto loquitur de alexiris lunæ, & quædam philoſophica interponit de cõuiuio, de caulibus, & alijs, de dalfine, pòſt exponit, pôſt docet quid debemus intellige-re per ſalem armoniacum. In alexire lunæ ſignificat terram, in alexire ſolis ſignificat aerem, & agit de dentibus diaboli, id eſt, de fortitudine ſeculi, & fortitudo quandoque ſignificatur per ſalem armoniacum, aqua aquilæ eſt aqua lapidis.

DI-

DICTIO SEptima.

DE SANGVINE, ET IN quo tempore debeat colligi, & de Quibus perſonis.

Cap. I.

DIXIT Abuali Abincine: hoc eſt capitulum primum de hac Dictione. Primum dicá quid eſt ſanguis: Quomodo præparatur, & cur, & in quo ſe p̄parat, & qualis ſanguis eſt neceſſari⁹ in magiſterio. Sanguis neceſſarius in magiſterio eſt hominis: & quia hominis anima eſt melior omnibus, & quia corpus ſolis & lunæ eſt omnib. melius, ideo mittimus ſanguinē hominis, qui eſt anima, quia hominis anima eſt ſanguis, & ſanguis eſt anima: & ideo vocatur lapis animalis. Sicut iam diximus, hic eſt ſanguis de quo operātur, ſed de quibus hominibus accipiemus dicimus: Nec accipias de phlegmatico, nec de colerico, nec de melancholico, nec de ſanguineo, ſed tantùm de illo accipias in quo ſunt omnes quatuor humores æquales, & nō accipias in tempore tali in quo aliquis humor ſit ſuperexcellēs tempora cōuenien-

tia,in quibus debes colligere ſanguinẽ: ſunt hæc.Martius,Aprilis,Maius,September,October.Sunt qui dicunt quòd debes colligere decem dieb.tranſactis de Martio vſque ad decem qui remanent de Aprili, & ſunt quadraginta dies & duo dies qui remanẽt de Aring. vſq; ad octo dies tranſactos Octobris. Verbum verum eſt in aſtronomia: quia quãdo ſol eſt in Ariete,& in Libra,tunc ſunt tempora annorum æqualia. Et facies poſtrema Piſcis eſt talis,qualis facies prima Arietis: & facies poſtrema Arietis eſt talis,qualis facies prima Tauri:non eſt talis in tota ſua quantitate,ſed eſt proxima illi:& ſic de cæteris. Facies poſtrema eſt talis, ſicut prima facies illius ſigni,quod eſt iuxta aliud, & tardat ſol in curſu ſuo triginta dies in vnoquòque ſigno: & hoc propter adiunctionem, & nõ propter veritatem: & vnumquodque ſignum habet tres facies, & poſtrema facies ſigni eſt ſicut prima facies alterius quod eſt iuxta eum , & tardat ſol curſum ſuum in vnaquaque facie decem dies. Dixi ergo quòd medietas faciei poſtremæ eſt v.gradus & v.dies, & tardat ibi ſol curſum ſuum v. dies per adiunctionem, & ita v.gradus quod eſt media facies de prima facie alterius ſigni quod tranſijt,& tardat ſol in illis v. gradibus v. dies, & ſunt decem dies & triginta dies de ſigno, ſunt omnes xl. dies.Ergo ſignum Arietis & facies media de

prima

Prima facie Tauri eſt æquale totum: & poſtquam æquale eſt, illi quadraginta dies quibus tardat ſol in eis, ſunt æquales: & nõ ideo quia poſtrema facies Piſcis & prima facies Tauri eſſent æquales, ſed propter maiorem æqualitatẽ dicimus, medias facies: & in hoc eodem conueniunt poſtrema facies Virginis cum Libra, & prima facies Scorpionis cũ Libra. & intellige. Sed cum vis colligere ſanguinem exalta aſtrolabium de hora illa quãdo intrat ſol in primo gradu de prima facie Tauri, & de primo gradu de poſtrema facie Virginis vſque ad poſtremum gradũ de prima facie Scorpionis, eſt tempus magis æquale omnibus alijs temporibus.

Quod non accipiatur de ægro, ſed de ſano æqualiter complexionato.

Poſtquam ſcis tempus in quo debes colligere ſanguinem, dicam tibi ſanguinem neceſſarium per fidem quam mihi debes. Intellige magiſteria philoſophorum, quia debes videre & cauere, quòd non accipias ſanguinẽ de homine aliquam infirmitatem patiente, niſi de illo qui eſt ſanus, & abſtrahit ſibi ſanguinẽ ad tuendam ſanitatem ſuam. Et ſi acciperes de homine ægro, & infirmitas eſſet de frigiditate, aut de caliditate, aut de humiditate, aut de ſiccitate, non veniret tibi lapis de qualita-

te quam velles. Sed debes accipere de homine bene ſano in totis ſuis membris, & non ſit nec groſſus, nec tenuis, nec albus, nec niger, nec longus, nec paruus, nec citrinus, nec rubeus: ſed ſit æqualis in tota ſua factura, & in totis ſuis coloribus.

De *qua ætate debent eſſe.*

Poſtquam ſcis qualis debet eſſe homo, de quo colligas: modò dicam tibi ætatem annorum. Scias quòd ſanguis quem colligis non debet eſſe fœmina, & debes colligere in illa hora in qua pueri ſunt, in fortitudine ſanguinis, & debent eſſe trium annorum vſque ad octodecim annos, nec magis nec minus. Et ſi potes habere pueros ſeptem annorum, aut nouẽ, aut tredecim, aut quindecim, optimus eſt, & accipe ſanguinem illorum. Hic eſt modus in quo debes accipere ſanguinem, & ſi videris ſanguinem iſtorum decurrentem bene rubeum, eſt bonus: & ſi nigrum, aut albũ, aut citrinum, non eſt bonus: & ſi congeletur ſtatim aut faciat deſup ſpumã, nõ eſt bonus. Et quantitas acceptionis vniuſcuiuſque pueri eſt de tribus libris vſque ad v. Et poſtquã ſcis quomodo debes accipere, aut in quo tempore, aut in qua ætate, modô dicam tibi in quibus vaſis debes ſeruare.

De

De vasis.

Debes mittere in cucurbita vitrei in fundo lata, & in summo angusta: & quàm citò ibi miseris sepeli in fimo, & si necesse fuerit in vase terreo vitreato, & non in alio, & sit sub fimo per mensem xxx. dierum.

Alia humatio.

Mitte octo libras sanguinis cũ quarta parte libræ, & sepeli sub fimo in vase vitreo per tres menses, vnusquisque mensis quindecim dierum: quia mẽsis naturalis est quindecim dierum, quantum vadit luna ad augmentantum vsque ad medium circulum: quia postquam decrescit fit alius mensis.

Aliá.

Accipe sanguinem multum, & mitte in vase vitri, & stet sub fimo per vigintinouẽ dies: postquam scis humationes, modò dicam tibi distillationes.

Distillatio.

Quando abstrahis de fimo debes agitare cum cocleare ferreo, & non cum alio, donec sit solutus, & bene sit mixtus cum aquà clara: quæ apparet superius, & mitte in cucurbita vitri, & fac furnum in hunc modum: in longitudine viginti palmorum, in latitudine trium palmorum, & sit quadratus furnus, & cooperi cum lenis de quatuor digitis

in grosſitudine,& facies portas ad mittendū ignē,in anteriori parte, & facies ſuper lenas horas circumquaq; de alijs lenis, in longitudine trium palmorū, in grosſitudine 4. digitorū:& imple illas de cinere, & ibi mitte cucurbitas in quibus eſt ſanguis,& ita ſint plenæ cucurbitæ, vt tres partes ſint plenæ, & quarta remaneat vacua,& da ignem.& quod plus diſtillauerit erit croceum vel album, & poſtea croceum mixtum cum rubeo, & vnū quodq; diſtillatū ſeruabis ſeorſum: ita facies donec in cucurbita nihil remaneat ad diſtillādum,& pones ſeorſum rem albam cum videbis diſtillare, & non exponas aeri per diē vnum,ſed mitte in ampullam vitreā in fimo, donec dicamus quid facias.

Alia humatio.

Accipe aquam claram,quā inuenies ſuper ſanguine, qui eſt in fimo:& pone ſeorſum in ampulla in fimo,& mitte qd remanet in fundo in cucurbita vitrea,& diſtilla ſicut aquam roſaceam,&vnumquodq; quod diſtillaueris pone in fimo, ſicut ſuperius, & non miſceas cum primis diſtillatis.

Alia

Accipe de ſanguine quem poſuiſti ſub fimo xxx.lib.& diuide per 4.cucurbitas, et de aqua quæ eſt ſuperior accipe medietatem,& pone ſeorſum,& aliam medietatem miſce,ſicut dixi tibi in prima diſtillatione, & diſtilla ſecun-

secundum primá distillationem, & mitte sub fimo, sicut dixi in prima distillatione. Et post quam scis distillationes, dicam tibi quantitates de 4. elementis. Primũ de igne dicemus.

Alia præparatio ignis.

Accipe ampullam illam quam seruasti, mixtam cum rubeo & citrino, & pone in cucurbitis vitreis factis lõgis & strictis, & imple vsque ad medietatem, & pone in aqua vel cinere, & da ignem: & quod primum distillaueris rubeum & rubeũ, illud est ignis purus, & mũdus, & à philosophis vocatur oleum: & quod remanebit in fundo est ignis simplex, trahit ad nigredinem & rubedinem: postea ignem qui defluit rubeus & rubeus, iterum distilla, sed partem reserua: & quod distillabitur erit de colore olei latericij, & parũ magis citrinũ, & si incẽdas ad ignẽ incẽdetur magis quàm aliud oleum, & illud est oleum nostrum, quod colorat & figit, & quod indurat res humidas, & quod colorat lapides non bonos, & quod redigit mulierem in masculum, & quod facit dentes concutientes tenere, & ignem qui remansit in fundo miscebis cum priori igne, & pones super marmor, & habebis lapidem vitreum cum manu vitrea, erit de colore cœlesti, ne offendat oculos tuos, & habebit orellas duorum digitorum, & mitte ibi totum, & vtrunque ignem mole ad calidum solem cum magna fortitudine, & vbi

moles non ſit puluis, & quod habes de oleo rubeo, quod diximus oleum rubeum, & eſt oleum, iterum diſtilla: & quod remanebit in fundo miſce cum igne, quem quotidie moles, & mouebis ſuper vitreum lapidē, & tunc moles in forti ſole grandi calore, quando ſol eſt in fine Tauri, vel in principio Leonis, & hoc facies mouēdo per mēſem: poſt pone in vaſe vitreo paruo, ſubtili, & pone ſub fimo per quatuor dies: poſt trahe ſuper lapidem, & mole ad calidum ſolem, & ſuper vnamquā que libram ignis pone mediam vnciam olei calidi, id eſt rubei, & ita contere ad maximū ſolem per alios quindecim dies, & ne dimittas molere ab aurora vſq; ad noctem, & cū in cœperit indureſcere ad modū lapidis, ſerua.

Alia præparatio ignis philoſophica.

Hęc eſt pręparatio philoſophica, leuis, ſubtilis. Accipe de igne prædicto, & mitte marmor ſuper cinerem calidū, & da ignem cineri, & mole ignē deſuper fortiter per xv. dies, nec magis nec minus: & ſi vis cum eo figere mercurium per ad ſolem, fac in hunc modū. Accipe de mercurio decies ſublimato 4. vncias, & piſa ſuper marmor cū vna vncia ignis, & piſa p duos dies. Accipe 7. vncias de mercurio ſublimato, & mitte cum prædictis quatuor, & cum vncia ignis, & mitte in vaſe vitreo, & ſtet ſub fimo per duos menſes naturales: poſtea trahe ad ſolem, & videbis quod

erit

erit pulchri coloris, & ille est rubeus mercurius.

Aliud coloramentum mercurij.

Accipe de mercurio nouem vncias, & de igne vnam vnciam & semis, misce, & pone in vase vitreo cum vna vncia olei, & videbis cuius coloris fuerit: & ita tinges mercurium.

Alia præparatio ignis.

Accipe ignem quem seruasti, & pisa super marmor imbibēdo de igne ad calidum solē: fac ita per quindecim dies, & serua, sed non serues donec sit durum ad magis sicut plumbum, ad minus sicut cera.

Præparatio olei.

Et postquam scis præparamentum ignis, modò dicam tibi præparamentum olei: & quādo seruas ignem, debes seruare sub fimo, & sic quatuor elementa: de oleo non est preparatio, nisi distillatio & inhumatio sub fimo: & hic est noster ignis, qui tingit cum sua tinctura: & hoc est nostrum oleum, quod figit.

Præparatio aquæ.

Postquam diximus de pręparatione ignis & olei, modò dicemus de præparatione aquæ. Aquam debes mittere in cucurbitis & distilla sicut aqua rosacea, & quod nigredinis apparebit in fundo, miscebis cum terra, & seruabis aquam: quia illa est bona aqua: &

poſtquam diximus de præparatione aquæ, modò dicemus de præparatione terræ.

Præparatio terræ.

In terra eſt neceſſarium magnum prępara mentum : Accipe terrá nigram, & piſa ſuper marmor vitreum, donec ſit puluis, & imbibe cum aqua, & piſa, & fac paſtam, & mitte in va ſe vitreo, & ſtet in furno per viij. dies: trahe & iterũ mitte in furno, & ita facies per 4. vices: poſtea trahe, & piſa ſuper marmor ad ſolem per viij. dies: & quando eſt alba vt nix, ſerua ſub fimo ſicut docui te de alijs elementis.

Alia præparatio terræ.

Da mihi vnum arentium, ita grande, vt lẽticula de igne, & mitte ſuper x. M. de terra, & ęrit præparata.

Alia præparatio terræ.

Accipe terram quę eſt in fundo cucurbitarum, & pulueriza, & mitte ſub fimo, & ſtet ibi per mẽſem, & trahe, & piſa ſuper marmor vitreum, & imbibe cum oleo immiſcẽdo aquá, & piſa quotidie per xv. dies. Fac paſtam cum aqua ſola, & mitte in vitreo vaſe, & mitte in furno communi per duos dies & noctem, & trahe, & iterum mitte : & debes ſcire, quod vas vbi mittis terram ad dealbandum, debet eſſe duæ conchæ, vna ſuper aliam. & erunt alba vt camphora: & quidam lauant terram, & dicam lauationem eius in præparatione aliarum terrarum de lapidibus alijs. Explicit prę para-

paratio quatuor elementorum & ſanguinis cum 1. capitulo ſeptimæ Dictionis : & Deo gratias.

De præparatione ouorum: quia dicunt philoſophi, quod ouum eſt lapis naturalis. Cap. II.

IN nomine domini, dixit Abuali Abincin. In hoc capitulo ſecundo loquar de præparatione ouorum, & diuidam per quatuor elementa : & hic lapis eſt naturalis : quia dicunt philoſophi, quòd tres ſunt lapides, animalis, herbalis & naturalis. Iam diximus de animali, modò dicemus de naturali. Cur oua gallinarum vocantur magis naturalis lapis, quàm omnes alij lapides? ideo, quia non inuenies propinquiorem animæ altiori quàm gallina : & ideo dicemus , quia oua gallinarum ſunt lapis naturalis, & viuunt vnde homo viuit, de pane, de carne, de aqua : & cito in ventre hominis vertuntur in ſanguinem. propter has rationes dixerunt philoſophi, quod oua gallinarum erant lapis naturalis, ſed quidam dicunt, quod tantùm teſta ouorum ſunt neceſſaria operi: & alij dicũt, quòd totum ouum eſt ibi neceſſarium : & alij dicunt , quòd non ſunt ibi neceſſariæ teſtæ. Dico ergo vt ita fiat : accipe oua & aufer ab eis folia , quæ ſunt inter teſtas & ouum, & debes colligere in Martio & Aprili,

& Septembre & Octobre ſecundum rationē quam diximus in capitulo 1. ſed de gallinis q̄ habeant tantum vnum annū accipias, & ſint per totum annū cum gallo, & nō de alijs: nec de gallinis quę nō habeant criſtā rubeā, & cū habueris oua hoc modo præpara: Bullias ea in aqua dulci, donec bene ſint dura, & poſtea aufer ab eis teſtas cum follieulis illis, quæ dicunt bauam oui, & non teneas oua poſtquā ſunt poſita p octo dies: & piſa ea bene, & mitte in vaſe vitreo, & pone ſub fimo ſicut docuite multotiens: & ſtent ibi per tres menſes naturales, & non mittas teſtas ouorum in opere, quia ſunt ſuperfluitas, & res leuis, & ſunt quaſi coopertorīū totius oui, quia natura eſt ſapiens: quia mittit propter ſemen quod eſt intus: & totū aliud qđ eſt extrà ꝓpter neceſsitatē ſeminis: ſicut fecit pomariū pomis, cotonariū cotoneis: & natura pomi & cotonarij nō fecit carnē pomorū & cotoneorū ꝓpter neceſsitatē carnis: ſed fecit ꝓpter neceſsitatē ſeminis, vt ſit bene coopertū & cuſtoditū ab aere, & de alijs rebus: & adhuc quia hoc non ſuffecit, miſit corium deſuper quod cuſtodiret carnem: & ideo ſi non accipiemus niſi tantum albedinem paruam, quæ eſt ſuper, rubeum, bene faciemus: ſed quia non ſufficeret, totum aliud accipimus: ſed teſta oui eſt ſuperfluitas & cuſtos totius ſubſtantiæ oui. & intellige.

De ouis

De ouis accipiendis.

Accipe quadraginta oua: & coque, & tere cum testis: & mitte sub fimo, & stet per quinque menses.

Alia inhumatio.

Accipe de ouis x. m. millium: & bulli in caldario in aqua salsa, & iam dixi tibi terminum accipiẽdi, & de quibus gallinis, et dum calida sunt excoria; & pisa, & misce ibi 1. libram salis armoniaci soluti: & pone sub fimo per tres menses.

Alia de lapide Philosophicè.

Accipe res, & misce cum re, & vnicuique rei iacta 50. oua: & pone sub fimo.

Alia.

Accipe centum oua cruda: & tere, & mitte sub fimo, et stent ibi per 3. menses, postquàm scis modum sepeliendi, & diuisionem per quatuor elementa. Lapis ouorum non est multum necessarius in magisterio, sed dicemus qualiter debet prẹparari. formam cucurbitarum tibi dixi in capitulo primo, & similiter de furno.

De distillatione.

Dicam tibi prædicta oua qualiter debeant distillari: trahe oua, & mitte in cucurbi-

ta: & cooperi cucurbitam, & mitte in furno cineris, et antequam mittas in cucurbita, malaxa bene, & da ignem, donec distillent, et quod primùm distillabitur, est aqua, sed nondum pura: postea distillabitur ignis cũ aere mixtus, serua donec diuidas, et quod in fundo inueneris combustum, est terra.

Alia distillatio de ouis & tartuca.

Accipe prędicta oua, & mitte in cucurbitã vitrea: & cooperi cucurbitam, et mitte in aqua sicut facis aquam rosaceam: & distilla, et pone ad os alembici in ora distillationis aliud alembicum, aut aliã cucurbitam, & aliud alembicũ distilletur aqua tartucę, et receptaculum distillationis simul cum aqua ouorum, & si faceres hoc, magnus esses sapiens in hoc magisterio. Accipe de tartucis marinis 3. & de siccis locis 2. & extrahe eas de testis, et facias partes, et ponas sub fimo cũ cl. ouis coctis, et pistacis, et stẽt per 4. mẽses: et postea trahe, et mitte in vase vitreo, & sit vas in modum cucurbitæ, et mitte cucurbitam in furno cineris: & quando ceperit distillare croceum & rubeum, scias quôd est ignis & aer, et quod in fundo remanet nigrũ, est terra: et postquam diximus distillationem, modò dicemus præparationem quatuor elementorum: et primò dicemus de igne, sicut consuemimus.

De

De præparatione ignis.

Accipe ignem & aerem mixtos, et mitte in paruis cucurbitis, et distilla: et quod primùm distillabitur, est aer, et quod remanebit in fundo, est ignis: & inuenies in igne illo grana bene rubea, & quæ per se ipsa trahunt ad rubedinem & nigredinem: accipe illa, et mitte in vase vitreo tenui, et pone sub fimo per octo dtes: postea trahe: & mitte super marmor vitrea, & calidum solem: bene mole, et caue à puluere: et hoc facies per xv. dies, donec sit durum vt plumbum, vel vt cera, nec magis nec minus, et sepeli sub fimo in vase vitreo: et postquam præparaueris vnumquodq; elementum, statim mitte sub fimo ad condensandum.

Alia præparatio ignis.

Accipe ignẽ mixtum cũ aere, et distilla sicut prædiximus in primo cap. et imbibas cũ aere, et mittas marmor super cinerem calidum, et mitte sub fimo, et serua: et iste ignis est fortis sicut alij ignes: sicut humiditates, & cremat frigiditates, et intellige.

Præparatio aeris.

Et postquam diximus de igne, modò dicemus de aere: Aerem non oportet præparari: quia postquam remotum est ab igne, præparatus est, & serua.

Præparatio aquæ.

Præparatio aquæ fit hoc modo, & quod remanebit in fũdo, miſce cum terra: & quod diſtillabitur ſerua, quia eſt aqua, & noſter aer figit cum ſua tinctura, & noſtra aqua bullit cum ſua humiditate. & poſtquam dixi tibi de præparatione aquæ, modò dicam tibi de præparatione terræ.

Præparatio terræ tartucarum & ouorum.

Terra de iſtis duobus lapidibus qui ſunt tartucę & oua, eſt grauior ad præparandum quàm omnes aliæ terræ, quia groſsioris naturæ eſt omnibus alijs: & ita præparatur. Accipe quod inuenies in fundo cucurbitarum, & piſa ſuper marmor donec pulueri-zetur: poſtea paſta cum aqua, et mitte in paruis conchis: et pone in furno communi, et ſtet ibi per tres dies, et noctem vnam: poſtea trahe: & piſa, et paſta cum eadem aqua, & pone ſub fimo per quindecim dies: et trahe, et piſta, et paſta, & pone in furno panis, & ſtet per duos dies, & duas noctes: & trahe, et inuenies album vt eſt nix, & non inueniens album, piſa, & mitte in furno, donec ſit album.

Alia præparatio.

Accipe quod inuenies in fundo cucurbitarum, et piſa ſuper marmor, donec pulue-rizetur,

rizetur: & pasta cum oleo lapidis, et mitte in furno communi: postquam cooperueris, donec sit album: ibi permaneat, & fac sicut docui in alijs præparationibus terræ, & terra facit figere calcem: & intellige quod dicunt philosophi. Fige & laua antequam figas, & hoc magisterium est, qui intelligit. Et in hoc quod diximus de præparatione lapidis naturalis, et de diuisione propter 4. elementa, abundat ille qui habet sensum philosophi: & finit capitulum Secundum de dictione Septima.

De lapide herbali.
Cap. III.

IN nomine Domini, dixit Abuali Abinc. In hoc capitulo loquar de lapide herbali, & de suis proprietatibus & diuisionibus suis per 4. elementa: & de suis præparationibus. dixit Abuzaleni patri suo: Quid est lapis herbalis? lapis herbalis est lapis philosophorum: & si vis scire magisterium huius lapidis, operare sicut dicam.

De vero lapide.

Accipe quod videt, et quod non videt, et fac quod non videt, et habebis lapidem.

De lapide vero neceſsario.

Accipe tria cornua, quæ tantum ſunt in vnaquaq; beſtia: & adiunge, & fac ſicut dixi: & habebis lapidem. Pota eos qui ſitiunt, & ſatura eos qui fame pereunt, & veſti nudos: & calcia calciatos, & tu non habẽdis famem, & habebis magiſterium.

De tempore colligendi.

Poſtquam ſcis lapidem, dicam tibi tempus colligẽdi, & de quibus debes colligere. Tempus eſt illud in quo colligis ſanguinem & oua, ſcilicet Martius, Aprilis, September & October: quia in illo tempore ſunt humores æquales, & de quibus colligas ſunt pueri 6. annorum vſq; ad 15. annorum vſq; ad 30. vt dicit Adimuerat, & non habeant in ſeipſis humorem maiorem: & capilli qui non ſint, nec albi, nec nigri, nec rubei, nec citrini, nec groſsi, nec tenues, nec criſpi, nec plani, nec de fœmina: ſed ſint æquales in totis ſuis proprietatibus.

Ablutio.

Et poſtquam collegeris, debes lauare illos in aqua ſalſa, & agita ibi eos, donec ſint albi.

Alia ablutio.

Accipe de capillis 30. lib. de vrina puerorum diſtillata xl. de aqua ſalſa xx. lib. miſce cum

cum pillis, & bulli semel, et laua fortiter per duos dies.

Alia.

Accipe de capillis xv. lib. salis alcali, & salis armoniaci soluti de vnoquoq; lib. x. laua per iij. dies, septies in die, & quandocunq; lauas muta aquam, & vide quòd non ponas capillos nisi in vase vitreo aut vitreato.

De lapide vero. magisterium bonum philosophi.

Alia lauatio Phylosophica.

Laua & serua, & postquam lauaueris, mitte sub fimo in vase vitreo, & non mittas ibi vllam rem humiditatis, nisi solos capillos, & stet sub fimo per iiij. menses.

Alia inhumatio Philosophica.

Accipe de capillis xv. lib. & mitte sub fimo per iij. menses. Postquam scideris in longitudine duorum digitorum, et vide quòd resuscites mortuũ, & mortifices viuum, et mittas digitos tuos in oculos omniũ illorum quos inueneris, & intellige magisterium meum, & has vias teneas quas tibi dicam.

Pondera

Si vis scire pondera scribe j. ij. iij. iiij. v. vj. & sic vsque ad xvj. & dic de vno vsq; ad xiij. per ad solem: et de vno vsq; ad xj. ad lunã: & specie de bestiis mitte in aliis bestiis, & quere colores qui nõ se vertant: & quando ascẽdis in cœlũ, vide ne cadas: et quando descen

dis ad terram, vide ne aſcendas. Si cadis in mari, nobilis de aqua. Si quis velit te interficere, ſuſtine vt interficieris: ſi videris filium tuum tranſire per portas iugula, & bibe ſanguinem: quando vides canes latrare, da eis ad comedendum, vt ne dent tibi latratus.

Præparatio elementorum, & eorum diſtillatio.

Modò eſt hora verba faciendi, de præparationibus quatuor elementorum. Accipe capillos qui ſteterunt in fimo ſicut oportuit: & diſtilla; & quod prius exit ſerua ſeorſum: quia illa eſt aqua. Reitera aquam ad diſtillandum, & quod diſtillatur inde ſerua ſeorſum, et illa eſt aqua ſimplex. mitte ſub fimo, & ſerua, et quod remanet in fundo cucurbitæ ſerua: quia illa eſt terra, & ſeorſum pone. poſt vigorabis ignem primæ cucurbitæ, et diſtillabuntur ſimul oleum & ignis: et quod remanet in fundo, eſt terra, cum qua miſcebis prædictam terram; & illam terram miſcebis, vt dictum eſt, cum alia terra de alia cucurbita: & piſa ſuper marmor ad calidum ſolem fortiter: & piſta cum aqua lapidis, et mitte in furno panis, & trahe, et piſtabis, & piſa, & ita facies quinquies, donec ſit alba: et poſtea ſerua, quia illa eſt bona terra. Poſtea vigora

vigora ignem ſub cucurbita à qua diſtillaſti aquam, & diſtillabuntur ſimul oleum & ignis. Et poſtea diſtilla oleum cum igne mixtum, & quod prius exiet, eſt oleũ, & quod remanebit in fundo, eſt ignis. Serua oleum, præpara ignem ſicut tibi dixi multotiens: & pone ſuper marmor, et mole ad calidum ſolem per menſem vnum quotidie: & ille eſt ignis præparatus, et induratus ad modum lapidis, ſicut dixi.

Lauatio trium terrarum.

Si vis ſcire lauationes terrarum de omnibus lapidibus, ſecundũ quòd videris, quod eas oporteat lauari, ſic facias: accipe de terra tres libras, fac concham vitream perforatam vndique minutatim ad modum aciei acus: & accipe de ſale armoniaco, & de ſale nitro, & de farina hordei, & fac paſtam, & claude inde foramina prædicta, & pone terram in illo vaſe vitreo: & imple de aqua lapidis, & aperies foramina, & decurret aqua illa cum terra ſuper pannum lineum & ſpiſsũ, ita facies ſeptẽdecim vices ad totas illas terras quas lauabis: & ſi vis tingere mercurium cum igne alicuius lapidis, de quibus tibi dixi: & niſi eſſet propter dilationem, multa tibi dicerem: & quia diximus in lapi-

de animali, naturali, & herbali verbum completũ: explicit cap. iij. de ſeptima dictione.

Capitulum Quartum.

IN nomine Domini, dixit Abuali Abinc. In hoc capitulo loquar de alexiris, et ſuis modis faciendis, ſecundum quòd pertinet ad hunc librum meum. Alexir eſt puluis compoſitus, et loquar de medicinis cõpoſitis, quando ponitur vna ſuper aliam: & qui eſt philoſophus intelligit verbum: & noda, & ſolue, et ſolue & noda: hoc conuiuium fac in tota hebdomada, non comedas panẽ, nec carnem, nec vinum: & vtere hoc conuiuio de ſexta feria in ſextam, et coquas in vna vice, & quando volueris comedere, vacuabis de olla, et non calefacias.

Accipe de caulibus, & de portulacis, de bletis, de ſpinachijs, de cicerib. de lenticulis, de arbellis, de tritico, de hordeo orrez, de fabis, de aluus coriandrum, allea, cepas, acetũ, vinum, amigdalas, zafaram, napos, zaphanarias, cucurbitas, cucumeres, pimpinellos, de vnoquoque pondera æqualia, da ignem per diem & noctem, & quando vis comedere cũ paruo cocleari accipe & comede, & nihil aliud comedas, & bis comede de iſto in die, ſi vis habere magiſterium: & dum comederis hoc: potes accipere tuas ſuperfluitates duobus modis, quando vis mittere in aliqua parte bar-

te barcam tuam, ſcinde ei nares ne feriat in alia barca . Et quando intras in mari, et inueneris delphinum, mittes in os eius manū, & trahes eum ſi teneas anulum iſtum in manu tua: & dic eſt anulus. Accipe de auro vnciam 1. & fac filios, et in illa hora quando facies anulum, iugula eos, & iacta ſanguinem ſuper anulum nullo te vidente, et te anulo illo tenēte occides delphinos. Quando dixi tibi de portulacis, intellige totam rē frigidam & humidam, ſicut aqua pro caulib. rem ſiccam & frigidam, ſicut terra, & ita intellige de omnibus alijs. Niſi eſſet propter dilationes ego exponerem, ſed credo quòd intelligas. Et modò dicam tibi maneries alexiris.

Prima alexir.

Accipe de ſale armon. ſubtili & ſoluto 1. pondus: & debes ſublimare & ſoluere, ſicut dixi ſuperius in capitulo lauationis, ſublimationis & indurationis: & quod habes intelligere pro ſale armon. quia nō eſt ſolutio, ſed debes intelligere pro ſale aliquas de ſpecieb. aliis quæ ponis in elixir: ideo intellige verba philoſophorum, et accipe argentum viuum medium pondus: ideo argentum viuum eſt medium pōdus: quia ſal armon. eſt 1. pondus: et eſt calidum & ſiccum, et argentum viu. eſt frigidum & humidū: & nos volumus facere rem magis calidam q̄ frigidam

& magis ſiccam quàm humidam : ideo mittemus de mercurio medium, & de ſale armoniaco vnum pondus, & ad lunam intellige, per ſalem armoniacum terram intellige. Preme verba iſta, et non negligas intellige. re magiſterium philoſophorum. Et ſi videas ſal armoniacum in ſole, ſcias quòd vult dicere aerem : & ſi non eſſet propter moram, facerem te intelligere omnia verba iſtius libri, quæ ſunt obſcura. Et ſcias quòd quando dico tibi dentes diaboli, intellige ſal armoniacum, quod ponimus in multis locis, indurando mercurium, et ſublimando, & in lauandis corporibus, & albificando & mittendo colorem mercurio, et in alijs corporibus. Et quando vocamus ſal armoniacum, intellige ipſum in ſuo loco poſtquam ſcis naturam eius : & ne obliuiſcaris iſtud fundamentum: quia hîc eſt vna res philoſophorum abſcondita. Et quando dicam aquam aquilæ, & eſt aqua lapidis. Et ne ſit tibi graue ad componendas alixires : dimittam totum aliud, & dicam tibi ordinatè.

Prima elixir ad album.

Prima alixir ad album abnicenum deanoxantur, id eſt terra pondus vnum: de azoch præparato, medium: de ſanguine, id eſt oleo hominis, quartam partem vnius ponderis.

Sic

Sic hîc alexir vna pars (& eſt præparatum) ſic ſuper xij. partes, proijce prædictam vnam ſuper xij. partes ęris, & hęc eſt ad lunam. Iterum breuis alexir: de azoch mediũ pondus, de oleo ouorum mediũ medij ponderis, de ſale inter dimidium pondus: & proijce ſuper facirenum præparatũ, vnum ſuper xij. Item ad lunam bona elixir: accipe lapidem nõ de puteo, non de fouea, non de aqua: accipe de ſale armon. 1. pondus, de azoc dimidium, de oleo medium pondus, & de ære præparato xij. pondera: & non ponas auripigmentum, & non habeat ſitim vel famẽ, i. non ſit nimis humidum vel ſiccum. Fac de omnib. paſtam cum ęre, & decoquatur ad plus per 36. horas ad minus per 17. & erit luna, i. alexir ad lunã. Item accipe de lingua hominis, quod eſt terra lapidis, 1. pondus: de lingua arietis, quod eſt azoc, mędium pondus: de lingua cerui, quod eſt oleum, quartã partem ponderis: de ære abluto vj. pondera, bulliat per 17. horas: id eſt totum hoc commixtũ mitte in ſartagine ferrea, vel metallina bene cooperta, & bulliat ſuper carbones per 17. horas, vnaquaq; hora parum apponendo per interualla prædictarum horarum ad ignem, et deponendo ab igne. Item accipe aliud aurum, terram nigram, et terram rubeam cum aqua diſtillata, & de plumbo abluto ſex pondera, et

quartam partem ponderis, de aqua quæ ver ſa eſt in terrã, & de mercurio prẹparato, bul liat in igne, & fiet luna. Item accipe auram hominis ſani, i. azoc præparatũ, quod ſuper ignem poſitum ſtrepitũ non audiatur, & o culum monoculi, & tolle ſanitatẽ Saturni, fa ciendo mihi mercurium, & tolle pedem lo ripedis, i. humiditatẽ oui, diſtillando, & dan do alium pedem, i. aliam humiditatem, & te ſticulos, vel pellem teſticulorum hominis non habentis teſticulos, & tolle Marti qui non habet teſticulos, i. colorem, & da ei co lorem alium, i. tolle ruborem eius dando al bedinem. Hæc ſunt 4. alia, i. azoc quod eſt frigidum & humidum, vt aqua: & ſic indu rando ſiccum et frigidum vt terra, & Satur nus frigidus et ſiccus vt terra: & pòſt ſicut de azoc, ſicut de Marte, qui prius eſt calidus & ſiccus, vt ignis: et ſic abluẽdo caliditatẽ et humiditatẽ, vt ſit aer. Hîc ſunt 4. alia quę di ximus. hîc ſuperabundat Saturnus et oua: et poſtea accipe x. & multiplica in x. & fient centum, et multiplica centum in centum, et fient decem millia, & decem millia in de cem millia, et non erit numerus. hoc eſt di cere: pone vnum ſuper decem, & vnum illo rum ſuper decem martis, et ſunt decem ſu per centum, & vnum illorum centum ſuper mille, & ſunt vnum ſuper 10000. et erit luna.

De

De *rubeo alexir.*

Ad rubeum ſecundum Abincen. oportet quòd fiat amor inter corpora & ſpiritus. Spiritus ſunt 4. corpora ſunt 7. Corpus niſi ſit ablutum, non recipit. Scias primò quæ alixir cremat et ſiccat, quæ ſcil. facit ſiccari, et quæ humectat, quæ infrigidat, quæ tingit cum tinctura, quæ figit, quę ſummergit, quę facit bullire. Scias quòd ignis magis cremat in alexir, et hoc eſt zarnech. poſt illud eſt ſulphur, et primò tamen horum eſt niger: cremat etiam in marcaſita. Illa aũt quæ ſiccant, ſunt ſales, plumbum, ferrum, et ſtannum. Infrigidantia ſunt plumbum album, lytargirum. De animabus humectantibus argentum viuum, ceræ, id eſt olea, aqua, medulla vaccę, oculus ſiccus. Strictè ſtringentia ſunt hæc, zarnoc, azoch, radices caulium ſylueſtrium, et portulacæ collectæ in Martio, id eſt lapides terreni. Iſta autem in figura dicta ſunt, quæ faciunt ſiccare, ſunt ceræ, i. olea, et terra, et cinis. Subergantia ſunt hæc, argentum viu. aer, anima hominis. Quæ faciũt bullire ſunt hæc, ęs ablutum, ſal armon. nix. Ses et azoc per 24. horas comburunt vel indurant. Quatuor ſunt elementa, duo ſunt amica, et duo ſunt inimica. ignis & aqua ſunt inimica, et terra et ignis ſunt amica: aer & aqua

sunt inimica, aer & terra sũt amica. duo sunt terra & aer, amica sunt terra & ignis: aer & aqua duo ascendunt, & duo descendunt, vnum est in alio alterum subtus alterum: facit pacem inter aquam, & ignem.

De *calcinatione Plumbi prima rubrica.*

De plumbo præparando prius dicamus, quòd sunt 7. modi quibus crematur, id est calcinatur corpus plumbi, et ejus humiditas: sæpius debes scire, quòd in opere rubei non intrat azoc prædictum, sc. quòd sit de plũmbo: sed naturale plũbum crematur cũ sale alcali, et sale armon. & sulphure, et auripigmento. Sed primò cum solo sale armon. vt fiant de plũbo tenues laminæ, & ponãtur in olla terræ rubeæ, quæ sit cocta ad solem, & ponantur intus laminæ inter laminas salis armon. & sit medietas salis armon. & duplum de plumbo: & cooperi ollam suo cooperculo, et sit in furno philosophico, non in furno panis ad minus xviij. horas, ad plus viginti octo, & fiat ignis continuus.

Secunda rubrica.

Secundo modo sic crematur: Accipe plũbum grossum ad modũ brachij, & fiat olla ad modum cucurbitę, et de prędicta terra cocta ad solem cũ suo cooperculo, & pulverizato sulphure in olla inferius, & pone pondera plumbi

plumbi quatuor vel v. in olla ſecundum eius quantitatem, & ſulphur puluerizatum deſuper: & ſic de ſulphure quinque partes ſecundum plumbum, & ſit in olla & in furno ad minus vigintiduas horas, ad plus xxviij. cum igne continuo.

Tertia rubrica.

Tertio modo ſic crematur: Fac plumbum rotundum & concauum ad modum cannæ, & mitte in olla ſimili ſecũdæ duo vel tria fruſta, & pulueriza auripigmentum, & pone ſubtus, ſuprà & infrà concauicatur plumbũ: & non fiat ignis tantus quantus ſuprà: ſed qualis fieret in ſcrupo, & ſit in furnello ad minus per xxxvj. horas, ad plus per xlviij. horas vel xliij.

Quarta rubrica.

Quarto modò ſic crematur: Fac de plumbo pilas rotundas, & pone in olla rotunda, et iuxta pondera plumbi ſint duo pondera ſalis armoniaci, et in xviij. ſint quatuor pondera ſalis, & ſint in furno panis ad plus per xlviij. horas, ad minus per xl. prędictæ cremationes debẽt fieri in furno philoſophico: ſed iſta debent fieri in furno, vbi panis coquitur cum ſimilibus ollis.

Quinta rubrica.

Quinta crematio eſt mixta ęqualiter, cum auripigmento ſubtili & ſulphure: & ſit auripigmentum citrinum: nam poſt oſtẽdam ad

quę valet rubeum: & ſunt ambo decima pars reſpectu plumbi, & habeas ſcutellas ad ſolē coctas de prædicta terra, & habeant labia ad modum trium digitorum: & fiant de plumbo laminæ longæ & ſpiſſæ: & ponantur cum prædicto puluere inter illas ſcutellas bitumi natas terra magiſterij: & ſint in furnello philoſophico ad minus per viij. horas, ad plus xj & eſt hic modus melior: ſed difficilior. timetur enim nimia crematio.

Sexta Rubrica.

Sexta crematio ad calcinandum plumbū eſt hæc: Fiant de plumbo fruſta ad modum mediocris nucis, ex illa inſcindantur per minora fruſta ad longitudinem quatuor digitorum, & ſingula ponantur in ſingulis caſis factis de luto, & lutum non ſit poſitum in albo vel nigro, vel rubeo, vel croceo: in albo, id eſt in ſole: in nigro, id eſt, in carbone: rubeo, id eſt in igne: croceo, id eſt in cinere: ſed ſint ad modum luti in vmbra deſiccati. intus ponantur prædicta fruſta: & hoc eſt magiſterium philoſophorum, quia non eſt magiſterium tam amicum, vt hoc: & ad hoc vt in re & anima, id eſt, vigor, ſaluam, vt ſpiritum, id eſt auripigmenti & ſulphuris, & non intrat ad plumbum corpus ſaluam: nam in prædictis commiſceantur corpora: id eſt ſales cum plumbo, & non in hac præparatione. In hac ergo pone ſal armoniac. & alcali

ſal.

ſulphur & auripigmentum æqualiter : & ſit totum ad pondus plumbi non luti, & ſit olla de terra rubea cocta ad ſolem , poſt ignem: & pone in olla plumbū prædicto modo lutatum: & pone intus puluerem prædictum, & cooperi cum ſuo operculo & terra magiſterij, & fiat cum calido igne decoctio per trigin ta horas, non plus vel minus. Incipe in mane, & coquatur tota die & nocte vſque ad meridiem ſequentis diei.

Septima Rubrica.

Septima calcinatio , ſed non valet ad hoc opus, ſc. animæ, id eſt alchymiæ, ſed valet ad corpus, id eſt ad opus philoſophicè, vt ponatur in alcofol in emplaſtris , in ictibus , in operibus manuum, id eſt in cerngũcarfac ſic. Accipe ſal commune æqualiter cum plumbo, & pone in olla, & decoctio fiat ad arbitrium tuum. hoc valet ad corpus nõ ad animã. Prędictas calces præparaui, quia primę quæ fuerunt dictæ ante alexires non erant bene completæ, ſed debes ſcire, quòd iſtæ ſunt ad ſolem, & primæ ſuper quędam ad ſolem, quędam ad lunã. Et debes ſcire, quod iſtæ calces ſunt ad fermenta & corpora, vbi non quod de iſtis calcibus fiant leuamina, ſed ſunt calces vel corpora ad recipienda leuamina. Et cùm audis corpora ad fermenta ſolis vel lunæ , non intelligas quòd ſit corpus ad faciendum leuamen, ſed eſt corpus calcinatum

ad recipiendum fermentum ſolis vel lunæ. Dictum eſt de calcinatione plumbi, nunc dicemus de eius ablutione.

Prima ablutio plumbi.

Et hæc eſt prima ablutio: accipe aquam, acetum, ſal, & bulliat totum, ſed dicam ablutionem quod lauetur in aqua ſola vſuali per vigintiquatuor horas, & permitte reſidere: accipe quod inferius eſt, & proijce quod ſuperius eſt, & ſit puluis calcis calx plumbi prę parati cum ſexta calcinatione. Puluerizata cum mola manuali ſuper marmor ſubtiliter: & hoc facto ablue cum prædicta aqua de aceto, ſale, & aquā: pòſt accipe ſal armoniacū, et pone in prædicta aqua confecta, vt ſit duplum de aqua, & ibi ſoluatur & coquatur, donec redigatur ad medietatem aquæ, & proijce intus puluerem plumbi in vrinam puerorum diſtillatam medium pōdus, et ſit ibi per triginta tres horas: & ſingulis horis miſce, et frica inter manus horam poſt horam, die & nocte. pòſt licet te, fili mi, dicam tibi ad ſolē vnum verbum philoſophorum: Accipe de primo et vltimo anteriori, * de grandi ex pauca. hoc eſt magiſterium. hoc eſt verbum quod ſolus philoſophus intelligit, ſiue grande ſunt quatuor elementa, vltimum eſt homo, id eſt capilli et ſanguis humanus, & vrina: et hîc alexir tollit albedinem, & mutat in puluerem rubeum. igitur plumbū ſic ablue.

Ablutio

Ablutio cupri.

Accipe puluerem quam abluiſti in ſale armoniaco, et ſale communi quo vtimur in pane,id eſt de quo facimus panem, vt ſuprà cũ aceto et aqua. Accipe illum puluerem et pone in cuprum : hoc dixi in ablutione cupri. Hæc eſt paſta vij. ſaluam pone in puluerem, in prędicta paſta,& pone in aceto ligatam in corio quouis : & ſit ſubtile corium, et ſit ibi per xxxiij.horas.pôſt abſtrahe: & mitte in ſimo equino per menſem. Intellige et non fatigeris audire omnia verba mea, quæ ad vtilitatem ſpectant tuam.

Secunda Rubrica.

Dicam aliam ablutionem, & hæc eſt ſecũda: ſed prior eſt melior. Accipe prædictum puluerem plumbi,& pone in ſale alcali dealbando:& ſit per xxiiij.horas ibi: & ſit iterum in ſale alcali per xxiiij. horas. & pôſt iterum pone in aceto, & bulliat ibi per xxiiij.horas & pôſt iterum in aceto, & bulliat ibi per 24. horas. fac licet te ſepties, id eſt, per ſeptem dies, & erit album multum : ſed primum eſt melius ad noſtrum alexir.

Tertia Rubrica,ablutio plumbi.

Ad hoc dicam tibi aliam ablutionem,et eſt tertia. Sicut ſexta calcinatio fuit melior, quia ibi non intrant corpora, ſed ſpiritus : ſic hæc ablutio eſt melior,hoc eſt opus. *Accipe* miſterium anceris, & ablue à ſtercore bene, &

non credas quòd hoc dicam pro ancere, ſed pro ancere intelligo ſal armoniac. quia eſt calidus & ſiccus. Iterum pro ſale armo. intelligo lapidé, qui de cœlo cadit in æſtate, & tempore pluuiæ cadit, id eſt paruum bufonem: qui habet coriũ: hîc lapis eſt bufo qui in tempore pluuiæ cadit, & proijce in æſtiua, & imple puluere plumbi, & ſit in fimo equino per iij. menſes: pòſt abſtrahe, & bulliat in aceto per iij. dies continuos, & inuenies puluerem albiorem quàm in prædictis. & hæc eſt melior ablutio.

Quarta Rubrica.

Alia ablutio eſt quarta: Comede carnem auicinam hyrci, ipſa, id eſt de capriolo, & accipe ſtercus quod perueniet de iſto cibo, & da cani ad comedendum: & accipe eius ſtercus, & cũ illo ſtercore ablue per triduũ, & eſt albus puluis: ſed de iſtis ablutionib. melior eſt prima ſcilicet de bufone.

Quinta Rubrica.

Alia ablutio eſt quinta: Nunc dicam tibi fili mi ablutionem meliorem alijs. Habeas hominem qui non comedat panem, carnes, vinũ: ſed comedat portulacas, bletas & attriplices: & fac inde cibum, & nil aliud ponas, & decoquatur ſemel de octo in octo diebus: & in tempore fabarum coctarũ vel leguminum, comedat fabas cocta & legumina, & ne

fœteat cibus in æstate. Pone almori, id est confectionem factam ex farina ordei & sale, & ita vtatur hoc cibo sex mensibus, & habebis alexir: Accipe capillos, & vrinam, & stercus, & sanguinem huius hominis: & repone singula seorsum, & combusta, & præparata, & distillata, & hic est alexir. Si intelligas cum hoc lauabis & cremabis, id est calcinabis, & mundabis, & tinges, & facies cum hoc vnum opus: Et dixit Lancenia ad Danisam: Lancenia quærebat album, & Danisa rubeum: Si quis habet coronam, & in corona sit oculus, & in oculo albedo, & in albedine foramen, hic habet magisterium. Dixit Danisa, q habet spicam & in spica coronã, & in corona oculum rubeum, hic habet magisterium: & alter alterum intellexit. Si sit species tua de natura philosophorum, intelliges quæ dico. Coniuro te ne ista manifestes fili mi Solemi, non vni homini. Portulacæ frigidæ & humidę, bletæ & calidæ & humidæ at triplices calidi & sicci: & sic homo est magisterium, id est alexir. Capilli sunt vnus lapis, id est cera nigra. Vrina non est lapis, sed ponitur cum lapidibus, id est adiuuamẽtum ad alexir. Similiter stercus: sanguis est cera rubea: nunc exponam qualiter facias. Intellige quod de octo in 8. dies coquatur de quarta: hoc est dicere, fac magisterium sine seueritate: quando cremas, stat pòst per

octo dies postquam combustum est. Si lauas similiter stat per octo dies, quando dicit, ponatur in ętate altiori, ne fæteat: Hoc est dicere, si facis opus ad rubeum in æstate, pone in sale secundum rationem : nam opus ad rubeum est æstatis opus, ad album est hyemis: cum his abluas, cremabis: & quando ablues & cremabis cum triplici quæ sunt calidi et sicci cum salibus, & sulphure, et auripigmento, sicut dixi tibi: si quæris abluere, laua cum bletis, fabis & herbellis : si quæris tingere, tinge cum cera rubea: si quæris figere, fige cum portulacis, & fige, id est solue vt figatur cum illis: & hoc est magisterium de re indurando azoc , & soluendo antequam figatur sublimando.

Sexta Rubrica: plumbi ablutio.

Et ablutio plumbi est talis: Accipe nuces, & amigdalas, & laua cũ illis sicut magisteriũ ostẽdit: & dixi tibi, & nõ dixi difficultatẽ iam manifestam: tibi verbũ ablutionis dictum est de ablutione & calcinatione in albo & rubeo: diximus similiter ablutionem & calcinationem & ablutionẽ, nunc dicemus. Quæ sunt res quæ faciunt colorem? Vna est marcasita, de qua inferius dicemus in fine libri huius. Pone capillos super carbones, & in ære recipiatur fumus, et erit simile auro. Item accipe gallinam nigram, & gallinam albam, ambæ simul tinguntzoala. Saturnus recipit tin-

tincturam gallinarum & aquilarum, & ſimiliter Amoſtari, id eſt Mars. Iam habes duas tincturas, Nũc accipe aliam tincturam naturalem tingẽtem: alac, id eſt Cancer, tingit Saturnum & Martem, Capricornus tingit Mercurium. Cum dico gallinam intellige alexir, ibi ſunt. ponas priores ſuper quos eſt tota alexir. Cũ dixi oua, intellige terram, quę ſunt de terra: per nigram, intellige auripigmentũ præparatum & ſublimatum. per albam, argẽtum viuum præparatum & ſublimatum. præparatum intellige cum rebus quæ ſibi admiscentur, & ſunt res cum quib. prępărătur auripigmentũ, alumen, terra, corpus: & ibi eſt anima. hoc eſt gallina nigra. Si ſcias quę ſunt iſta quatuor, gallina nigra eſt argentum viuum, & nihil aliud: & ideo dixi accipe gallinam albam & nigrã: quia non fit rubeũ ſine gallina alba, & azoc, & luna fit ſine gallina nigra, & ſine auripigmento: aqua maris, aquilę figunt res quæ ſunt ſuæ materiæ: ſed ſolum puluerem. Ibi eſt magiſterium: quia puluis gallinarum ipſe eſt aqua maris et aquilarum, res quæ figunt ſunt octodecim: & hic fit numerus ex multiplicatiõe ternarij in ſenariũ, aut ſenarij in multiplicatione iij. iij res octodecim ſunt iſtę, ſeptem corpora, quatuor animæ, id eſt ſpiritus, & ſeptem lapides, iij. ſunt tria elementa, s. terra, aqua, aer: & ignis vnũ eſt per ſe, vnum eſt terra.

Præparatio æris ad rubeum.

Nunc dicemus de ęre prępărādo ad faciẽdum rubeum. Indura ipſum cum canā & lauacum vrina, & calcina cum canam mixta cum ſale armoniaco, & non ſit ibi ſulphur: quia non valet magiſterium. Dixi iam calces quomodo fiant, & ablutiones, & corpora: nunc dicam ipſas alexires.

De *præparatione alexiris ad rubeum.*

Cap. V.

NVnc dicamus de alexir ad rubeum. Et hæc eſt prima alexir: Accipe æs combuſtũ, & ablutum xxxvj. pondera: põdera autem decemus in fine libri: & accipe azoc ſublimatum, & ablutum, induratum: & præparatum xviij. pondera de pondere magiſterij quod ego dicam.

Rubrica.

De auripigmento abluto, & ſublimato, & præparato, & indurato vnam partẽ de centum, & vna de partibus ſecundum pondera, quæ tibi dicam, de ſale armonic. fixo & ſoluto vnam partem de lxxxxij, & quartam partem ſecundum pondera quę dicam. Grandis eſt ſenſus, & paruum eſt caput, in paruo capite grandis eſt ſenſus, pone ad coquẽdum in olla vitrea totum mixtum, ad plus per dimidiam, ad minus per ſextam partem horæ: & ſit hora de xlviij. in die, & dies ſint de xliij. in menſe, & menſis duodecim menſes, hebdomada

domadas in anno, & annus quando ſol inci pit in Ariete, & reuertitur in Arieté: inuenies ſolem bellum & bonum, fixum & coloratũ, durabile, bulliens. Deo gratias.

Prima Rubrica.

Exponam quæ tibi dixi de ære abluendo. Dixi tibi in verbis ſeptemdeciin, vbi oſtendi tibi quod æs ſit bonum ad rubeum, & quod ad album: nunc dicam de ponderibus, & põdus æris eſt xxxvj. & nihil aliud ſignificat. Accipe pondus libræ: & ideo loquutus ſum prius de corpore quàm de anima: quia in homine prius formatur corpus quàm anima. Et quando dixi qđ accipias vnũ pondus de centum, & vnum eſt hoc dicere vnam partem de centum, ſed quartam quintam, vel decimam. Ideo ſcias, quòd ad minus debes ponere de omnibus medietatem corporis, medietas corporis eſt octodecim. Conſidera ergo quæ ſit pars centenarij, quæ magis accedit ad xix. & eſt viginti, & viginti eſt quinta pars centenarij, & non inuenies aliam partem centenarij: quia magis ad xviij. & ideo per vnam partem centenarij intellige eius quintam, ſcilicet viginti: de alio verò pondere, ſcilicet de decimoquinto, minus quadraginta parte intelligo quartam partem de nonaginta ſex, quæ ſunt viginti octo minus quarta. Sic ergo accipe de ere vnum pondus. poſt conſidero medietatẽ: pòſt

venio ad quartam, ſed non eiuſdem numeri, currunt enim pondera iſta per vnum põdus & medium, et quartam, ſicut in alio diximus: accipe vnum põdus, et pòſt medium, et pòſt quartam. Scias autem quòd aur pigmentũ tingit, terra figit. per ſalem armoniacum intellige terram, ſed in opere rubei non ponas ceram albam, id eſt, oua, & in his eſt alexir præparatum.

Secunda Rubrica, ſecunda alexir.

Accipe de Iarnec quintam partem ponderis, de azoc præparato tantundem, de ſale nitri, vel baurach, vel ſale armoniaco quartam ponderis de cera rubea iij. partem ponderis: proijce ſuper ignem vnam partem ſuper l. partes plumbi p̃parati, & ſit in igne nec calido, nec frigido, nec ſicco, nec humido, de glandibus: & in igne carbonum ligni vnde venerint bellotę, id eſt glandes, & coquetur donec caleſiat, & inuenies ſalem ita bonum vt primum.

Tertia Rubrica, tertia alexir ad rubeum.

Accipe de ſanguine hominis vncias tres, de azoc præparato cũ quarta ablutione prędicta vncias quatuor et mediam, de arnes præparato & ſoluto et ſublimato ſicut diximus

mus in quarto capitulo decimæ Dictionis, tres vnciæ & ſemis, de cera dealbata, de mel le alcali præparato, ſicut dixi in decimo capi tulo Dictionis ſecundæ: & ibi dixi quid de- bes intelligere per illud, id eſt vnciam me- diam: & ſunt de plumbo præparato & calci- nato ſicut diximus in quarta parte de capitu lo decimoquinto iij. & tres vnciæ, & tria arẽ tia: omnes pulueres coniunge de quatuor e- lementis. & pone tertiam partem ſuper totũ plumbum ablutum, & inuenies ſolem. Vidi- ſti faciem meam, Deo gratias.

Quarta Rubrica, de quarta alexir, de qua nulla melior.

Accipe vnum pugillum de aqua, tres pu- gillos de terra, quatuor pugillos minus quar ta parte pugilli de aere, duos pugnos, mediũ & tertiam de tertia pugni, & eſt ſeptima de ſe ptima pugni, et eſt media ſex medię: ſex me- dię 6. pugni & quarta pars ſexti pugni, coniũ ge totos quatuor pugillos, & proijce vnum pugnum ſuper quindecim pugnos, ad ſextã partem pugni de plumbo abluto, & inuenies pulchrum ſolem. Dixit Abincine filio ſuo So lemi, libros Gebri nõ cures multum, niſi Lu men luminum, cum vnum dicam & exponã, intelligas idem ℔ eodem, niſi in alexir: nam ibi pro Iarnec, id eſt auripigmentum, ignem intelligo: ℔ ſale armoniaco aerem: alia ſunt

figúrata per ſe ipſam, ſicut per plumbū plūm bum, per æs æs intelligo, per ſtannum ſtannum, per limaturam ferri, hoc eſt per ſe ſine figura. figuratè quod ſit cera iam dixi. Item intra balneum bonū, vel mediocre malum non intres, id eſt quæras alexir bonum vel mediocre, falſam non habeas,

Quinta Rubrica, de quinta alexir.

Accipe de auripigmento duo pondera, de azoc dimidium ponderis, ſal armoniac. tertiam pōderis, de cera nigra quintam ponderis: coniunge & proijce ſuper ſexagintaocto pondera ſtanni præparati, inuenies bonum rubeum.

Sexta Rubrica, de ſexta alexir.

Accipe azoc de auripigmento, & ſal nitri, & ceram rubeam ęqualiter: proijce ſuper triginta pondera limaturæ ferri, & inuenies.

Septima Rubrica, de ſeptima alexir.

Accipe gallinam nigram, & oua ſua, & nō ponas de alba, & proijce ſuper viginti partes Veneris, & fiet ſol:

Deo gratias.

DI-

DICTIO OCTAVA.

De Fermento.
Cap. I.

NVNC dicendum eſt de fermento, id eſt de leuamine. Fermentū reducit maſſam in aquam: ponitur ſua natura vnde ſit de ære vel de plumbo. Vis facere lunam? ponas in Marte vel Saturno lunam. Similiter de auro. Si iugules gallinam, & eius ſanguinem ponas in aliam gallinam, & iugulas boues & ponas in faucibus eius lapidem, & ponas lapidem ſub facie ircum & ſtoram quæ ſit de iungis, inuenies formam bouis filij: amaritudo & dulcedo & acuitas ſaporis, & eius remiſsio ſunt contraria. hoc eſt verbū philoſophicum, & intelligibile.

Rubrica.

Leuamen eſt quod reducit ad ſuam naturam & colorē & ſaporē illā cui admiſcetur: ſi ponas leuamen ſiliginis in paſta tritici, redigit ad ſui naturam: ſed nō ad colorē ſuū: ſimiliter ſi ponas leuamen lunę in ſolem, rediget in ſuū ſaporē, nō ad colorē: & ſimiliter ecōtrario. Et ideo ſi ponatur parum boni ſuper malum bonum rediget ad ſe totum: & ſi ponas ſolem pro leuamine in luna, nō fiet luna:

ATENEU VENETO VENEZIA

& si ponas lunam ꝑ leuamine in aere fiet luna. Sic ergo si ponas deterius corpus in bonum, non rediget bonum ad deterius : sed si ponas corpus melius cum deteriori pro leuamine, rediget ad suam naturam. Leuamẽ est omne quod redigit ad suam naturam per omnem modum. scias quod iij. alexir dimi ad album & vnum ad rubeum, et modò dicam.

Prima Rubrica: Prima alexir ad album.

Solue, aperi & claude: & claude & aperi: hoc est magisterium: solue & post indura: indura & post solue. Accipe de sale armoniaco medium pondus, & de azoc vnum pondus, de cera alba quartã ponderis : proijce vnam super viginti quinque stanni præparati, & inuenies album. Accipe cannam vnde fit zucharum, quod est iuxta mare, & pone pro leuamine, & fiet dulce per naturam zuccari.

Secunda Rubrica, secunda alexir ad album.

Accipe de azoc medium pondus, de vitriolo quintam ponderis, de testis ouorum absconditis quintam ponderis, de ferro præparato vigintiocto parres, de lachryma oculi præparata & curata, & non salsa pro leuamine, vnam partem mediæ partis de quinta.

Tertia

Tertia Rubrica, tertia alexir ad album sicut philosophus monstrat.

Accipe de aquila & de ouis quę fecit in terra duas vncias, de aqua maris dimidiam vnciam, de aqua pimpinellorum & cucumerũ lauata, indurata mediam vnciam, & decoquatur media hora: non ponas in terram, non super lignum, non videat solem, non fumum ignis, non adiungatur, & non stella ibi ponatur, non mus in re & ad fabas p̃paratas centesimam partem vnciæ. pro leuamine, proijce hãc alexir de petra sanguinis, super M. & cc. vncias æris præparati, & inuenies album. Dixit Abuali: hęc alexir est obscura, & est philosophorum, & rem philosophorum non dicam vel exponam, sed faciam te intelligere tantùm, quòd anima tua et sensus tuus acuatur: dimittam verbum, & capiam verbum, & intelligere poteris ex his quæ dicam. Non dixi vitriolum pro vitriolo, sed pro re calida & sicca, sicut figuramus de sale armoniaco. Aquam pimpinellorum & cucumerum est azoc, quæ est frigidum & humidum, & sit lauatum & induratum, & quod ponas in aere & non ponas in terra, id est sit in bono loco ne adiungat, & sordes aliqua non tangat terrá, & sit in aere bene ablutum, non sit ibi fumus, ignis, nec sol videat hanc alexir: non sit com-

buſtum non intret mus, id eſt aliquid quod faciat nimis humidum vel ſiccum vel immũdum. lacena oculi eſt luna, de omnibus his ſit bona alexir.

Quarta.

Diximus de alexir ad album, nunc dicamus ad rubeum. Non loquor obſcurè in hac alexir ſolis, ſicut in prędicta alexir feci. Scias primò quid ſit lapis: lapis eſt ſanguis. Accipe ſua quatuor elemẽta, ſcilicet aquam, aerem, terram, & ignem: & pone de vnoquoque medium pondus, de azoc quartã ponderis, ſtanni præparati & abluti. c. pondera, fermenti de bono ſole quartã partem paucioris ponderis quod eſt in hac alexir. cõiunge omnia, & pone ſupra corpus, fiet ſol. Sed ſi mihi credas, tuus lapis erit capillorum. Dixi quare ponitur fermentum, nunc dicam ad quid eſt, quomodo eſt, de quo fit, & quantum ſit: quid ſit diximus. Quaternarius eſt primus quadratus vnus, & magnæ eſt dignitatis, & ſignificat quatuor elementa, in quibus eſt hoc magiſteriũ. Quatuor aũt ſunt q̃ in omni ſcientia requiruntur: primò an ſit illud in rerum natura de quo quæritur: & ſi eſt, quid eſt: & poſt quomodo eſt: deinde ad quid eſt. Reſponſio ad primum quid eſt lapis vbique repertus, & in omnibus ſterquilinijs habetur, pauperes habent, & eſt corpus regibus: quomodo eſt, an albus, vel niger, vel rubeus,

vel

vel alterius coloris,aut naturę. In hoc lapide est natura quatuor elementorum, & suus color est ad album albus, ad rubeum rubeus,nostro consilio sanguis & oua. Leuamen est ad trahendum omnem rem à sua natura ad naturam leuaminis:& qui dicunt quòd lapis est anima, nihil dicunt: sed dicitur anima,quia ponit animam in aliud corpus, non quod sit lapis,aliâs respicit se ipsum cum sit de quatuor compositus. Mulus cum est ex diuersis generibus,non respicit seipsum,nec generat, sed sapit naturam illorum animalium ex quibus fit: similiter in arbore inserta, sed in lapide fit contrà: quia ex quatuor fit,& est eius melior alio sole. Nunquam operatus sum sine fermento, dixit Abincenus: nam sine fermento non exibit sol vel luna, sed aliud: & fui operatus in hoc opere per quadraginta annos cum sim quadragintaocto annorum. Quatuor sunt leuamina,leuamen anulorum, leuamen auri, leuamen lunæ,& mixtum ex sole & luna. Leuamen anulorum notum est, leuamen solis vel lunæ est sol vel luna: leuamen mixtum ex sole & luna, mixtum de sole & luna.

Prima Rubrica.

Nunc dicam de leuamine lunæ & est al-
bum: Accipe de luna libram vnam, siue sit li-
bra vnciarum, siue de arentijs, vel de c. libris:
hoc est dicere vnum pondus: & laua sicut di-
xi in calcinatione solis vel lunæ, non secun-
dum primam vel secundam vel quartam, aut
quintam ablutionem, sed secũdum tertiam:
& calcina sicut inuenies in capitulo decimo
octauo Portæ quintæ, & ablue sicut ibi dici-
tur, & pone in ouo euacuato albumine & vi-
tello per modicum foramen, & imple pulue-
re lunæ, & sicca ad solẽ, & pone per tres men
ses in fimo equino, vbi non sit transitus ho-
minum. de hoc pone vnum in duodecim, &
sexdecim, & octodecim, & non vltra: quia to
tum magisterium crescendi pondus est in le
uamine: verùm sit bonum, an malum, an be-
ne ablutum: sed si bonum est, facit plus cre-
scere: si minus bonum, facit minus bonum.
Leuamina sunt vigintiquatuor ad album, &
vigintiocto ad rubeũ: de vno ad album iam
sum locutus.

Secunda fermentatio.

De secundo leuamine, nullum leuamen
quod sit alterius coloris, valet tãtũ quantũ il
lud qđ est eiusdẽ coloris, vt albũ ad album,
& rubeum ad rubeum. Accipe album leua-
men bellum, dimidium pondus: & fiat calx si
cut diximus: laua cum aceto & aqua vt coo-

peria

periatur tribus digitis per diem vnum & noctem, & non ponas in vaſe æneo, vel æreo, vel ſtanno, vel auricalco: nam ſi miſceas aliquod corpus quod recipit animam, non operabitur leuamen aliquod. Nam ſi ponas leuamen in aliquo vaſe corporum quod recipit ſpiritus, deterioratur: & ideo pone in vitro ad abluendum corpus in ſubtili, tũc groſſum tollit inde ſuam ſubtilitatem. Nam ſi ponas ignem in multa aqua, tunc tollit ſuam vim ignirationaliter, & nõ cauſaliter. Operare & p̃cogita ſi ſit multa aqua, & paruus ignis, q̃a extinguetur: ſimiliter ſi multa terra & paruus ignis extinguetur: ſimiliter econtrariô poſt ablutionem pulueris, factum pulueremi pone in vaſe vitreo, quia nihil recipiet de ſuo corpore. Et hæc eſt ratio philoſophica: nam ſi vis quod res non minuat vel creſcat, pone eam in re ſubtili, id eſt vaſe vitreo & plano, & non ponas in eã rẽ groſſam & planã: q̃a groſſa trahit ſuccum primæ: ſed prima, id eſt, ſubtilis, non facit hoc groſſè, & econtrario. Et propter hanc rationem facias ad diſtillandũ in cucurbitas de vitro, & caue in tuo magiſterio ne ponas terram vnde fiunt vaſa terrea, ſed vitrum: & ſit tuum magiſterium in vaſe vitreo bono, & non ſit vitrum multum coctum, quia frangeretur in aqua: nec ſit crudum. Sic autem cognoſces, vtrum ſit nimis coctum vel crudum, an ſit bonum: pone vas

in aurem & si facit multum acutum sonitum nimis est coctũ : si grossum sonũ, est rubeũ, si mediocriter, mediocre. Alitercognoscere poteris: Accipe de sulphure rubeo, vel potius citrino, & proijce in ignem vt fumet, & appone vas vitreum ad illum fumum: si fiat nigrũ nimis est coctum: si fiat album est crudũ. Vel ita: pone sanguinem columbi ad ignem, & applica vitrum ad fumum, & si facit sonitũ bac bac, est nimis coctum: si facit bobo est nimis crudum: si facit barbar est mediocre. & caue ne cum repetas vitrum sit infectum in aqua vel in aqueo humore: sed si sit siccum argentum viuum in vitro positum super ignem, facit sonitum grossum, mediocrẽ, subtilẽ : sed caue tibi, posses mori: nam sic in effusione argenti viui, sicut dictum est. Et ponatur prædicta calx in vase vitreo per diem & noctem cum aceto & sale: pòst abstrahe & desicca ad solem paulatum paulatim, & sit hoc leuamen ad pondus vigintiquatuor, & de xxvj. & de xxviij. & sit de fermento vnũ pondus, de ære vigintiquatuor, vel xxvj. vel xxviij. pondera de fermento.

Tertia fermentatio.

Accipe lunæ vnciam mediam, & pone in leuamine seminis lini, vt fiat farina de semine lini, & inde fiat pasta : & hoc est leuamen lini, & in illo leuamine pone puluerem lunę, & pone totum in aceto & sale armoniaco, & non

non in alio per tres dies & noctes: post pone in fimo equino per idem, post abstrahe & de sicca ad solem, post pone de hoc vnum pondus super lv. pondera.

Quarta fermentatio.

De quarto leuamine: Accipe de luna vncias duas & mediam: si quæris ad æs, est vnum: si ad plumbum, aliud: si ad æs, fac vt supra: si ad plumbum, fac sic. Accipe sal nitri, & solue in dimidia libra aquæ, & iacta per noctem postquam apposueris vnciam sanguinis humani, & per sanguinem nihil intelligas nisi sanguinem terræ: & pone vnam partem in xij. partes plumbi.

Quinta fermentatio.

De quinta fermentatione. Accipe de cinere alba subtili prima, scilicet de calce, de aqua fuimus locuti in decimo capitulo tertiæ Dictionis: quia non omnes calces sunt vnius generis: etenim calx quæ non valet ad leuamen (& ibidem diximus quæ est ad leuamẽ & quæ ad alias res) postquam acceperis hãc calcem, mitte vnam partem in vigintiquatuor partibus farinæ, deligas non nisi farinam, & sit ibi per noctem, cum tantundem de aceto: & in mane, & sicca ad solem, & pone vnum pondus super octo pondera plumbi, vel æris.

Sexta fermentatio.

De ſexta fermentatione : Accipe calcem præparatam in x. verbo xviij capitulo quartę Dictionis de xvij. verbis, & pone in duplo vitrioli per dimidiam noctem : laua poſtea cum aqua, & ſicca ad ſolem, & ad vnum pondus pone ſeptem pondera æris, vel ſaturni.

Septima fermentatio.

De ſeptima fermentatione: Accipe de quâlibet calce facta ad fermentum octo vncias: & paſta in vaſe de latone facto cum tutia de ære: & ſic fit auricalcum : Accipe de tutia vnam libram, & tere, & puluerıza, & pone ad ſolem, & fac aream in cinere, & ſparge puluerē tutię deſuper, & irriga ita ne miſceatur cū cinere: & accipe capillos & crema, & cineré capillorum ſolue cum aqua, & irriga cum illa aqua tutiam quæ eſt in cinere quotidie per octo dies : pòſt accipe illam tutiam & puluerıza, & fac inde pilulas ſingulas de tribus vncijs, & pone vnam pilulam ad decem vncias æris abluti cum aceto & ſale, & ſolue eam in aqua & proijce deſuper puluerem, & permitte infrigidari, & ſit furnus magiſterij, & inuenies latonem: accipe x. lib. de ęre abluto cum ſale & aceto: nam aliter non valet, & de tutia duas libras, et proijce ſuper ignem vt liquefiat, et inuenies latonem non tantum bonū vt ſuprà: vel ſi vis facere ęs frāgibile, poſtq̄ ſit ęs paratū vt ſuprà, fac de eo calcem, ſicut diximus in 1. lib.

Octa-

Octaua fermentatio.

De octaua fermentatione: Accipe de calce lunæ vnam libr̃ & semis, & proijce quartam partem vnciæ de spermate desuper, & laua cum sale et aceto, et cum illo spermate, et hoc est probatum: proijce vnam vnciam supra xx. vncias æris.

Nona fermentatio.

De nona fermentatione accipe nouem vncias calcis lunæ albæ, de illa quæ fuit præparata ad fermentum sicut dictum est: & accipe de hac quartam partem vnciæ, & coniunge cum decuplo aquæ ouorum distillatę, & laua per tres horas, & assa & teræ in conca latonis præparati cum tutia, & rigati cum aqua capillorum: nam alius lato nõ valet ad assandũ, vel ad opus hoc: quiá capilli ponunt magnam vim animę, & proijce vnciam super xxx. vncias plumbi lauati.

Decima fermentatio.

De decima accipe calcem lunæ albę (vt dictum est) quindecim vncias, & laua cum vrina puerorum septem annorum distillata vna nocte, & mitte calcem in vna canna, & cannã in puteo iuxta aquam, & non tangat aquam: vno die post trahe, & proijce ad solem, & proijce vnum super nouem de stanno, non de plumbo vel ære.

Vndecima fermentatio.

De xj. Accipe calcem lunæ albæ, aquam fellis tauri bis tantum, & ſit ibi per iij. dies & noctes: & tu ſcis quod bonum magiſterium oſtenditur de felle tauri & virga eius in xviij verbo vij. Portæ intuente ad hoc opus: pòſt ſicca ad ſolem, & quandocunque audis, pone ad ſolem, intelligas ad vmbram, & quãdo dico terram ad ignem, intelligas ad ſolem: nã ſi ad ignẽ apponeres cremaretur plus quàm fuerit neceſſe, id eſt adderes cremamentum cremamento: & pone vnum pondus ſuper ſex cuiuſque corporis volueris: nam in omni capiet excepto ferro.

Duodecima fermentatio.

De duodecima: Accipe lunam albam, nõ dico calcem: nam xj. prædictæ ſunt de calce lunæ xij. ſequentes erunt de corpore lunę in calce excepta hac xij: accipe ergo de corpore lunæ tria pondera, & bulli in aceto & ſale communi vna nocte, vt ſit acetũ & ſal in pondere triplo quàm luna, & trahe, & cum panno lineo deſicca, & proijce vnum ſuprà 24. & eſt valde bonum.

Decimatertia fermentatio.

De decimatertia: Accipe de corpore lunæ xj. pondera, & laua in aceto & ſale armoniaco, & deſicca ad ſolem, & pone in fimo, & deſicca in panno lineo, & proijce vnum ſupra xv. cuiuſque corporis volueris.

Decima-

Decimaquarta fermentatio.

De xiiij. laua lunam vt prius, & loco salis armon. pone baurac, non ponas in fimo, simili modo fac.

Decimaquinta fermentatio.

De decimaquinta: accipe de luna duodecim pondera, proijce suprà sanguinem humanum calidum, & desicca ad ignem, & pone vnum suprà xx.

Decimasexta fermentatio.

De decimasexta. accipe sex pondera lunæ, & sint per diem & noctem in aqua capillorum distillata, & desicca ad solem, & proijce vnum supra xx. pondera stanni.

Decimaseptima fermentatio.

De decimaseptima. accipe de luna viginti pondera, piper & acetum in duplum, de aljis pondus vnius: sit ibi per tres dies & noctes, tere ad ignem & desicca, & proijce vnũ super xl. corporis ferri.

Decimaoctaua fermentatio.

De decimaoctaua. accipe duo pondera lunæ, & quadruplum salis alcali soluti, & dealbati, sit ibi per noctem, & desicca ad solem, & proijce vnum supra vndecim stanni.

Decimanona fermentatio.

De xix. accipe de luna tria pondera, de dẽ tibus diaboli tria pondera: bene ſcis quid ſignificant dentes diaboli, nõ ſicces, nec aliud facias: proijce vnum ſupra l. cuiuſcunq; corporis volueris, & inuenies lunam bonam de viginti.

Vigeſima fermentatio.

Accipe de luna xviij. pondera, de felle bouis in duplum, baurac vnam partem de xxix. idem vnam xix. de aceto xix. pondera, & ſit ibi per duas noctes & vnum diem, trahe: deſicca ad ſolem, & proijce vnum ſuper xx. ſtãni, & inuenies lunam bonam.

Vigeſimaprima fermentatio.

Dixit Abuali Abincine: accipe de luna tria pondera, de aqua quæ pluit v. diebus iij. ad introitũ Maij, & duob. ad egreſſum Aprilis. & cum tibi dico, accipe aquam & ſolue ibi ſalem, non accipias aliam aquam niſi iſtam, & plus dico, ſi cum aqua iſta paſtas farinam, ſtatim erit leuata, & niſi ita ſit, non credas mihi de his quæ dixi in libro iſto. In hac aqua eſt occulta natura: quia in diebus his quando pluit aqua aſcendit ad aerem, id eſt fimus quod aqua aſcendit ad aerem, adeo eſt aer rectus & ęqualis, qđ fermẽtari facit omnia corpora: & ſi aquam illam conſerues per omnia tempora, nunquam corrumpetur. In lib. corporis dixi tibi medicinas, quas hæc aqua habet

bet ad febres, ad vitium oculorum, & ad maculas corporis, scilicet morfeam: sed in anima multum valet ad tollendam combustionem: nam omnia corpora rectificat sui acumine. Aqua est cuius multæ sunt laudes: hãc aquam accipe ad solidam, ad faciẽda leuamina: cum hac aqua laua corpus cum leuamine, si vis adiũgere laua lunam cum hac aqua per vigintiquatuor horas, & desicca ad solem sine pannis, & proijce vnum supra l. cuiuslibet corporis.

Vigesima secunda fermentatio.

De xxij. accipe de luna tria pondera, de aceto bullito cum mentastro v. pondera: sit ibi per dimidium diem, & tere ad ignem, & proijce vnum supra nouem.

Vigesima tertia fermentatio.

De xxiij. fermentatione accipe de luna x. pondera, de ligno ebani combusto & præparato vnum põdus, cum cremationem quam diximus in calce secunda de alba luna, & proijce vnum super xx. Istud fermentum de quo loquar est superabundans xj: præcedentia sunt de calce xij. vltimo dicta sunt de corpore. Istud autem est mixtum de calce & corpore. Accipe de calce lunæ dimidium pondus, de corpore lunæ tantundem: laua totum simul, & proijce vnum super xxx. postquã desiccatum erit ad solem in quocunque corpe volueris. finiunt fermenta lunæ.

De fermento solis.

Nunc dicam de fermento solis, id est quòd fit de sole. Fermentum solis est tribus modis. Est enim fermentum confectum, est leuamẽ non confectũ, & est leuamen quod est ad cõfectandum. Et non intelligas quòd hæc duo leuamina sint vnum, scilicet secundum & tertium: imò sunt duo leuamina. Nam luna quę non potest confectari propter aliquid sibi admixtum siue adiunctum, illa est leuamen nõ confectatum. Illa verò quæ potest confectari, & non est confecta, est leuamen quod est confectum. Sicut est in istis tribus, sic est in vigintiquatuor leuaminibus, de quibus octo non possunt confectari, octo sunt confectata, octo possunt confectari: & ideo incipiemus in octo iam confectis, & pòst in octo quæ possunt confectari: deinde in octo, quæ non possunt confectari.

Prima fermentatio solis,

De prima fermentatione, accipe calcem solis de loco calcium solis, quæ valet ad leuamen, & quæ non. Accipe igitur de illa calce solis duodecim pondera, laua cum aqua crocea per noctem vnam, proijce vnum pondus super viginti de luna, & inuenies solem: & sit luna præparata ad hoc magisterium, vt fiat corpus maius.

Secun:

Secunda fermentatio solis.

De secundo leuamine: Accipe de luna ij. lib. & ablue bene cum sale armonia. soluto in aqua, & tantundem de aceto per xxxvj. horas, trahe & desicca ad solem in panno lineo subtili, & accipe de sole vnam vnciam, & bulli cum aceto & sale nitri: & sit medietas aceti, & trahe, & proijce super totam lunam cū pondere, de quo loquemur de alexir facta: & inuenies solem præparatum.

Tertia fermentatio solis.

De 3. leuamine: Accipe de sale dimidiam libram (& quicquid loquimur de sale sit confectatum, id est pręparatum) laua in aqua alcali soluta per 3. horas, abstrahe & desicca ad ignē, & tere, & proijce, id est super 24. de plūbo abluto & præparato, & indurato, sine aliquo onere: & inuenies solem.

Quarta fermentatio solis.

De quarto leuamine: Accipe iij. lib. de luna, & de sole præparato. l. libras, cōmisce, & habebis solem.

Quinta fermentatio.

De v. leuamine: Accipe de sole pondus vnum, & de sanguine humano octauam: commisce cum duplo aceti, & aqua in qua sit solutum sal armoniac. & sit ibi per iij. dies, trahe & pone ad solem, & sicca, & pone vnum super xxv. & inuenies solem: & non proijcias super aliud corpus, nisi super plumbum.

Sexta fermentatio.

Sextum iſtud leuamẽ eſt melius de primis 8.p̃paratis: Accipe cepã, & decortica, & pone in maiori cortice dimidiá vnciam ſolis, & fac paſtã de farina ordei, & ſale armeni, & pone in illa paſta corticẽ cepæ cum ſole, & cooperi ex omni parte, et pone in furno panis, & ſit ibi per noctem: trahe et laua in aceto, & deſicca ad ſolem, & ,pijce vnũ ſuper 28. libras plumbi prẹparati, vel ſtanni, & inuenies ſolẽ.

Septima fermentatio.

De ſeptimo: Accipe tria põdera de ſole, plũbi alcofoli, & baurac ſoluti tria pondera, miſce totum, & ſit in furno per noctem: trahe inde et deſicca in panno lineo, et proijce vnum ſuper xx. de latone prẹparato cum tutia, & rigato, & inuenies ſolem.

Octaua fermentatio.

De 8. fermentatione cũ iſta finietur 8. primæ confectatẹ: accipe de ſale quartã partem vnius ponderis, & de vrina diſtillata cũ ouis ter tantũ: et ſit ibi ſol per duas noctes, tere in ignem, & proijce vnũ ſuper 24. ferri, & inuenies ſolem, et ſit ferrum prẹparatum ſicuti diximus in verbo xvj. verbi 4. partis. Nunc locuti fuimus de primis 8. iam loquemur de alijs vij. quæ ſunt confectandæ, id eſt, præparandæ. Iſtæ poſſunt recipere præparamentum, ſed vltimæ viij. nõ poſſunt recipere: iſtẹ viij. ſunt de ſole præparando.

DICTIONIS NONAE
CAPVT I.

De ſole præparando I. fermentatio ſolis de ſole, quæ poſſunt confectari.
Rubrica prima.

ACcipe ſolem, non calcem, nec ſolem qui vnquam fuerit in corpore iſtius magiſterij: bulli cum aceto et cepis: et quicquid fui locutus vſque modò de leuamine ſolis, non fui locutus vnum pro alio, figuratiuè: ſed vnum pro eodem, et ſit ibi per diem et noctem: pòſt trahe, et deſicca cum panno, et proijce ſuper xviij. plumbi præparati.

Secunda.

De ſecunda fermentatione coniuro te fili mi, per eum qui fecit mare & arenam, ſiccum & humidum, ne alicui reueles. Accipe garganum, id eſt arterias, et piper, et comede ſimul: ibi eſt magiſterium. Si quæratur aliud bonum, iſtud eſt de illo, nec illud de iſto, nec iſtud de illo: hoc eſt magiſterium: nunc oſtendam ad faciẽdam vnam calcem. Pone alcofol in oculis, & comede linguam ad præparandam loquelam tuam, et munda aures ab bene audiendum, et percute bene manibus, et ambula cum pedibus: et accipe

de sole vnum pondus,& de calce septemdecim, quam feciſti in verbo primo partis ſecundæ: & miſce totum,& proijce vnum ſuper centum cuiuſlibet corporis, & inuenies totum calcem. & hoc eſt leuamen leuaminum: dixi tibi alexir,& diſcooperi.ibi eſt anima tua,ſi intelligas.

Tertia.

Accipe de ſole duo pondera:bulli in acēto,& proijce vnum ſuper quatuor cuiusuis corporis.

Quarta.

De quarto. accipe de ſole xviij. pondera, de aqua ad bibendum tria: ſit ibi per dies 3. inunge cum ſpermate, & proijce vnum ſuper triginta ſex.

Quinta

De quinto. accipe de ſale duas vncias,oleum de capillis puerorum vnam libram, ſit tibi per noctem & diem: trahe & deſicca ad ſolem, & proijce vnum ſuper xxiiij. plumbi præparati,et erit ſol.

Sexta.

De ſexto.accipe de ſole quantum eſt cauda hordei, & ſit in azoc per diem, & proijce ſuper iij.vncias lunæ præparatę, & iuuenies ſolem. partire per ſimiles partes, & proijce vnamquamque ſuper totidem partes lunæ: & ſic facies quantum volueris, donec ſis diues.

Se-

Septima.

De ſeptimo. accipe de ſole v. pondera, & pone ſepties in igne, trahe & remitte ſepties, & vnaquaq; vice extingue in aceto, & proijce ſuper xv. cuiuſcunq; corporis volueris, & inuenies ſolem.

Octaua.

De octauo . accipe de ſole pondus dimidium, & de tinctura nigra vnde fiunt ſcutellæ albæ: & iam dixi hoc alcofol in principio libri, & ſit hoc in duplum, & ſit ibi die & nocte : pòſt trahe & laua cũ aceto, deſicca cum panno lineo, & proijce vnum ſuper vij. æris præparati, & inuenies ſolem . Nunc dicendum eſt de 8. rebus, quæ non poſſunt confectari, & ſunt iſta: venter & viſcera, & ſonitus, & aures, & oleum, & ſimilitudo, & obſcurum: & omnia coniunge, & hoc eſt viij. & iſta non exponã, per te intellige ſi philoſ. es.

Fermentatio ſolis non confectandorum .

Rubrica prima.

Primùm de prædictis viij. ſi tu facis calcem de ſole, & non proijcis ibi vllam rem, vnum de xx. inuenies ſolem.

Secunda.

Secundũ, & animo prendas ſanguinẽ hominis ſtabilẽ, et proijce in non minus q̃ duo pondera: laua et prepara ſine ſole, nõ tergas, non deſicces niſi in lino : non proiicias niſi in xxv. de ſtanno, & inuenies ſolem .

Tertia.

Tertium leuamen: Dico tibi quòd non prendas de luna, non de ſole, de ære non, de vna vncia, de aceto non, de bis tantùm ſalis ſoluti non: ſtet quòd non bulliet vna nocte & vna die non, quòd non deſicces cum panno lineo: ſed tu quæris non, quòd non proijcias vnum ſuper xx. inuenies ſolem.

Quarta.

Quartum album non, viride non, obſcurum non, non prendas hanc rem nō de non, ſed ſi de non, non de ſi, et ſi de non: ibi habebis bonum ſolem.

Quinta.

Quinta fermentatio. Dico tibi, benedictus ſit ille qui creauit cœlum, non hominem ſolum, prendas ſolem, non vnam vnciam: et non dico tibi quot: non proijcias in aceto ſoluto cum duplo aquæ, vbi ſit ſolutum ſal armon. de cera nigra non poteſt habere quòd ſit ſuum caput album, ſed de rubea non, et non quot, non proiicias cum aceto, et cum ſale ſoluto, et cum ſale armon. Dimidium pondus, et non quot, non prendas, et tergas cum panno lineo, et proijce vnum ſuper xv. calcis præparatæ, et alexir de ære inuenies ſolē: 7. anſeres, non perdices, non palumbi, non quot, non prendas ſolem bonū multum, et miſceas illud baurac, vt ſit de ſole quinta pars: vnum ſuper xx. et xx. ſuper

per cccc.& cccc. ſuper lx.millia, & lx.millia ſuper c.m.viij.lx.millia. Fac quintum,quæris de ſtanno præparato , clarifica vocem tuam,quot non,ibi ſit vllus labor. Nunc & ponam tibi quod dixi in 4. colores,non accipias pro albo lunam , neq; pro viridi viridem , pro ære, quod in hoc volui dicere, ad accipias aliquem colorem , niſi de ſole, non de non, hoc eſt, accipe ſolem , & ſi de non, hoc eſt prende de ſole de quo dixeram non prendas, & non de ſi , hoc eſt de aceto , et ſi de non , hoc eſt accipe plumbum, & non de ſi, hoc eſt adiunctio hoc : hoc leuamen cuſtodi , et per legem quam tenes nulli oſtendes,et eſt hoc.

Octaua.

Accipe caſeum magis rubeum quàm inuenies,& non ſit caillatum cum caillo de beſtia,neque cum herba quæ cailat. Accipe ij. vncias, laua cum ſale, pone in fimo equi per menſem cum panno lineo ligatum , et projce vnum ſuper 7. quorum vis corporum, & tu inuenies bonum ſolem. Diximus omnia leuamina , et ibi non intelligas vnum pro alio,niſi in caſeo,per quem intelligas aurum, in alijs intellige vnum pro eodem.

De ſponſalitijs Lunæ.
Cap. II.

NVnc dicamus de ſponſalitijs: Et dicimus quòd vir ex vna parte,& vxor ex alia præparentur: & dicemus obſcurè,& non deſponſare & deſponſare. Nunc dicendum eſt, quomodo deſponſatio debet præparari: ſi non pręparas corda, non poterunt amari. Dixi tibi quòd facias amorem inter inimicos, i. inter ignem & aquam, & aquam & ignem: ſimiliter inter omnia 4. elementa. Illumina corpora antequam ponas animam, non ſis famelicus, neq; mendicus, ſed ſis probus in omnibus tuis factis, nec dones tantùm quòd pro ſtulto reputeris: non loquor niſi de magiſterio. Bene finge, bene tinge, bene bulli, bene miſce, & habebis magiſterium. Nunc dicam tibi xx. exempla deſponſationis: ſi velis deſponſare ad rubeum ſiue ad album, hoc eſt magiſterium de prima deſponſatione ad album.

Prima deſponſatio:

Accipe oleum terræ albæ tria pondera, de ſale armon. dimidium pondus, azoc præparatum decies tantùm de maiori pondere: hoc modo pones, facies furnum ſicut diximus in furnis alexiris. Primò pones illam rẽ quæ eſt de noſtro furno, et hoc eſt terra: pòſt pone quod eſt ſúpra terram, hoc eſt aquam

quam: pòst pone quod est iuxta aquam, hoc est oleum, & supra oleum, est ignis: sed ignis non intrat in alexir ad album. Nunc loquar verbum philosophicum, si prius mitteres oleum, & postea terram, esset oleum mortificatum in terra, quando cum aqua intraret: si poneres aquam, & post oleum staret oleum super aquam: si poneres aquam, & post terram esset aqüa ponderosior quàm terra: nũc manifestabo magisterium. Antequàm facias ignem, fac locum vbi sit ignis: aperi ostium, vt intret aer: fige aquam cũ terra vt ei adhæreat. Si occidas vnum, quatuor omnes sunt mortui: si vnum habet plus de anima quàm aliud, nihil valet: intellige. deo te comendo.

Secunda desponsatio.

Accipe de terra tria pondera, de aqua duo pondera, & sint in ista per duas horas: immisce, & misce da aere quantum est totum, duæ tertiæ, & ostendam tibi magnum magisterium. Antequam ponas fermentum in corpore, ante ponas medietatem de alexir, vt expergefacias dormitionem, quæ est in ipso corpore: & pòst pone leuamẽ desuper, & pòst pone alexir: quia si anteponeres totũ alexir, non operaretur leuamen sicut oporteret. Et dicam rationem: si accipias oleum strictè & ponas in mari, non apparebit.

Tertia desponsatio.

Tertia desponsatio pone, vt dixi elementa, antequam facias desponsationem, ter ablue, & desicca: ablue & desicca, ablue & desicca: ablue corpus, vel ablue terram, vt dictum est suprà, pòst fac sponsalitia. Sed in illis sponsalitijs caue ne in principio facias magnum ignem, sed paruum: postea paulatim vigora ignem. prima non apparebit, secunda magis apparebit, in tertia complebitur. hæc prima, secunda, tertia. Intellige in proiectione alexiris.

Quarta.

In quarta desponsatione, sicut dixi, coniunge 4. elementa, & quarta pars illorum elementorum, quæ fuerit coniuncta sicut tua elexir, quãdo proijcies, festinanter proijce in vna vice quod proijcies: nam si proijcies sicut proijcitur puluis paulatim, ignis aufferet ei suam vim.

Quinta.

In quinta debes considerare, quòd sit potus post comestionem, non comestio post potum: nam si bibis antequam comedas, facias ventrem humidum, & non recipiet siccitatem quam dixi. non bibas antequam comedas: volui dicere, non ponas aquam antequàm terram: & ideo dixi, quòd venter

fieret

fieret humidus, aqua est argentum viuum: volui per terrā significare terram nostram.

Sexta.

Sexta, in qua dicam pondera: primùm pone de terra vnum, de alio duo, de alio tria, de alio ter tria. hoc est magisterium.

Septima.

Septima, in ponderibus caue tibi. in olla alexir coniunge: ibi monstra acuitatem philosophi: ibi cognoscitur subtilitas illius qui operatur, & ibi cognoscam te, fili mi. Nam si magister qui operatur magisterium, non est acutus, & ponat de terra magis vel minus, quàm opus sit, quod maius erit mortificabit animas, quod minus est faciet humiditates, & non figet. Similiter in aqua, si amplius sit, vel minus faciet simile damnum. Si plus sit, faciet humidum & molle: si minus, faciet contrarium. Aer si plus vnus esset, faceret damnum: si plus sit, colorabit nimium: si minus, non habebit colorem debitum. Ignis lapidis simile damnum faceret: si plus esset, combureret: si minus vel parum esset, non siccaret totā humiditatem quam deberet siccare, nec calefaceret: veruntamen ad album nō ponas ignem, sed loquor hîc generaliter de omni alexir.

DECIMÆ DICTIONIS

CAPVT I.

De Ponderibus.

OCTaua desponsatio est in ponderibus. Caue tibi: quia ibi cognoscitur acuitas magisterij: de terra vnum pondus, de aqua duo pondera & dimidium, de aere j. pondus & quartam, de corpore quinquies tantùm, quintum erit totum leuamen præparatum nona pars aeris. Nunc dicá exemplum pro omnib. ponderibus: cùm vis coniungere põdera, si est ad album, semper sit de terra plus quàm de aliquo aliorum elemẽtorum. illud plus sit secundum rationẽ iuxta quam quæris facere. Verbi gratia, si est aer j. pondus & dimidium, & aqua ij. pondera, debet esse terra tria pondera minus quarta parte ponderis. Nam quantum erit aqua & aer, tantum debet esse terra videl. pondera minus quarta parte. Verbi gratia, nos habemus de aere 1. pondus & dimidium, & sic sunt ibi 6. quartæ: habemus ij. pondera de aqua, & sunt ibi 8. quartæ & 6. quartæ, quas prius humanus de aere cum istis, & sunt 14. & sunt de terra: ergo erunt de terra 11. quartæ sc. tria pondera minus quarta parte vnius ponderis, quintum deest de 14. tres quartæ. Ideo con-

ſidera quod quot quartę erunt in aqua & aere, tantū erit de terra tribus quartis minus. Iam ſcis quantum eſt de terra: nunc debes ſcire de aqua & aere. Si velis ſcire quantum eſt de aere, debes ſcire quantum eſt de terra & aqua: dicam leuiter, vt intelligas j. ij. iij. iiij. v. vj. vij. viij. ix. x. xj. xij. ſit terra vſq; ad 8. ſit aqua vſq; ad 7. ſit aer vſq; ad 5. habebis alexir completam, commendo & mando fili per fidem quam mihi debes, vt exponas hęc ponderā.

Nona.

Nona deſponſatio ſit de terra tertia, de aqua medię tertiæ, de aere tertia pars harum, & de corpore tres infrā tres, i. nouem, & leuamen ſexta mediæ.

Decima.

d X. deſponſatio cōputus par de pari, impar e impari: hæc eſt tua alexir, iā locutus ſum de 10. ſponſalitijs lunę: eodem modo accipe 10. ſponſalitia ſolis, niſi quòd in hac alexir ſolis pone ignem, & pōdus ignis: eſt medium pondus aquę, & cū hæc complebitur alexir, iam dixi tibi ſpōſalitia. Completus eſt liber, deo gratias. Sed ad hoc dicā pondera, & capitula: & exponā ſingula pōdera, & quot ſunt: ſed per fidē quā mihi debes fili mi, fac librū de ponderib. vt liber ille ſit lumen noſtris pōderibus: quia aliter non potes illuminare librū noſtrum: nā in alijs libris noſter apertus

est: quia nihil dimisimus ad illuminandum nisi hoc. Finit cc.xxiij. anni sunt transacti, ex quo Abincenus perfecit hoc opus, & iam erant transacti m. & cc. & triginta quinque anni.

Accipe de sale alcali albo vnam partem, & de vitro iij. partes. Iacta ibi de lacte vaccino donec cooperiatur, & coque donec indurescat, & frange per partes, & custodi à puluere.

Alia.

Pista vitriolum, & imbibe cum vrina distillata, donec se soluat: & cola, & dimitte ad solem fortem, donec se faciat per partes.

Alia confectatio vera.

Accipe de sale alcali, & de sale gemma, & de sale vrinæ, & de sale armoniaco partes æquales: pista cum pauco de lacte vaccino, vt possit confectari, & frange per partes, & dimitte ad solem per quadraginta dies: & apparebit in eo pinguedo, et erit clara vt cristallus.

Fimus ad soluendum calces & medicinas.

Solutio fimi: fode locum non ventosum. Fac duas foueas in profundum duorum cubitorum, & in latitudine vnius cubiti, & lutabis foueas intus palumbina, id est stercore columborum, pistata & pastata cum succo cu-

co cucumerum agreſtium: & accipe de fimo equino recenti partem vnam, & de ſale communi quartam partem, & de palumbina quantum eſt ſal, & paſtabis hæc omnia ſimul groſſo paſtamento, & implebis foueam hanc vſque ad medium, & quod vis ſoluere mitte in vrinale vitreo lato in fundo, & fac formulam ligni ad modum vrinalis, & mitte formulam illam in medio paſtæ, vt facias tibi locum, in quo poſsis mittere vrinale cum medicinis, capite vrinalis cooperto, mitte deſuper filtrum, & de fimo vſque impleatur fouea. poſtea cooperi os foueæ cum cantara, vt non exeat inde odor: ſed ſemel in die eleua cantaram, & ſuper fimum infunde de aqua ſalſa calida, & ita facias per ſeptem dies. & in capite 7. dierũ facias in alia fouea quod feciſti in iſta, & mutabis in ea vrinale cum medicinis, & cooperias bene: quia non eſt opus quod ſe refrigeret, & omnia potes ibi ſoluere.

Explicit liber de Anima.

In capitulo quarto libri ſecundi loquitur de rebus pertinentibus libro corporum: in nono ſexti libri loquitur de calce plumbi, & in 19. ſexti. & in capitulo quarto libri ſeptimi loquitur de calce plumbi, & in trigeſimo ſexti, & in cap. 2. libri V.

Dixit Abuali Abincine: istum librum feci in anima, & nominaui eum librum de Anima: ideoq; altior est corpore, & non potest videri oculis, sed mente: quia oculus tantũ accidens videt, & mens videt proprietatem: & ideo altiora sunt ea quæ videntur oculis. Et anima est quædam pars circuli gloriæ, & circulus animæ est altior omnibus circulis de corporibus circulis, & de spiritualibus. Et ego diuisi istum librum de Anima per x. dictiones: sed antequam incipiam loqui de dictionibus, loquar de rebus proficientibus huic libro. Hæc sunt dictiones, Prima dictio est Alchimia.

Dixit Abuali Abincine: Laus Deo, quia non est alius Deus in seculo laude dignus, qui sit & placabilis creans res, & eorum radices, & faciens causam, de qua non est causa: quia est solus, & fortis in magnitudine sui honoris, & ipse videt & scit omnia, quæ sunt in cœlo & in terra, & dat homini spiritum vocis, & rationem differendi, & reducendi res omnes ad primam naturam, sc. vt vij. corpora præparata ad primam originem sulphuris & mercurij: quia ipse est Deus, & non alius præter ipsum. Sed placeat Deo, quòd immittat in nobis spiritum intelligentiæ: ideo scias quòd elementa sunt 4. & modi, i. proprietates sunt 4. & elementa sunt aer, ignis, aqua & terra, & proprietates sunt calor,

calor, frigiditas, humiditas & ſiccitas, non eſt corpus, & proprietas eſt, & elemẽta ſunt de yle, & non ſunt partes eſſentiales, neque proprietates, & vnumquodque elementorum reuertitur in naturam alterius elementi. & omnia quæ ſunt in mundo ſunt facta de elementis, & vnumquodque illorum poteſt redigi in naturam alterius elementi, ſi homo trahat ipſum de vi, id eſt de occulta natura ad ſuum, verbi gratia, hordeum eſt equus per vim, & triticum homo per vim, & equus eſt hordeum per vim, & homo eſt triticum per vim. Si tu intelligas reuerſionem elementorum, vnius in alterum, intelliges totum magiſterium: & intelliges illud cum auxilio

DEI.

Finis cum Dei gratia.

GEBRI ARABIS PHILOSOPHI SOLERtissimi, rerumq; naturalium, præcipuè metallicarum, peritissimi, Περὶ χημείας libellus, quem inscripsit, de Inuestigatione perfectionis, Incerto interprete.

PRAEFATIO, IN QVA EXplicat, cur hunc librum scripserit. Cap. I.

INVESTIGATIONEM huius nobilissimæ scientiæ, ex continua, & frequenti operis sedulitate, & huic cõpari studio nimio, necnõ cogitationibus nostris profundissimis, & varijs annexis, emulam vobis tradam: vt melius & apertius à vobis volumina subsequentia intelligantur, & vt intellecta, & circa eadem ingeniata & perscrutata, facilius & promptius ad effectum perducantur. Et quia est aliud, artis inuestigare per rationem, quàm attentare & probare subtilitates & ingenia horum: donec operádo, & perscrutando, & experiendo, ad intentũ perueniatur completum: ideo in hoc nostro libro,

quæcunque per narrata inueſtigauimus, ſecundum noſtræ mentis rationem ſcripſimus, artem dico perficientia. Non putet tamen quis, quòd hanc inueſtigationem compoſuerimus ante librum noſtrum, qui Summa perfectionis magiſterij eſt intitulatus: in quo quæcunque vidimus & tetigimus, completè, ſecundum ſcientiæ ordinem determinauimus, ſecundum experientiam & cognitionem certam, quam ſcrutatione noſtra, de naturalium, & mineralium effectibus, & tráſformantibus diuerſis, in opere apparentibus notáuimus. Et ingeniati ſumus ſcientiam noſtram prius compoſitam cum hoc inueſtigationis commento, quod ſuper ipſam declarandam compoſuimus, denudare. Ergo de iure hæc illam præcedit, cum per hũc librum inueſtigare quæram de cognitione rei perficientis.

De rebus corpora metallica perficientibus, & corrumpentibus.
Cap. II.

CVM ergo hæc ſcientia de imperfectis tractet corporibus mineralium, in quantum ea perficere deceat. In primis circa hæc duo conſiderauimus, imperfectionem ſcilicet, & perfectionem. Circa hæc duo noſtram fundamus intentionem.

De

De rebus autem perficientibus & corrumpentibus, ſecundum quòd per noſtram inueſtigauimus experientiam, hunc librum componimus, quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Res autem quæ perficit in mineralibus, eſt ſubſtantia argenti viui & ſulphuris proportionabiliter commixta, per longam & temperatam decoctionem, in viſceribus terræ mundæ inſpiſſata & fixa, cum conſeruatione ſuæ humiditatis radicalis, nõ corrumpentis, ſed ad ſubſtantiam ſolidam cum ignitione debita fuſibilem, & ſub malleo extenſibilem producta. Per diffinitionem naturæ huius perficientis, leuius peruenire poſſumus ad cognitionem rei corrũpentis. Et eſt illa, quæ à contrario ſenſu habet intelligi, videlicet ſubſtantia impura argenti viui & ſulphuris, ſine proportione debita commixta, vel minus vel nimis decocta in viſceribus terræ immundæ, nec rectè inſpiſſata, nec fixa, humiditatem habens combuſtibilem & corrumpentem, & raræ ſubſtantiæ, & poroſæ: vel habens fuſionem ſine ignitione debita, vel nullam, nec patiens malleum ſufficienter. Primam autem diffinitionem inueni intruſam in his duobus corporibus, videlicet in Sole & Luna, ſecundũ cuiuslibet perfectionem. Secundam verò in his quatuor, ſcilicet in ſtanno, plũbo, cupro, & ferro, ſecũdum cuiuslibet imperfectionẽ.

Et quia hæc corpora imperfecta ad ſanitatẽ & perfectionem non ſunt reducibilia, niſi cõtrarium in eis operetur, id eſt, quod manifeſtum occultetur, & occultum manifeſtetur: quæ operatio vel contrariatio fit per præparationem: igitur præparatio eſt eis adhibenda. Eſt ergo præpare, ſuperflua demere, & abſentia ſupplere, & ſic notam eis immittere perfectionem: hac autem præparatione non indigent corpora perfecta. Indigent verò præparatione tali, qua eorum partes magis ſubtilientur, & à corporalitate ſua ad ſpiritualitatem reducantur fixam. Cuius intentio eſt ex eis facere corpus ſpirituale fixum, hoc eſt, multo magis attenuare & ſubtiliare, quàm erat prius. De horum omnium præparationibus, ſecundum noſtram inueſtigationem in loco ſuo tractabimus ſufficienter in hoc libro. Quæ poſtquam præparata fuerint ſufficienter, erunt apta, vt de eis elixir albũ, vel rubeum fiat magnum.

De lapide Philoſophorum, quòd vnus tantum ſit, ad album & ad rubeum. & ex quibus rebus extrahatur. Deq; poßibilitate ac modo perfectionis.

Cap. III.

INuenimus autem modernos nobis vnicum tantùm ſcribere lapidem, ad album

vel

vel rubeum completum, quod & verum esse concedimus. Nam ex quocunque elixir conficiatur album vel rubeum, nihil tñ ibi aliud est, quàm argẽtum viuum & sulphur, quorũ vnum sine altero nihil agit, nec esse potest. Et ideo vnus lapis à philosophis nuncupatur, quãuis à multis extrahatur corporibus siue rebus. Extrahere enim à re in qua nõ est hoc stultum cogitare esset & vanum, vt quidam fatui putauerunt, quod nunquam erat intentio philosophorum. Dicunt tamen multa per similitudinem. Et quia omnia corpora metallica ex argento viuo composita sunt, & sulphure, puris vel impuris, per accidens, & non in prima sua natura innatum, etiam per præparationem conuenientem tolli est possibile. Nam expoliatio accidentium non est impossibilis. Est ergo præparatio, superfluum demere, & defectum supplere in corporibus imperfectis, quæ fieri non potest sine adiuuatione operis, & rerum purificantium. Diuersificatur autem præparatio secundum diuersitatem rerum indigentium. Experientia enim nobis dedit modos agendi, scilicet calcinationem, sublimationem, descensionem, solutionem, distillationem, coagulationem, fixationem, & cerationem. De quibus singulis narrationem fecimus in Sũma perfectionis magisterij sufficiẽter. Ista enim sunt opera ad præparationẽ iuuantia.

De rebus præparationem iuuantibus, & earum mundatione. Cap. IIII.

REs autem prę parationes iuuantes sunt istæ, scilicet omnia genera salium, aluminum, atramentorum, etiam vitrum, borax, & quæ huius naturæ sunt, & acetum acerrimum, & ignis. Et cum istis proponimus corpora imperfecta præparare, sed conuenit ea prius mundare, si aliqua immundicia in his extiterit, secundum nostram experientiam, in qua certi fuimus per prędicta.

Mundatio salis communis.

Mundatur enim sal commune, per hunc modum: Primò comburatur, combustum in aqua communi calida soluatur, solutum per filtrum distilletur, distillatum per lentum ignẽ in parapside vitreata vel vase terreo plũbato & non in metallo congeletur, congelatum calcinetur per diem & noctẽ in igne mediocri, & serua ipsum sic sufficiẽter mũdatũ.

De salis communis præparatione.

Sal commune comburatur, combustũ in aqua cõmuni, vel aqua clara fontis calida soluatur, solutum per filtrum distilletur, distillatum per lẽtum ignem in parapside vitreata, vel vase terreo plũmbato, & non in metallo congeletur, congelatum calcinetur per diem & noctem in igne mediocri, & serua ipsum

psum sic sufficienter mundatum.

De salis uitri præparatione,

Sal petræ dissoluitur in aqua fontis, per fil trum distillatum congelatur in vase vitreo vsque ad ipsius fusionem cristallinam.

De salis nitri præparatione.

Sal nitri sic præparatur, dissolue sagimen vitri in aqua forti, distilla per filtrum, & congela in vase vitreo, & sic optimè clarificatur.

De salis gemmæ præparatione:

Sal gemmæ teritur, dissoluitur & congelá tur in vase terreo vitreato, sicut sal commune.

De salis alcali præparatione.

Sal alcali fit ex soda dissoluta, & per filtrum distillata, & cocta ad tertiam, & descendet sal in tempore ad fundum vasis in modũ crystalli, & est præparatum. Similiter sal alcali apud aliquos sic præparatur. Accipiunt cineris clauellati pondera quinque vel duo, calcis viuæ pondus vnum, & trahunt totum lixiuium, & distillant & congelant, & hoc reiterant semel: & est præparatum. Vel sicut sal commune primò teratur totum, soluatur in aqua communi calida, postea distilletur per filtrum, & congeletur, & calcinetur cùm igne lento.

De ſalis armoniaci præparatione.

Sal armoniacus fit ex quinque partibus vel duabus vrinæ humanæ & parte vna ſudoris eiuſdem, & parte vna ſalis communis, & parte vna cum dimidia fuliginis lignorum, vel baculorum habitis ſimul coctis vſque ad conſumptionem huiuſmodi, ſublima ſalem armoniacum verum & vtilem, hunc iterum in ſudorem diſſolue, & congela, & ſublima à ſale communi ſemel: & eſt præparatum. Vel teratur primò cum præparatione Salis communis mundati, poſtea ſublimetur in alto alutel, donec totaliter fuerit extractum purũ: poſtea ſoluatur ſuper porphydum ſub diuo, ſi de eius aqua habetur facere, vel ſeruetur ipſum ſublimatum & purum ſufficienter.

De ſalis tartari præparatione.

Sal Tartari fit ex fæcibus vini calcinatis & diſtillatis, vel ex tartaro calcinato, diſſoluto, & congelato: & eſt præparatum.

De ſalis vrinæ præparatione.

Sal vrinæ fit ex fæcibus vrinæ diſtillatæ calcinatis, & iterum in aqua eius diſſoluitur & congelatur: & eſt magni iuuamenti: multi diuerſimodè tractant de ſalium præparatione. Nos autem inueſtigatione noſtra inuenimus has præparationes ſalium breuiores & vtiliores ad noſtrum propoſitum conſequẽdum. Cum ex omnibus rebus verè calcinatis

ſales

sales per dissolutionem extrahantur, per viã prælibatam præparari tenentur, sufficit nos transire cum his ingenijs consuetis.

De *aluminis glaciei vel rocæ præparatione.*

Alumen glaciei vel rocæ duplicem habet præparationis modum, vnum pro corporibus calcinatis abluendis, alium pro spiritibus sublimandis. Primus modus. Dissolue ipsum in aqua fontis clara, distilla per filtrum, coque ad eius tertiam partem, pone in parapsidibus vitreatis, & descendet circa latera vasis, & in fundo alumen præparatum crystallinum. Secundus modus est, vt alumen vase terreo coquatur quousque humiditas euanuerit, & inuenies alumen album, spongiosum, leue, & præparatum pro sublimationibus, & alijs diuersis operibus. Fæces in fundo vasis remanentes, vel dissoluantur supra lapidem, vel in aliqua parte humida, vel in aqua inde extracta, vel reseruentur.

De *aluminis iameni præparatione.*

Alumen iameni quemadmodum alumen glaciei vel rocæ præparatur, excepto quòd in hac arte maioris est virtutis.

De *aluminis plumosæ præparatione.*

Alumen plumosæ dissoluitur & præparatur sicut alumen glaciæ vel rosæ. Nunc restat præparationes atramentorum inuestigare, cum multum sit nobis id, quod per ea colligimus in tinctura & ligamentis spirituum & aliorum quæ ad alexir spectant.

De *atramenti nigri præparatione.*

Atramentum nigrum soluatur in aceto mundo: vel in aqua bullienti, post per filtrũ distilletur & coaguletur, & est præparatum. Vel ponatur primò in alembic, & humiditas totalis extrahatur. Fæces in hac distillatione calcinatæ super porphydum, vel in sua aqua soluantur & coagulentur, vel ipsa aqua secundum velle artificis reseruetur.

De *cuperosæ præparatione & mundatione.*

Cuperosa dissoluenda est in aceto distillato, clarificanda per filtrum, & congelanda, & sic est munda.

De *vitrioli Romani præparatione.*

Vitriolum Romanum alia præparatione non indiget, nisi quòd in aliquibus cineribus teneatur in igne mediocri, vt rubificetur. Est certum quòd à corporibus (vt amplius considerauimus) imperfectis extrahũ-

tur

tur diuersa nobis necessaria, & sunt adminicula perfectionis in casu quæ indigent præparatione.

De cerusæ præparatione.

Cerusa dissoluenda est in aceto, purificanda deinceps à grossioribus, & id quod vt lac emanauerit congelandum est in sole, vel lento igne, & est præparata.

De albi hispanici præparatione.

Eodem modo vt suprà fit de albo hispanico, stannum candidum in vrina distillata soluendum est ad modum cerusæ: & sic præparandum.

De viridis æris præparatione.

Viride æs in aceto distillato solutũ, & clarificatum limpidè, congelandum est lentissimo calore: & est optimum.

De croci ferri præparatione.

Crocus ferri dissoluendus est in aceto distillato, & est clarificandus: & hæc aqua rubicunda crocea congelata dat sibi croceum aptum, & est factum.

De litargirij præparatione.

Litargirium in aceto distillato resolue, clarifica, & congela, quia bene præparatum est, quod iterum quemadmodum & alia prænominata dissoluere potes, & his vti dissolutis & congelatis: in hoc est inuestigatio profunda, & hæc præparatio fit breuissimè.

De *antimonij præparatione.*

Antimonium calcinatur, diſſoluitur, clarificatur, & congelatur, & eſt præparatum.

De *lapidis Lazuli præparatione.*

Lapis Lazuli calcinatur, abluitur tritus, & eſt purificatus à terreitate.

De *lapidis Ematitis præparatione.*

Lapis Ematitis ignitur, extinguiturque ſæpius in felle taurino & ſplene.

De *boli præparatione.*

Bolus teritur, diſſoluitur, vt Ceruſſa & cōgelatur.

De *cinabrij præparatione.*

Cinabrium ſemel eſt præparandum cum ſale communi, & optimè eſt.

De *tutiæ præparatione.*

Tutia calcinatur & reſoluitur in aceto diſtillato, & ſic eſt præparata.

Diuerſa adhuc ſalium, aluminum, & atramentorum genera reperiuntur, quæ omnia, vt iam dicta in ſua ſpecie præparātur, & mundantur.

De *vitri, & baurachij præparatione.*

Vitrum & baurachia ſi debito modo fuerint facta, non indigent præparatione.

De

De aceti acerrimi præparatione.

Aceti autem acerrimi cuiuſcunque genera ſubtiliantur & depurantur, & illorum virtus ſiue effectus per diſtillationem meliorantur, de quorum mundatione & depuratione ſufficienter tractauimus, cum quibus corpora imperfecta præparari poſſunt, & depurari, & meliorari, & ſubtiliari, igneque ſemper debito mediante.

De præparatione, & melioratione corporum in igne.

Cap. V.

PRÆPARANTVR autē & depurantur per iſta ad intentionem ignis, per hunc modum. Habent enim hæc corpora imperfecta humiditates ſuperfluas, & ſulphureitatem aduſtibilem, nigredinem in ipſis adminiſcendis generantem, ipſaque prædicta corpora corrumpentem. Habent etiam terreſtreitatem inmundam, fœculentam, & combuſtibilem, nimis groſſam, ingreſsionē impedientem & fuſionem. Iſta & talia ſunt ſuperflua in his corporibus prædictis, quæ in ipſis noſtra experientia, & inueſtigatione certa & ingenioſa ſunt inuenta. Et quia hæc ſuperflua accidentaliter his ſuperueniunt corporibus, & non radicaliter, & ſpoliatio accidentalium poſsibilis eſt, oportet nos cum igne artificiali his prædictis mundatis, ſuper

flua demere accidentia cuncta, ſola ſubſtantia argenti viui & ſulphuris radicalis permanente. Et hæc eſt integra præparatio imperfectorum, & deputatio perfecta. Melioratio, depuratio, & ſubtiliatio horum ſubſtantiæ puræ remanentis, fit multis modis, ſecundum quòd indiget elixir. Præparationis ergo & depurationis in generali modus eſt hic. Primo enim eleuanda eſt cum igne proportionali tota humiditas ſuperflua & corrupta in illorum eſſentia, etiam ſuperfluitas ſubtilis & comburens, & hoc calcinando. Deinde totalis ſubſtantia remanens corrupta, in illorum calce ſuperfluæ humiditatis comburentis & nigredinis corrodenda eſt cum his mundatis prædictis corroſiuis, acutis, ſeu acerrimis, donec calx fuerit alba, ſiue rubea, aut ſecundum corporis naturam & proprietatem colorata, & munda, & pura ab omni ſuperfluitate, ſeu corruptione prænarratis. Et hæc cum his corroſiuis mundantur, terendo, imbibendo, & lauando. Poſtea verò delenda, ſeu deponenda eſt totalis terreſtreitas immunda, & fœculentia combuſtibilis & groſſa, cum rebus prædictis, mundatis vel puris, fuſionem metallicam non habentibus, cum calce prædicta, modò prædicto depurata, commixtis & bene tritis, quæ in fuſione, ſeu calcis reductione retinebunt ſecum terreſtreitatem groſſam & immundam

præ-

prædictam, remante corpore puro, ex omni ſuperfluitate corrumpente mundato. Et hoc totum deſcendendo. Meliorationis & ſubtiliationis horum ſubſtantiæ puræ in generali modus hic eſt. Primò hoc corpus purgatum & reductum eſt iterum calcinandum cum igne, & adiutorijs mundatiuis prædictis, deinde cum his quæ ſunt ſolutiua ſoluendum. Hæc enim aqua lapis noſter eſt, & argentum viuum de argento viuo, & ſulphur de ſulphure, ex corpore ſpirituali abſtractum & ſubtiliatum, ſiue attenuatum, quæ meliorari poteſt, confortando in ipſam virtutes elementales cum alijs præparatis, quæ ſunt ex genere ſui generis: & augmentando colorem, fixionem, pondus, puritatem, fuſionem, & alia omnia, quæ pertinent ad elixir perfectum. Et iſte eſt modus, per ſolos nos inueſtigatus, præparationis, depurationis, ſubtiliationis, & meliorationis corporum mineralium in generali. Nunc tranſeamus ad ſpecialem, ſeu particularem cuiuslibet corporis imperfecti præparationem, cum omnibus modis ſuis, etiam perfecti corporis mineralis. Et primò de Ioue.

De præparatione Iouis in ſpeciali.

Cap. VI.

PRÆPARATVR autem Iupiter multipliciter: melius tamen per hunc modum: Et eſt, vt ponatur in furno calcinationis, in vaſe ad hoc apto, & proijciatur ſubtus ignis vſque ad corporis ipſius fuſionem bonam, mouendo tunc ipſius corpus liquefactum cum ſpatula ferrea perforata: ſcoriá quæ ſuper ipſum creatur contrahendo, iterumque corpus mouendo in ignis calore æquè perdurante, donec in ſuperficie bona quantitas ipſius pulueris fuerit congregata. Deponatur tunc illa, & iterũ moueatur, quo uſque alternata vice totum corpus in pulue-rem ſubtiliſsimum fuerit reductum. Cribretur ergo puluis ille, & reponatur in furno, addendo illi ignem bonũ, ipſius fuſionẽ non ſuperantẽ, & mouendo multoties. Stet ergo in igne ſuæ calcinationis ſic per diẽ naturalẽ, vel circiter, donec tota humiditas accidentalis, & ſuperfluitas fuerit deleta, cum ſulphure cõbuſtibili & corrũpente. Poſtea extrahatur calx alba mundata. Nam ignis omnem fugitiuam ſubſtantiam, & inflammabilem eleuat, & conſumit de prædictis, ſcilicet cum ſale cõmuni mundato, & alumine, & cum aceto purificato & acerrimo multum lauando, & ponatur ad ſolẽ, vel ad aerem, & iterum teratur, & lauetur, & deſiccetur, & hoc alternatim

per

per vicem reiteretur, donec per acuitatem ſalium, aluminum, atque aceti, tota eius humiditas, nigredo, & immũdicia fuerint conſumptæ, corroſæ, & deletæ. Tunc apponatur de vitro trito cum his prædictis. Cumq; totum impaſtatum fuerit, deſcendatur per Botum barbatum, cum ſufficienti igne. Deſcendit enim corpus purum & mundum, remanente cum vitro & ſalibus, ſiue aluminibus, tota ſubſtantia terrea & fęculenta. In illo enim corpore mundo deſcenſo, & reducto, eſt æqualis, & perfecta proportio argenti viui mundi, & ſulphuris albi non vrentis. Nam ignis & corroſiua totá humiditatem, & ſubſtantiam fugitiuam, inflammabilem, & corrumpentem, atq; nigredinem diuiſerunt, & per deſcenſorium ipſius, ſiue per paſtillum ſalium & aluminum, & vitri, diuiſa eſt tota ſubſtantia terrea, fæculenta, ſubſtantia pura & temperata cum ſua proportione remanente. Poſtea verò calcinetur iterum hoc corpus reductum purum, cum ſolo ſale armoniaco puro, mundato, donec fuerit in pondere æquali, vel circiter. Cùm autem bene & minutiſsimè fuerit calcinatum: tunc illud totum peroptimè, & bene diu teratur ſuper porfidum, & ponatur ſub dio, in loco frigido & humido: vel in veſicis vitreis in furno ſolutionis, vel in ventre equino, donec totum fuerit diſſolutum, augendo ſal, ſi fue-

rit neceſſe. Quam aquam honorare debemus: ipſa enim eſt quam quærimus ad album. Et hæc de præparatione Iouis dicta ſufficiant.

De præparatione Saturni. Cap. VII.

PRæparatur & Saturnus ſic: Ponatur ſimiliter in furno calcinationis, mouendo vt Iouem, donec conuertatur in puluerem tenuiſsimũ: Cribretur, & reponatur ad furnum, ſtet in igne ſuę calcinationis per modum prædictum, donec fugitiua ſubſtantia, & inflammabilis fuerit deleta. Poſtea extrahatur calx rubea, quæ imbibatur, & teratur frequentiſsimè & minutiſsimè cum ſale communi mundato, & atramento, & aceto purificato, & acerrimo. De iſtis verò ad rubeum vtaris, ſicuti ad album feciſti, cum ſale communi, & alumine Iameno, & aceto. Tunc multoties, vt de Ioue dictum eſt, deſiccetur, & imbibatur, & teratur, donec per beneficium dictorum, dicta immunditia fuerit deleta. Tunc apponatur de vitro cũ his prędictis, & deſcendat per Botum barbatum corpus purum, deſcendẽdo reductum. Iterũ calcinetur cum ſale armoniaco puro, vt de Ioue, teratur ſubtiliſsimè & diſſoluatur per modum prædictum. Ipſa enim eſt aqua argenti viui, & ſulphuris proportionabiliter facta,

facta, qua vtimur in rubei elixiris compoſitione. Et hæc de Saturni præparatione dicta ſufficiant.

De *præparatione* Veneris.

Cap. VIII.

PRÆparatur etiam Venus optimè per hunc modum: Ponatur ſtratum de ſale communi optimè mundato in cruſibulo, & deſuper ipſius lamina, & deſuper ſalis ſtratū, & deſuper lamina, & ſic viciſsim, donec vas fuerit plenum, & cooperiatur, & lutetur, & collocetur in furno calcinationis per diem naturalem. Deponatur & abradatur quod calcinatum fuerit, & reponātur laminę cum ſale nouo. Et ſic alternata vice calcinetur, donec omnes laminæ fuerint conſumptæ, ſeu corroſæ, per beneficium ſalis & ignis: quia ſal corrodit ſuperfluam humiditatem, & ſulphureitatē cōbuſtibilem: ignis eleuat ſubſtantiam fugitiuam & inflammabilem, cum proportione debita. Teratur omnino puluis ille minutiſsimè, & lauetur cū aceto, donec nigredine careat aqua exindè emanans: hinc alterna vice de ſale nouo, & aceto imbibe, & tere: & poſt contritionē, ad furnum calcinationis in vaſe aperto reponatur, ſtetq; ibi per 3. dies naturales. Deinde extrahatur bene, & ſubtilietur, & abluatur cū aceto bene & diu, donec ab omni immundicia fuerit mūdatū & purgatū. Deſiccetur ad

ſolem bene, tunc apponatur medietas eius de ſale armoniaco, bene & diutiſsimè teren do, donec ſudſtantia impalpabilis fuerit. Ponatur ſub dio, vel in reſolutionis fimo, do nec quicquid ibi eſt ſubtile, fuerit ſolutum: renouando ſal armoniacum mundatum, ſi fuerit neceſſe, donec aqua totum fiat. Hanc aquam honora, quam aquam ſulphuris fixi nominamus: cum qua tingitur elixir vſque ad infinitum. Et hæc ſufficiant de Veneris præparatione.

De præparatione Martis.

Cap. IX.

MArs autem per hunc modum melius præparatur: Calcinetur, quemadmodum Venus, cum ſale communi mundato, & cum aceto puro lauetur. Lotus ad Solem ſiccetur: deſiccatus iterum cum nouo ſale, & aceto teratur, & imbibatur, & ad eundem furnum ponatur per tres dies, vt de Venere dictum eſt. Solutum honora, aquam videlicet ſulphuris fixi, mirabiliter colorem Elixiris augmentantem. Et hæc de imperfectorum corporum præparatione dicta ſufficiant.

De *præparatione Solis.*

Cap. X.

PERfecta verò corpora non indigent præparatione, quantum ad perfectionem, cùm perfecta ſint, ſed vt magis ſubtili-

ſubtilientur, & attenuentur, talis eiuſdem præparatio eſt adhibenda: Accipiatur Sol in laminas tenues productus, & ponatur cũ ſale communi optimè prępparato ſolariatim in vaſe calcinationis, & collocetur in furno, calcinando bene per tres dies, vel donec totum fuerit ſubtiliter calcinatum. Deinde extrahatur, multum bene teratur, cum aceto laquetur, & deſiccetur ad ſolem. Poſtea teratur bene cum medietate ſui ſalis ammoniaci mundati, & ponatur ad diſſoluendum, donec totum fuerit per beneficium ſalis communis, & ammoniaci in aquam clariſsimam diſſolutum. Hoc eſt fermentum ad elixir rubeum, precioſum, & verum corpus ſpirituale factum.

De præparatione Lunæ.

Cap. XI.

SVBtiliatur autem argentum, & tenuatur, & ad ſpiritualitatem reducitur per modum iam dictum. Ergo per omnia & ſingula fac in ipſius ſubtiliatione ſicut de Sole feciſti. Et aqua Lunæ diſſolutæ, eſt fermentum ad elixir album ſpirituale factum.

De proprietatibus elixiris maioris.

Cap. XII.

IAM imperfectorum præparationem, & perfectorum ſubtiliationem, ſufficienter determinauimus, vt de eis quilibet diſcre

tus posit adimplere intentionem. Attendat ergo quis proprietates & actionis modos compositionis Elixiris maioris. Nos enim quærimus substantiam vnam facere: tamen ex pluribus aggregatam, coadunatá, fixam, quam super ignem positam, ignis non exprimat, & liquatis permisceatur, & liquescat cum ipsis, cum eo quod est in ea de substantia ingressibili: & permisceatur cũ eo quod est in ea de substantia permiscibili: & consolidetur cum eo, quod est in ea de substantia consolidatiua: & figatur cum eo quod est in ea de substantia fixatiua, & non comburatur ab his, quę non comburunt aurum & argentum, & afferat consolidationes & pondus cum ignitione debita & perfecta. Non tamen eatenus breue tempus intelligas, vt paucis diebus, vel horis possit prima vice confici: sed quia respectu aliorum medicorum modernorum, respectu etiam naturę operationis veritas hoc modo citius terminatur. Vnde dixit philosophus: Medicina est cuius temporis longũ spacium anticipauit. Quare vobis dico, vt sustineatis patienter: quia fortè moratur, & festinantia quidẽ ex parte diaboli est. Ergo qui patientiá non habet, ab opere manuum suspendat: quia impediet eum festinantem credulitas. Omnis nanq; actio naturalis suũ habet modum, & tẽpus determinatum, in quo maiori vel minori

nori ſpacio terminatur. Ad hæc tria neceſſaria ſunt: patientia, mora, & inſtrumentorum aptatio: de quibus in Summa noſtri magiſterij perfecti artificem allocuti ſumus in Capitulis diuerſis, in quibus experiri poteſt, ſi in noſtris dictis fuerit ſufficienter verſatus. In quibus manifeſta probatione & aperta concludimus, lapidem noſtrum nihil aliud eſſe, quàm ſpiritum fętentem, & aquam viuam, (quam & ſiccam aquá nominauimus) & per naturalem proportionem mundatam, & vnitam vnione tali, quòd ſibi neutiquam abeſſe poſſunt. Quibus addi debet & tertium, ad opus abbreuiandum, hoc eſt corpus perfectum attenuatum.

Epilogus, & concluſio operis.

Cap. XIII.

EX præmiſsis igitur patent res, in quib. veritas eſt propinqua: & perficientes ipſum opus, inueſtigatione vera noſtra, qua certi ſumus, & per experientiam manifeſtam conſiderauimus omnia verba vera eſſe, quæ per nos ſolos in noſtris voluminibus ſcripta ſunt: ſecundum quod vidimus per experimentum & rationem in voluminib. iſtis relata. Ea verò quæ per noſtrá experiẽtiam digitis extraximus, & vidimus oculis, & manib. tetigimus, ſcripſimus in Sũma noſtri perfecti magiſterij. Sapiés ergo artifex in noſtris ſtudeat voluminib. colligẽdo

noſtram diſperſam intentionem, quam in diuerſis locis propoſuimus, ne malignis ſeu ignaris publicetur: & collectam probet, donec ad cognitionem ſtudendo & experimentando cum laboris ingenioſi inſtantia peruenerit totalem. Exerceat ergo ſe artifex, & inueniet huius iam modum inueſtigationis (commotis amore viſceribus) per noſtram conſiderationem, veritatis cognitionem etiam dare plenariam, perficientis & corrumpentis materiæ & formæ. Conſiderauimus enim inueſtigatione noſtra, perfectorum materiam cum forma, à radice ſuę commixtionis vſque ad complementum, puram eſſe, ſine corruptione ſuperueniente aliqua. Conſiderauimus etiam à contrario ſenſu imperfectorum ſubſtantiam, & perfectorum vnam eſſe vbiq́ue, ſcilicet argentum viuum & ſulphur: quæ ante commixtionem ſuam, pura ſunt & munda. Et per hanc conſiderationem per noſtrum exercitium inuenimus, corruptionem imperfectorum accidentaliter ſuperueniſſe, quæ materiæ nouam & corruptam dedit formam. Nam cum corpora imperfecta, per noſtram experientiam, & per ingenium noſtrum vidimus præparata, & mundata ab omni ſuperflua corruptione, & immunditia fugitiua, ſeu terreſtri deliberata, inuenimus ipſa maioris claritatis & fulgoris, ſeu purita-

puritatis, quâm ipſa corpora naturaliter perfecta. Per quam conſiderationem peruenimus ad finem huius ſcientiæ perfectum & completũ, quam perfectè & completè ſcripſimus in codicib. noſtris. Studeas ergo in illis, & inuenies totam noſtram ſcientiam, quam ex antiquorũ libris abbreuiauimus.

Finis libri de Inueſtigatione perfectionis Gebri.

GEBRI ARABIS PHILOSOPHI SOLERTISſimi, rerumq; naturalium (præcipuè Metallicarum) peritiſſimi, Περὶ χημείας Libri duo, quibus titulum fecit: Summa perfectionis, ſiue perfecti magiſterij. Ex Arabico in Latinum tranſlati, incerto interprete.

SVMMAE PERFECTIOnis Gebri Liber I.

PRAEFATIO, DE MODO TRAdendi huius artis, & de idoneis diſcipulis. Cap. I.

TOtam noſtram περὶ χημείας ſcientiam, quam ex libris antiquorum compilatione diuerſa in noſtris voluminibus abbreuiauimus, hîc redigimus in ſummam

vnam. Et quod in alijs libris à nobis ſcriptis eſt diminutum, id ſufficienter in hac traditione huius noſtri libri compenſauimus, & ipſorum defectũ ſuppleuimus ſermone breui. Et quod occultatum fuit à nobis in parte vna, manifeſtũ fecimus illud in parte eadem in hoc noſtro volumine, vt ſapientibus patefiat complementum tam excellentis, nobilisque partis philoſophiæ. Scias ergo chariſsime fili, in hoc opere totá eius artis operationem in capitulis generalibus vniuerſali diſputatione, ſine diminutione aliqua ſufficienter cõtineri. Per Deum, qui ſecundum hunc librum operatus fuerit, verũ finem huius artis ſe adinueniſſe lætabitur. Sed ſcias chariſsime, quòd qui principia naturalia in ſeipſo ignorauerit, hic iam multũ remotus eſt ab arte noſtra, quoniam non habet radicem veram, ſupra quã intentionem ſuam fundet. Et qui principia ſua ſciuerit naturalia, & cauſas mineralium omnes, nondum tamen adeptus eſt verum finem & proficuum huius artis occultiſsimæ: habet verò faciliorem aditum ad artis huius principia, quàm cui ignorantia cadit ſuper intentionẽ eius de modo huius noſtri operis, & hic parum remotus eſt ab artis introitu. Qui verò ſciuerit omnium principia, & cauſas mineralium, & generationis modum, qui ex intentione naturæ conſiſtit, parum quidẽ aufertur

fertur ab eo de operis cõplemento, ſine quo tamen nõ poteſt ſcientia noſtra perfici: quoniam ars imitari non poteſt naturam in omnibus operibus, ſed imitatur eam ſicut ritè poteſt. Chariſsime igitur fili, ſecretum tibi pandimus, quòd in hoc artifices errãt, quòd naturam in omnibus differentijs proprietatum actionis imitari deſiderãt. Labora itaq; ſtudere in noſtris voluminibus, & ea ſæpiſsimè in mente tua reuoluere nitaris, vt intentionem ex noſtræ loquelæ modo veram acquiras: quia in eis inuenies, ſuper quę mentem tuam fundare debeas, & ſcies ex eis errores à te repellere, & in quibus imitari naturam poſsis in tui operis artificio.

Diuiſio huius libri primi in quatuor partes.

Caput II.

POnemus igitur tibi breuiter primò impedimẽta omnia, quibus in opere impeditur artifex, ne verum finem adipiſcatur: dicemus etiam conditiones artificis huius artis. Secundò verò diſputabimus cõtra ignorantes & ſophiſtas, qui propter ſuam ignorantiã & imperitiam, huius artis magiſterium & proficuũ inquirendo, artem interimunt, & eam nullam eſſe contẽdunt. Ponemus autem omnes rationes illorum, & poſtea ipſas deſtruemus euidentiſsimè: ita vt prudentib. ſatis apertè patefiat, nullã illorũ ſophiſmata veritatẽ continere. Tertiò diſpu

tabimus ſuper principijs naturalibus, quæ ſunt de intentione naturæ: & ibidem ſuper modo generationis & mixtionis eorum ad. inuicem ab opere naturæ, & ſuper eorum effectu, ſecundum antiquorum philoſophorum ſententiam. Quartò verò monſtrabimus principia, quæ ſunt ad intentionem huius noſtri operis, in quibus imitari naturam poſſumus, & modum miſcendi, & alterandi, ſcilicet congruum naturæ cum cauſis ſuis, ad intentum noſtri operis reducendis.

PRIMA PARS HVIVS PRIMI LIBRI DE IMPEDI- *mentis, quibus impediuntur artifices, quo minus verum huius artis finem adipiſcantur.*

Diuiſio *impedimentorum.* Cap. III.

SVnt ergo impedimenta huic operi ſuperuenientia, duo generaliter: Naturalis ſcilicet impotentia, & neceſſariæ impenſæ defectus, vel occupationes & labores. Naturalem tamen impotentiam multiplicem eſſe dicimus. Ex parte ſcilicet organi artificis, & ex parte animę. Ex parte etiam

iam organi artificis multipliciter. Vel quia organū ſit debile, vel ex toto corruptum. Ex animæ deniq; impotētijs multipliciter: vel quia ſit anima peruerſa in organis, propter organa nil rectitudinis, vel rationis in ſe habens, ſicut anima inſani, vel fatui. Vel quia ſit fantaſtica, contrariarum facilè formarum ſuſceptiua indebitè, & de vno ſcibili ad eius oppoſitum extenſiua ſubitò, & de vno velle ad eius oppoſitum ſimiliter.

De *impedimentis huius operis, ex parte corporis artificis.* Cap. IIII.

IAm tibi generaliter determinauimus huius operis impediměta. Nunc verò ſpecialiori ſermone te alloquemur in hoc capitulo, & magis apertè narrabimus ibi omnia illa impedimenta pleniſsimè, ſeriatim. Dicimus igitur: quòd ſi quis nō habuerit ſua cōpleta organa, non poterit ad huius operis cōplementum peruenire per ſe, velut ſi cæcus fuerit, vel extremis truncatus, quoniam non iuuatur à membris, quibus mediantib. ars hæc perficitur, tanq̄ naturæ miniſtrantibus. Si verò fuerit artificis corpus debile & ægrotum, ſicut febrientium, vel leproſorum corpora, quibus membra cadunt, & in extremis vitæ laborantiū, & iam ætatis decrepitę ſenum, ad artis complementum non perueniet. His igitur naturalibus corporis impotentijs impeditur artifex in intentione ſua.

De impedimentis ex parte animæ artificis.
Caput V.

PRÆmisimus tibi capitulum vnum, in quo narrauimus sermone absoluto & manifesto impedimenta, ex parte corporis artificis depẽdentia. Restat nobis narrare breuiter impedimenta ex parte ipsius animæ, quæ maximè impediunt huius operis complementum. Dicimus igitur, quòd qui non habuerit ingenium naturale, & animam perscrutantem subtiliter principia naturalia, & naturæ fundamenta, & artificia, quæ consequi naturam possint in suæ actionis proprietatibus, non inueniet huius pretiosissimæ scientiæ veram radicem. Sicut sunt multi, qui duram habent ceruicem, in omni perscrutatione vacuam ingenio, qui & vix communẽ intelligere queunt sermonem, & opera similiter cum difficultate|discunt vulgò communia. Præter hos etiam multos inuenimus animam habere facilè opinantem fantasiá quamlibet: sed quod credunt se verum inuenisse, fantasticum est totum, & à ratione deuium, & errore plenum, & semotum à principijs naturalibus: quoniam eorum cerebrũ, multis repletũ fumositatibus, non potest recipere veram rerum naturalium intentionem. Sunt etiam præter istos alij, qui mobilẽ habent animam, de opinio-

opinione in opiniones, & de voluntate in voluntates, ſicut qui modò credunt hoc, & idem volunt, ſine rationis vllius fundamento : paululum verò poſt illud, & aliud credunt ſimiliter, & aliud volunt. Et hi tàm mobiles ſunt, vt vix minimum eius ad quod intendunt, poſsint conſummare, ſed diminutum potius illud relinquunt. Sunt ſimiliter & alij, qui non poſſunt videre veritatem aliquã ex rebus naturalibus, non magis quàm beſtiæ, velut mente capti, inſani & pueri. Sunt & alij, qui contemnunt ſcientiam, & ipſam non putant eſſe: quos ſimiliter hæc ſcientia contemnit, ipſosq; ab huius precioſiſſimi operis fine repellit. Et ſunt, qui ſerui ſunt, pecuniæ deſeruientes, hanc ſcientiam mirabilẽ & ipſi affirmantes, ſed ipſa diſpendia interponere timent. ideoq; licet ipſam affirment, & ſecundum rationem ipſam inueſtigent : tamen ad operis experientiam non perueniunt propter pecuniæ auariciam. Ad hos igitur non peruenit hæc ſcientia noſtra. Qualiter enim qui ignorãs fuerit vel ſcientiam inueſtigare neglexerit, faciliter ad ipſam perueniret?

De *impedimentis externis, huius artis opus impedientibus.* Cap. VI.

REduximus ad duo capitula omnia impedimenta, huius artis finem retardãtia, quę ſunt ex principijs radicalibus,

ſecundum naturam artificis huius precioſiſſimi negotij. Expedit ergo nos tandem narrare impedimenta exterius ſuperuenientia, ex contingentibus fortunis & caſibus, quibus impeditur hoc opus glorioſisſimum. Videmus ergo quoſdam aſtutos & ingenioſos, minimè ignorantes opera naturæ, & ipſius, in quibus eſt poſsibile, ſequaces principijs & operibus, quibus eſt etiam inueſtigatio non fantaſtica, in omnibus rebus, quę naturæ regulantur motibus & actionibus infra lunarem circulum. Hi tamen vltima paupertate oppreſsi, ex diſpenſationis indigentia: hoc tamen excellens Magiſterium coguntur poſtponere. Sunt & multi alij pręter nunc dictos, curioſi, varijs huius mundi curis & ſolicitudinibus detenti, ſe omni negocio ſeculari totos occupantes, à quibus hæc noſtra ſcientia precioſa prorſus refugit. Iam ergo tibi ſatis ex præmiſsis capitulis patet, quæ ſint ab hac arte diſtrahentia impedimenta.

Epilogus huius primæ partis, qualem oporteat eſſe artificem. Cap. VII.

COncludimus igitur ex iã dictis, quòd oporteat artificem huius operis in ſcientijs philoſophię naturalis eruditum & perfectum eſſe: quia quantamcunq; pecuniam, & ingeniũ naturaliter profundum habuerit, & deſideriũ in hoc artificio, non tamen

men ipſius finem acquiret: niſi ex doctrina philoſophiã naturalem adeptus fuerit, quia quod per ingenium naturale nõ adipiſcitur, huius defectui per doctrinam ſubuenitur. Oportet igitur altiſsimã perſcrutatione & induſtria naturali artificem iuuari. Propter doctrinam enim, quantamcunque ſcientiam acquiſiuerit, niſi ab induſtria etiam iuuetur naturali, ad epulas tam precioſas non inuitabitur. In puncto enim errorem ſuum emendaret, per ſuam induſtriam: cui remedium ignoraret adhibere, ſi ſola doctrina fundatus foret: & errori ſimiliter ſubueniret in puncto ex acquiſita ſcientia per doctrinam naturalem, quem per ſolam induſtriã euitare non poſſet: quoniam ars ab ingenio iuuatur, & ingenium ab arte ſimiliter. Et ipſum ſimiliter neceſſarium eſt conſtantis voluntatis in opere fore, vt non modò hoc, modô illud attentare præſumat: quia in rerum multitudine ars noſtra non conſiſtit, nec perficitur. Eſt enim lapis vnus, medicina vna, in quo magiſterium cõſiſtit, cui non addimus rem extraneam aliquam, nec minuimus, niſi quod in præparatione ſuperflua remouemus. Oportet etiam ipſum ſedulum operi vſque ad conſummationem ipſius inſiſtere: vt non opus detruncatum dimittat, quia nec ſcientiam, proficuũ ex opere diminuto acquireret, ſed potius deſperationem, & damnum. Expedit

etiam ipſum huius artis principia & radices principales quę ſunt de eſſe operis, nõ ignorare: quoniá qui principiũ ignorat, finẽ non inueniet. Et nos dicemus tibi principia illa oĩa ſermone cõpleto, necnõ & prudentibus ſufficienter aperto & manifeſto, ſecundũ huius noſtræ artis exigentiã. Expedit ſimiliter artificẽ temperatũ & tardum ad irá eſſe, ne ſubito ꝓpter iræ impetũ, iam incepta diſsipet & deſtruat. Similiter & pecuniã ſuam cuſtodiat, nec præſumptuoſus eá vanè diſtribuat, ne ſi forte artem non inuenerit, relinquatur in miſeria, & deſperatiõe paupertatis: vel ne forte, cum iam ad finẽ huius magiſterij ꝑ ſuá indagationẽ approximauerit, cõſumpta ſint ipſius impendia, & verũ finẽ miſer violenter ob paupertatẽ relinquat. Sicut cum in principio, qui ignorant, prodigaliter ſuũ theſaurũ totũ exterminant, cum aũt huic affines fuerint, non habẽt vlterius ex quo laborent. Vnde dupliciter hi tales in mœrore ſepeliuntur, & quia pecuniá ſuam diſsipauerũt in reb. inutilibus, & quia ſcientiá, quá protinus indagaſſent nobiliſsimá amittũt. Non enim oportet tua bona conſumere, quoniá vili precio (ſi artis principia non ignoraueris, & ea quæ tibi tradidimus, rectè intellexeris) ad cõplementũ magiſterij peruenies. Si ergo ęs tuum perdideris, non attendendo noſtra monita, q̃ tibi in hoc libello ſcripſimus aperta & manifeſta,

nifesta, non nos iniquè corrodas, nec nobis blaſphemias iniungas, ſed tuæ imputa ignorantię & præſumptioni. Igitur hæc ſciẽtia nõ bene conuenit pauperi vel indigenti, ſed potius eſt ei inimica & aduerſaria. Nec etiá adinuenire nitatur ſophiſticam metam operis, ſed ſoli ſit complemento intentus, quoniam ars noſtra in potentia diuina ſeruatur, & cui vult elargitur & ſubtrahit, qui eſt glorioſus, & ſublimis, & omni iuſticia & bonitate repletus: forte enim ex ſophiſtici vindicta operis, tibi artẽ denegaret, & in deuiũ erroris te crudeliter detruderet, & ex errore in infelicitatem, & miſeriá perpetuam. Miſerrimus enim & infelix eſt, cui Deus ſemper poſt opis ſui atq; laboris finem, veritatem denegat cõſpicere: quoniá vitæ ſuæ ſpaciũ ſemper in errore concludit & terminat. Hic enim in labore conſtitutus perpetuò, omniq; infortunio & infelicitate obſeſſus, totá huius ſeculi conſolationem, gaudium, & delectationem amittit, & vitam ſuá in mœrore ſine proficuo conſumit. Studeat ſimiliter, cum in opere fuerit, omnia ſigna, quæ in qualibet decoctione apparent, in mentem ſigillare, & illorum cauſas inquirere. Hæc itaque ſunt quæ neceſſaria ſunt artifici, ad artem noſtram idoneo.

Si verò alterum eorum, quæ narrauimus eidẽ defuerit, huic arti non adhæreat.

SECVNDA PARS HV. ius primi Libri, in qua recenſentur rationes, hanc artem negantium, deinde verò confutantur.

Diuiſio dicendorum generalis. Cap. VIII.

QVOniam in ſumma vna huius libelli noſtri iam præmiſimus tibi omnia huius operis impedimenta, & doctrinã tibi dedimus ad artis huius adhærentiam ſufficientem, expedit modò ſecundum noſtri propoſiti intentionem, contra ſophiſticos & ignorantes diſputare. Primò ipſorum rationes ponentes, ſecundum quòd promiſimus à principio nos determinaturos eſſe. Vltimo verò eas omnes interimemus, vt manifeſta demonſtratione ſapientibus patefiat, nihil veritatis illas continere.

Rationes variæ, artem ſimpliciter negantium. Cap. IX.

SVnt autem diuerſi, qui eam negant & deſtruunt. Alij enim ſimpliciter, alij verò ex dictis à ſupponente eam eſſe. Sunt enim aliqui aſſerentes artem non eſſe ſimpliciter, ſuam opinionem ſophiſticè taliter corroborantes. dicunt enim: Diſtinctæ ſunt re-

rum

rum ſpecies & diuerſitates, quia diuerſę ſunt & diſtinctæ elementorum ad inuicem in cō. mixtione proportiones. Eſt enim aſinus diuerſus ab homine in ſpecie, qa multo diuerſam habuit elementorum in ſui compoſitione proportionem: ſic & in cæteris rerum diuerſitatibus eſt inducere, ergo & in mineralibus. Ignota igitur miſcibilium proportione, qua adipiſcitur forma, & rei perfectio, quomodo & mixtum & miſcendum formare ſciemus? Sed ignoramus Solis & Lunę veram elementorum proportionē, ergo & formare ipſa ignorare debemus. Ex his itaque concludunt. Igitur inutilis eſt ars iſta & impoſsibilis. Similiter etiam aliter arguunt, magiſterium noſtrum interimentes. Dicunt enim: Etſi proportionem elemētorum ſcires, modum tamen mixtionis ad inuicem eorū ignorares, quoniam in cauernis, & mineris, & abſconſis locis hæc natura procreat: ergo cum modum mixtionis eorū ignoras, & hæc facere ſimiliter ignoras. Similiter iterum arguunt: Etiamſi hoc debitè ſcires, attamen in mixtionis actione ignorares calorem æquare agentem, quo mediante res ita perficitur. Certam enim habet natura caloris quantitatem, qua metalla ineſſe deducit, cuius menſuram ignoras. Similiter & alias naturæ cauſarum differentias agentium ignoras, ſine quibus non poſſet natura veraciter intentū

perficere: his ergo ignoratis, & totus similiter agendi modus huius artis ignorabitur. Præterea etiam rationem & experientiá tibi adducunt. Tam diu enim, inquiunt, est à viris sapientibus hæc perquisita scientia, vt si possibile esset ad eam per aliquam viam peruenirí, iam eam millies cõpleuissent. Similiter etiá, cum philosophi visi sint in suis voluminibus eam tradere, nec tamẽ in eis veritatem reperiamus, manifestũ satis per hoc est, & probabile, hanc scientiam non esse. Similiter & multi huius mũdi Principes & Reges, thesaurum infinitum, & philosophorum copiam habentes, hanc artem adinuenire desiderauerunt, non tamen ad huius precioſissimę artis fructum pertingere potuerunt. Hoc vtique satis sufficiens est argumentum, quòd ars sit friuola, probatione. Similiter etiam in debilibus mixtionibus specierum, sequi naturam non valemus. Asinum enim fingere ignoramus & cætera similia, quarum mixtiones sunt debiles, & manifestę quasi sensibus. Quare & multo magis metallorũ mixtionẽ (quæ est fortissima) fingere ignorabimus: quę est etiam nostris sensibus & experientijs occultata penitus. Cuius signum est difficultas resolutionis elementorum ex ipsis. Similiter etiam non videmus bouem in capram transformari, nec aliquam aliam speciem, in aliam trãsmutari, vel per aliquod aliud artificium

cium reduci. Quomodo igitur cum metalla differant ſpecie, niteris inuicem ſecundū ſpeciem trāsformare, vt de tali ſpecie talem ſpeciem facias? Abſurdum ſatis hoc nobis videtur, & à veritate illata ex principijs naturalibus ſemotum. Similiter etiam in millibus annorum natura metalla perficit: quomodo autem tu in artificio tranſmutationis per annorum millia durare poteris, cum vix ad annorum centum metá pertingere valeas? Si tamen ad hoc ita reſponderetur: Quod non poteſt natura perficere in maximo temporis ſpacio, id in breui per artificium noſtrum implemus: quoniam artificium in multis naturæ defectum complet. Dicimus iterum, quòd & hoc impoſsibile eſt, & in metallis ſpecialiter, cum ſint fumi ſubtiliſsimi, qui temperata decoctione indigent, vt in ſeipſis ſecundum æqualitatem inſpiſſetur humiditas propria, & non fugiat ab eis, & relinquat ipſa omni humiditate priuata, qua contuſionem & extenſionem ſuſcipiunt. Si igitur per artificium tuum volueris tempus decoctionis naturæ in mineralibus, & metallicis corporibus abbreuiare, oportebit per exceſſum caloris hoc facere, qui non adæquabit, ſed potius humiditatem diſſoluendo ex eorū corporibus diſsipabit & deſtruet. Solus enim temperatus calor humiditatis eſt ſpiſſatiuus, & mixtionis perfectiuus, non ignis

ATENEO VENETO VENEZIA

excedens. Similiter etiam, esse & perfectio dantur à stellis, tanquam à primis perficientibus, & mouentibus naturam generationis & corruptionis ad esse & nó esse specierum. Hoc autem fit subito, & in instanti, cum peruenit vna stella aut plures ex motibus, ad situm determinatum in firmamento, à quo datur perfectionis esse: quia vnaquæque res ex certo situ stellarum acquirit sibi esse in momento. Et non est solum vnus situs, imô plures, & sibi inuicem diuersi, quemadmodum ipsorum effectus sunt diuersi. Et horum diuersitatem, & distinctionem ab inuicem per notare non possumus, cum nobis sint incogniti & infiniti. Quomodo ergo supplebis defectum in opere tuo, ex ignorantia diuersitatum situum stellarum, ex motu earum? Et tamen si situm vnius, aut plurium stellarũ certum, quo datur metallis perfectio, scires, non tamen opus ad intentum tuum perficeres. Non est enim alicuius operis pręparatio ad susceipiendam formam per artificium in instanti, sed successiua. Ergo operi forma non dabitur, cum præparatio non sit in instanti. Similiter etiam in rebus naturalibus iste est ordo: quòd facilius est eas destruere, quàm constructuere. Sed vix aurũ possumus destruere, quomodo igitur & constructuere præsumimus? Propter has igitur ratiões sophisticas, & alias his minus apparentes, credũt hanc se artem

artem diuinam interimere. Hæ omnes ſunt perſuaſiones ſophiſtarum, artem noſtram ſimpliciter eſſe negantium. Rationes verò eorum, qui ex ſuppoſitione negant artem, ponam cum deſtructionibus illarum in ſequentibus. Ab hinc verò ad harum interemptiones nunc poſitarum, tranſeundum à nobis eſt: prius ponentibus nobis ſuper has veram intentionem, ad operis complementum.

Occupatio, fieri nec poſſe, nec debere, quòd ars naturam in omnibus differentijs proprietatum actionis imitetur, & quædam de principijs metallorum erudita.

Cap. X.

DIcimus itaque, quòd principia, ſuper quæ actionẽ ſuam natura fundat, ſunt duriſsimæ compoſitionis, atque fortiſſimæ: & ſunt ſulphur, & argentum viuum, vt dicunt quidam philoſophi. Igitur quia duriſſimæ & fortiſsimæ compoſitionis, difficillimæ ſunt etiam reſolutionis: ſed vt fiat inſpiſſatio eorum ad inuicem & induratio, taliter, quòd fiat in eis contuſio & extenſio per mallei compulſionem, & non confractio, non eſt niſi per hoc, quòd humidum viſcoſum in eorum ad inuicem commixtione, ſaluatur per ſucceſsiuam in minera decoctionem. Sed re-

gulam tibi tradimus, charissime fili, generẽ. lem: quòd non fit inspissatio alicuius humi- di, nisi prius fiat ex humido partium subtilis- simarum exhalatio, & conseruatio ex humi- do partium magis grossarum, si sit humidum in commixtione superans siccum, & vera mi xtio sicci & humidi: vt humidum contempe retur à sicco, & siccum ab humido, & fiat hęc substantia vna in suis partibus homœomera, & temperata inter durum & molle, & exten- siua in contusione. Sed hoc non fit, nisi per diuturnam mixtionem humidi viscosi, & sub tilis terrei per minima, quousque humidum idem cum sicco, & siccum cum humido fiat. Et huiusmodi subtilis vaporis non fit resolu tio subito: imò paulatim, & in millibus anno rum, & illud ideo, quia vniformis est substan tia principiorum naturæ: ergo si subito fieret ab eis superflui humidi resolutio, cum nõ dif ferat humidum à sicco, propter fortem mi- xtionem quam habent, huius vtique rei sol- ueretur humidum cum sicco: quare totum in fumum euanesceret, nec separari posset hu- midum à sicco in resolutione, ꝓpter fortem vnionem quam habent ad inuicem. Huius i- taque videmus manifestam experientiam in spirituum sublimatione, quia cum in eis per sublimationem fiat subita resolutio, non se- paratur humidum à sicco, nec sicc ũab humi do, ita vt diuidantur in partes totales mixtio

nes

nes eorum, sed tota ascendit eorum substantia, aut parùm ex eorum componentibus dissoluitur. Resolutio ergò humidi subtilis fumosi, successiua, & diuturna, & æqualis, est causa inspissationis metallorum. Hanc quoq; facere non possumus inspissationē per hunc modum. Ergo in hac sequi naturam non valemus. Non enim possumus naturam in omnibus differentijs proprietatum actionis imitari. Nostra igitur intentio non est, in principijs naturam sequi, nec in proportione miscibilium elementorū, nec in modo mixtionis ipsorum adinuicem, nec in æquatione caloris inspissantis: cum hæc omnia sint nobis impossibilia, & penitus ignota. Restat ergo rationes sophistarum interimere, hanc excellentissimā scientiā per ignorantiā negantiū.

Confutatio rationū, artem simpliciter negantiū.

Caput XI.

SI dixerint ergo, nos proportionē elementorum, & modum mixtionis eorum ad inuicem, æquationem item caloris metalla inspissantis, causasque alias multas, & accidentia naturæ actionum consequentia, ignorare: concedimus eis vtique, sed non propter hoc nostrā scientiā diuinā interimūt: quia nec scire volumus illa, nec possumus, nec ad opus nostrū possunt peruenire. Sed aliud ad hoc nobis principiū assumimus, aliumq; generationis metallorū modū, in qui-

bus ſequi naturam poſſumus. Si dixerint, etiam philoſophos & Principes huius mundi hanc deſideraſſe ſcientiam, & ipſam non inueniſſe, reſpondemus, eos mentiri, quoniam & quoſdam Principes (licet paucos) & maximè antiquos, & ſapientes noſtro tempore repertos, iam ex ſua induſtria hanc conſtat indagaſſe ſcientiam: ſed talibus, nec ore, nec ſcripturis eam tradere voluerunt, cum indigni ſint eius. Ergo cum non viderint aliquos hanc ſcientiam poſsidere, cecidit ſuper mentes illorum error, vt æſtiment nullos hanc inueniſſe. Ad hoc etiam, ſi arguant fantaſticè, aſſerentes impotentiam noſtram non poſſe ſaltem in debilibus mixtionibus naturam imitari, ſicut in mixtione aſini vel bouis, ergo nec in fortibus: detegimus eis errorem ſuum multiplicem, quòd in arguendi modo ipſorum non cadat neceſsitas, qua coartemur artem noſtram non eſſe concedere, quia à ſimili, vel à maiori ad minus, ſuam corroborant fantaſiam & errorem, in quibus non continetur neceſsitas, ſed contingentia, vt in pluribus. Oſtendemus quoque per aliam viam, demonſtrando illos nullam aſsignare apparentem ſimilitudinem, inter debilem commixtionem, & compoſitionem animalium, & mineralium firmam & fortem. Et hoc ideo, quia in animalibus & alijs viuẽtibus, in quibus compoſitio eſt debilis, non

eſt

est perficiens solum proportio, nec miscibilia proportionis, nec qualitates miscibilium, nec commixtio, quæ sequitur ex illarum actione ad inuicem & passione, quæ est ex aggregatione illarum primarum qualitatum, sed est anima, secundum opinionem pluriũm, quæ est ex occultis naturæ, siue ab essentia quinta, vel à primo motore: & hoc etiam secundum sententiam pluriũm dicimus, & huius occultum ignoramus. Ideo hæc talia, licet in eis sit debilis mixtio, perficere nescimus, quia perfectiuum, quod est anima, infundere ignoramus. Per hoc vtique patet, quòd non est defectus ex parte mixtionis, quòd non perficiamus bouem vel caprã, sed ex defectu infusionis animæ: quoniam sicut debilem & magis debilem, sic etiam fortem & magis fortem compositionem facere, viam & cursum naturalem imitantes, secundum artificium nostrum sciremus. In metallis igitur perfectio minor est, quàm in eis, & versatur illorũ perfectio magis circa proportionem & compositionem, quàm circa aliud. Ideo cum in eis minor sit perfectio, quã in alijs, quæ iam narrauimus, liberius ipsa perficere possumus, illa verò non. Diuersificatur ergo Deus altissimus & gloriosus perfectiones ab inuicem multiformiter. Nam in quibus compositio, quæ est secundũ naturã fuit debilis, in illis maiorem & nobiliorem perfe

ctionem posuit, scilicet eam, quæ est secundum animam. Sed quædam fortioris conditit compositionis & firmioris, sicut lapides & mineralia, sed in eis posuit minorem perfectionem & ignobiliorem, scilicet eam quæ est ex mistionis modo. Patet itaque, quòd non est eorum similitudo bona, quia non ignoramus bouem vel caprá formare ratione compositionis, sed formæ perfectiuæ, quoniam perfectio in boue vel in capra nobilior est, & magis occulta, quàm quæ in metallo consistit. Si autẽ aliter arguant, quòd nõ mutetur species in speciem: dicimus eos mentiri iterum, sicut consueuerunt potius, quàm verum dicere super his: quoniá & species mutatur in speciem, secundum hanc viam, cum indiuiduum speciei vnius in alterius mutatur speciei. Videmus náq; vermẽ, & naturaliter, & p artificiũ naturale, in muscá verti, quę ab eo differt specie, & vitulum strangulatum in apes, & frumentum in lolium, & canem strangulatum in vermes per ebullitionis putrefactionem. Sed hoc nõ facimus nos, facit autem natura, cui administramus. Similiter & metalla non mutamus, sed natura, cui secundum artificium illam materiam prępara-mus, quia ipsa per se agit, non nos: Nos verò administratores illius sumus. Et, si per aliam rationem similiter taliter arguunt, & suá corroborant sophisticè opinionem, quòd in mil

libus

libus annorum natura metalla perficit, tu verò millibus perdurare non potes : dicimus quòd natura ſuper principia ſua ſecundũ opinionem antiquorum philoſophorũ agens perficit in millibus annorum: ſed quia principia illa ſequi non valemus, ideoque ſiue in millibus annorũ, ſiue in pluribus, ſiue in paucioribus, vel momento, hæc natura perficiat non tenet illorum perſuaſio. Quòd autem in principijs imitari naturam non poſſumus, iã ex prẽcedenti negatiuo ſermone ſatis abbreuiato determinauimus, & completiore ſermone in ſubſequentibus demonſtrabimus. Secundũ tamẽ opinionẽ aliquorũ prudẽtiũ & perſpicacium, intentum ſuum ſubito natura perficit, ſcilicet vna die, vel breuiori tẽpore. Etſi hoc verũm ſit, non tamen valemus in principijs naturam imitari. id quod manifeſtius oſtenſione ſufficiẽte probauimus: reſiduũ tamen huius quæſtionis confitemur, quia totum verum concedimus eſſe. Etſi dicant, quod à ſitu vnius vel plurium ſtellarum datur metallis perfectio, quam ignoramus : dicimus hunc ſitum nos ſcire non oportere, quia non eſt ſpecies generabilium & corruptibilium, quin ex indiuiduis eius alicuius fiat generatio, & corruptio omni die, per quod patet vtique ſitum ſtellarum eſſe omni die perfectiuum cuiuslibet ſpeciei indiuiduorum & corruptiuum. Non

igitur neceſſarium eſt ſtellarum ſitum expectare, eſſet tamen vtile, ſed ſufficit ſolùm naturæ diſponere, vt & ipſa quæ ſagax eſt, diſponat ſitibus conuenientibus, mobilium corporum: Non enim ſuum motum poteſt natura perficere ſine motu & ſitu mobilium. Vnde ſi naturæ artificium diſpoſueris, & cõſideraueris quæcunque ex contingentibus huius magiſterij fuerint debitè, perficietur ſub debito ſitu per naturam ſibi conuenientem, abſque conſideratione illius. Cum enim videmus vermem ex cane vel alio animali putreſcibili deductum in eſſe, nõ cõſideramus immediatè ſitũ ſtellarũ, ſed diſpoſitiones aeris circumſtantis, & alias cauſas putrefactionis perfectiuas, prẹter illum. Et ex tali cõſideratione ſufficienter ſcimus vermes ſecundum naturam in eſſe producere. Natura enim ſibi inuenit conuenientem ſitum, licet à nobis ignoretur. Et ſi dicant, perfectionem in inſtanti dari, & præparationẽ noſtrã non in inſtanti fieri, & cõcludunt ex hoc, nõ perficietur per artificium, ergo nec ars. Dicimus capita illorum fatua, vacuaq; eſſe ratione humana, eosq; magis beſtijs, quàm hominibus aſsimilari. Concludunt enim ex præmiſsis, nulla ſe habentibus habitudine ad id quod illatum eſt. Tantùm ergo tenet hæc argumentatio, Aſinus currit, ergo tu es capra, quantum & ipſorũ. Et hoc ideo, quia etſi nõ

fiat

fiat præparatio in inſtanti, non prohibetur tamen hoc, quòd forma vel perfectio nō poſ ſit præparato dari in inſtanti. Non enim præparatio eſt perfectio, ſed habilitatio ad ſuſcipiendā formam. Sed ſi dicant etiam, quòd facilius eſt, res naturales deſtruere, quàm conſtruere illas per artificium, & vix aurūm poſſumus deſtruere: & cōcludant, impoſsibile eſſe, conſtruere illud. Reſpondemus eis taliter: quòd non concludunt de neceſsitate, qua coartemur concedere aurum non poſſe cōſtrui. Nam cùm difficulter deſtruitur, difficilius cōſtruitur: non aūt impoſsibile eſt, illud poſſe conſtrui. huius autem aſsignamus cauſam: quia fortē habuit compoſitionem, ideoq; difficilioré habuit reſolutinoem, ideoq; difficulter deſtruitur. Et hoc eſt, quod facit eos opinari, impoſsibilé eſſe illius conſtructionem: quia deſtructionē artificialem ex curſu naturæ ignorāt. Attentauerunt fortè, quòd ſit fortis compoſitionis, ſed quā fortis compoſitionis ſit, nō attentauerunt. Sufficienter itaq; tibi, chariſsime fili, ſophiſtarū fantaſias attulimus. Reſtat ergo, ex quo te attentum promiſsione fecimus, ſecundum illam promiſsionem ad ea quæ determinãda ſunt, ex rationibus artem negantium, à datis tranſire. Quæ cùm debitè determinata fuerint, ū ad ea venire determinãda, quę sūt principia de inventione naturæ, quorū eſſen

tiam nos oportet disputare sufficientius in insequentibus. Post illam verò determinationem, etiam de ipsis sermonem faciemus, quæ sunt principia nostri magisterij. In prima tamen traditione vniuersalem, in sequẽti verò singularem de vnoquoq; principiorum faciemus sermonem. Nunc verò ad præsens rationes negantium à datis, & ipsarum interemptiones in primis afferamus.

Diuersæ opiniones eorum, qui artem esse supponunt. Cap. XII.

HAnc itaq; artem supponentes, multiplices ex intentione diuersa esse comperimus. Alij quidem in spiritibus: alij verò in corporibus: alij in salibus, & aluminibus, nitris & boracibus: alij verò in omnibus rebus vegetabilibus hanc inueniri artem & magisterium affirmant. Ex his aũt omnibus, hi quidem secundum partem benè, & secundum partem malè: hi verò secundum totum malè, hoc diuinũ magisterium æstimantes: illud tradiderunt posteris. Exipsorũ autem errorum multiplicitatibus veritatem nos collegisse, difficilis & laborioſæ cautelæ coniectura, longaq; & tædiosa experientia, multorumq; sumptuum interpositione contigit, & illorum error per nostræ mentis dispositionẽ, & rationem sæpissimè militauit, & quasi desperationem adduxit.

blas-

Blaſphemati ſint ergo in ęternum: quia blaſ phemias & maledictionem poſteris relique runt, & ex errore ſuo ſuper philoſophantes perfuderunt, non veritatem, ſed diabolicam inſtigationem potius poſt mortem ſuam dimiſerunt. Et ego blaſphemandus ſim, niſi errores illorum corrigam, & veritaté tradam in hac ſcientia, prout melius exigit hæc ars vera. Hoc enim magiſterium occulto ſermone non indiget, nec manifeſto penitus. Trademus igitur eam ſermone tali, quem latere prudentes non accidet: hîc autem mediocribus profundiſsimus erit, fatuis autẽ vtroſq; terminos irreſerabiliter concludet in hac vna, & eadem noſtra traditione. Redeuntes igitur ad propoſitum, dicimus eos, qui inſpiritibus eam eſſe ponunt, diuerſos eſſe multipliciter. Alij quidem ex argento viuo: alij autem ex ſulphure, & huic affini arſenico, lapidem philoſophorum perquiri aſſerunt neceſſe eſſe. Et alij quidá ex marcheſita, quidá ex tutia & magneſia, & ex ſale Ammoniaco quidá. Qui verò in corporibus, alij quidam in plumbo, alij in quolibet aliorum corporum eſſe dicunt: alij vtiq; in vitro, & quidam in gemmis, & alij in diuerſitatibus ſalium & aluminum, & nitrorum & boracium: & alij in omni genere rerum vegetabilium. Et illorum vnicuique ſupponenti alius eſt aduerſarius, ſecundum ſuam ſuppoſitionem.

Et his aduersans credit se arti simpliciter ad uersari. Et secundum plurimum vtriusq; sectam inuenimus rationibus vacuam.

Rationes negantium artem in sulphure superpositam. Caput XIII.

QVidam igitur in sulphure supponentes eam inueniri, in sulfure laborem impenderunt, & ignorantes eius præparationis perfectionem, ipsam præparationem diminutam reliquerunt. Crediderunt enim solam mundationē, & purificationem, præparationem perfectionis fore, hæc aũt per sublimationem fit: ideoq; adductum est intentioni eorum, vt existimarent, quòd sola sublimatio in sulphure, sit perfectio præparationis ipsius, & similiter in suo compari, videlicet in arsenico autumantes induxerunt. Venientes igitur ad proiectionem, quæ est ad intentionem alterationis, viderunt illud aduri, & euanescere, & non longam in corporibus moram trahere, & corpora relinqui ab eis magis immunda, quàm prius fuerunt ante proiectionem illius: quia ergo viderunt hanc delusionem in operis sui complemento, & longissimis fuit temporibus reuolutum in illorum pectoribus, ex solo sulphure hanc scientiam reperiri, & in illo non inuenissent, arguunt, non posse in alio hanc inueniri: quare cùm nec in hoc,

nec

nec in alio inueniatur, arguunt nuſquam inueniri.

Confutatio rationum præcedentium.

Cap. XIIII.

RESPondemus eis itaque breuiter, & dicimus eos in hoc parùm intelligere, & minimè ſapere: quia ſupponunt ſolum ſulphur eſſe materiam noſtram: Et ſi vera hæc eſſet ſuppoſitio, tamen in modo vtique præparationis decipiuntur: quia ſolam ſublimationem credunt ſufficientem eſſe. Eſt enim tanquam puer, qui ex principio natiuitatis ſuæ vſque ad ſenectutem in domo concluditur, nõ putans mundi latitudinem extẽdi vltra ſuæ domus latitudinẽ, vel vltra q̃ oculo poſsit in domo conſpicere. Non enim hi in multis lapidib. laborem ſuũ adhibuerũt: non igitur potuerũt ſentire, ex quo medicina noſtra eliciatur, & ex quo non, ex quo manus ſuas etiam à laborum copia excuſauerunt: quis ergo laborum perfectiuus ſit vel non, meritò ignorare debuerunt. Sed quare fuerit opus illorum diminutum, dicimus: quia adurentiam in ſulphure dimiſerunt, & fugam, quæ non ſolùm non perficiunt, verùm etiam diſsipant & deſtruunt.

Ratio-

Rationes negantium artem in arsenico supp̃ positam, earumq; confutatio.

Cap. XV.

ALij verò in eodem & suo compari arsenico hunc lapidem inueniri existimantes necesse esse: & profundius ad operis consummationẽ attendentes, non solùm per sublimationem mundauerunt adurentem sulphureitatem, verùm etiam remouere conati sunt terreſtreitatem, relicta in illo fuga. Ad quorũ proiectionem similiter deluſio superuenit: quia non adhæsit stabiliter in his ipsis corporibus, sed successiuè & paulatim euanuit, relicto tali corpore in priori sua dispositione. Qui & similiter arguerunt interimentes vt primi, & eisdem vt primis respondentes, artem affirmamus, & eam scimus esse: quia vidimus, & veritatem tetigimus.

Rationes negantium artem suppositam in Sulphure, Argento viuo, Tutia, Magnesia, Marchesita, & sale Ammoniaco, eorumq; confutatio.

Caput XVI.

ALij quidam profundius in ipso viderunt, & mundauerunt illud, & fugam, & aduſtionem abstulerunt, & factũ est eis fixũ & terreum, nullam dans in ignis calore

lore fusionẽ bonam, sed solam vitrificatoriã, & ideo non potuerunt in proiectione corporib. permiscere: ideoq; arguũt vt primi, & eisdem respõdemus sicut primis: quia opus diminutum dimiserunt, nec illud complere sciuerunt. Ingressionem enim, quæ est perfectiuum vltimum, inquirere ignorauerunt. In omnib. similiter spiritib. alijs est idem modus præparationis, nisi quòd in argento viuo & tutijs excusamur à maiori labore, qui est ex remotione adustionis: hæc enim sulphureitatem adustibilem & inflammabilem nõ habent, sed solam fugã. magnesię verò & marchesitę omne genus sulphureitatis habẽt: plus marchesita, minus verò magnesia: fugam tamen omnes habent, plus argentum viuum, & sal ammoniacum, minus verò sulphur: adhuc verò minus cõpar illius: quartò verò adhuc minus marchesita, quintò verò magnesia minus illa: sexto verò & vltimò, minimè omnium tutia. Vtraq; autem fuga participans est: alia tamen plus, alia verò minus: & ideo propter illorum fugam quibusdam experimentatoribus superuenit delusio vehemens in operationibus præparationum illorum, & ipsorum proiectionibus similiter. Ideoq; & ipsi arguunt, & interimunt, vt in sulphure supponentes, & eisdem, vt in sulphure supponentibus, respondemus.

Rationes negantium artem ſuppoſitam in ſpiritibus, vnà cum corporibus figendis, & eorum confutatio.

Cap. XVII.

SVnt & alij nitentes ſpiritus in corporib. figere, nulla alia præparatione huic prę-ueniente, ſed eiſdem deluſio angarians ſimiliter mœrorẽ attulit & deſperationẽ, & coacti ſunt ex ea, nõ eſſe hanc ſcientiam credere, & contra ipſam arguere. Eſt enim turbationis illorũ cauſa ac incredulitatis hæc, quòd in fuſione corporum ſpiritus illa dimittunt, nec eis adhærent, imò aſperitatem ignis refugiunt, permanentibus in ea ſolis corporibus: quoniam preſſuram impietatis ignis illi cõpati propter fugam nõ poſsunt, quæ ab eis non eſt ablata. Accidit ſimiliter quandoq; deluſio: quia eiſdẽ & cum corpora ignẽ effugiunt, & hoc eſt cũ non fixi ſpiritus corporib. in profundo inſeparabiliter adhæſerunt, quoniam volatilis ſumma, ſummá fixi ſuperat. Vnde & ſimiliter vt primi arguunt, & ſimiliter vt primis eis reſpondemus. Tota ergo illorum reprobatio hæc eſt: Si corpora filij doctrinæ vultis conuertere: tunc ſi per aliquam materiam fieri hoc poſſibile ſit, per ſpiritus ipſos vtiq; fieri neceſſe eſt: ſed ipſos non fixos corporibus vtiliter adhærere non eſt poſsibile, imò fugiunt, & immunda relinquunt illa: ipſos autem fixos

fixos non eſt poſsibile ingredi, cum terra facti ſint, quæ non funditur : & cum incluſi corporibus fixi apparent, non tamen ſunt, aut ab eis recedunt ipſis manentibus, aut ambo ſimul aufugiunt. Cum igitur in materia magis affini nullis modis hãc artem inuenire ſit poſsibile, in magis remota non inuenietur, ergo nuſquam. Reſponſio vtique noſtra hæc eſt, quod quicquid ſcibile circa hoc eſt, non totum ſciunt, ideo nec operatum ex eo totum inueniunt : conſequentis igitur vitium per inſufficientiam ponunt ipſorum robur.

Rationes negantium artem in corporibus ſuppoſitam, & primò in plumbo albo, id eſt ſtanno, ſeu Ioue, & earum confutatio.

Cap. XVIII.

QVIdam autem poſuerunt in corporibus illam. Cum tamen ad opus peruenerunt, illuſi ſunt, vt exiſtimantes plũbum vtrumque, liuidum ſcilicet & album, albedine non pura, multum naturæ ſolis & lunæ aſsimilari & approximare : liuidum quidem multum Soli, Lunæ verò parum: album verò Lunæ multùm, Soli verò parum. Propterea horum aliqui autumantes ſtannum, ſeu Iouem multum Lunæ aſsimilari, & ſtri-

dore, mollicie, & liquefactionis velocitate so lummodo differentem, credentes ex superfluitate suæ humiditatis, liquefactu esse facile, & molle similiter, ex substantia verò fugitiua argenti viui in illo intercidente partes stridorem possidere, exposuerunt illud igni, & calcinantes ipsum tenuerunt in igne, quẽ potuit tollerare, quousque album factum est in calce sua, quam postea volentes reducere non potuerunt, sed ęstimauerunt impossibile fore. Et horũ aliqui reduxerunt ex illo aliquid, & stridorem, vt prius, & mollitiem in illo inuenerunt, atque liquefactionis velocitatem. Ideoque crediderunt hoc impossibile per viam hanc, & adducti sunt in incredulitatem, vt putarẽt artem indurationis illius inueniri non posse. Horum verò aliqui calcinauerunt, & reduxerunt, & iterum scoriam illius subtrahendo cum maioris ignis expressione calcinauerunt & reduxerunt, & sic sæpe reiterantes opus ad illud, viderunt iam illud induratum, atq; sine stridore: quia verò velocitatẽ liquefactionis nõ omnino remouerunt, errauit mens illorum, & existimauerunt ad illud non posse perueniri. Horũ itaq; & alij volentes eidem duriciẽ & retardationem liquefactionis cum administratione durorum corporum præstare, in delusionem ceciderunt, vt frangeret illis quodcunque durorum corporum admixtum ei fuerit, nec

iuuis

iuuit in hoc eos vlla præparatio. Ideoque cum nec duris, nec igne illum pręparare potuerint, excusauerunt se de longa mora inuentionis artis, quia eam impossibilē crediderunt & dixerunt, per hoc & contra artem arguentes instanter, posuerunt illam non esse. Præterea, & alij quidam addentes multa medicamina, viderunt illa nullam immutationem faciētia, nec ei cōueniētia, sed potius corrūpentia, & cōtra illorū propositū agētia: & ideo libros abiecerunt, & capita retorserūt, & artem veram & diuinam friuolam esse dixerunt. Quibus obuiantes respondemus responsione prima.

Rationes negantium artē in plumbo nigro suppositam. Cap. XIX.

EVNDEM etiá est in Saturno siue plūbo nigro reperire illusionis modū, solo excepto, qd corpora nō frágit, & quòd citius redit à calce sua, quàm Iupiter, liuiditatē verò eius remouere nō possunt, quia ignorát, ideo per illud de albare nó possunt dealbatione bona, nec per suá fátasiá potuerūt illud stabilibus corporibus tá stabiliter associare, quin contingat illud per fortem ignis expressionem reçedere à cōmisto. Et illud quidem maximè decipit illos in huius pręparatione, supponētes in nullo posse sciētiá inueniri, nisi in ipso, quia post duas redu-

ctiones à calce ſua nullam duriciem ſuſcipit, ſed maiorem potius mollitiem quàm prius habuerat, & in alijs ſimiliter non viderunt illud emendari differentijs. Et ideo cum in ipſo putantes propinquius & melius inueniri, non inuenerunt, coguntur per hoc credere & argumentari, ſcientiam non eſſe, ſed deluſionem, & ideo peccant hi vt priores.

Rationes negantium artem in mixtione durorum cum duris, & molliũ cum mollibus corporibus ſuppoſitam.

Cap. XX.

ALij verò componentes dura cũm duris, & mollia cum mollibus, propter cõuenientiam voluerunt corpora ſeſe invicem tranſmutari & tranſmutare, & illud non potuerunt, propter ſuam ignorantiam, vt permiſcentes Solem vel Lunam cum Venere, vel alio quocunque metallorum, non tranſmutant illa in Solem, vel Lunam tranſmutatione firma, quin experiantur ignis expreſsione forti vnumquodque illorum à cõmixtione ſeparari, & comburi, vel ad priorẽ ſui naturam redire. Quędam verò ex eis plus durant in commixtione, quædam verò minus, vt à nobis ſufficienter determinatũ eſt. Hæ itaque deluſiones ſuperuenientes propter ignorantiam, faciũt hos tales de hac diffidere arte, & illam arguere non eſſe.

Ratio-

Rationes negantium artem in mixtione durorum cum mollibus, & perfectorum cum imperfectis suppositam.

Cap. XXI.

ALij autem intimius & ꝓfundius super hoc inquirentes, cogitauerunt & ingeniati sunt, & viam voluerunt inuenire, vt dura mollibus vnita, ea stabiliter indurarent, & perfecta imperfectis, ad perfectionẽ ea reducerent, & generaliter à se inuicẽ transmutarent, transmutatione firma. Et ideo voluerũt similitudinem & affinitatem illorum inuenire, tum quidẽ per medicinas; tum verò per ignis administrationem, attenuando grossa, sicut Venerem & Martem, & inspissando subtilia, sicut est Iupiter, & similia illi. Et aliqui eorum credentes hanc administrationem perficere, delusi sunt in commixtione horum durorum corporum, vel quia frangibile fecerunt omnino, vel omnino nimis molle non alteratum à duro, vel nimis durum non alteratum à molli. Et sic conuenientiam non inuenerunt, & ideo artem esse negauerunt.

Rationes negantium artem in extractione animæ, uel ignis regimine suppositam.
Cap. XXII.

ALII verò adhuc intimius & profundius inspicientes, alterare voluerunt corpora cum animarum suarum extractione, & cum extracta anima omnia alia similiter alterare. Et ad id non potuit eorum experientia peruenire, sed delusi fuerunt in intentione sua, per hoc æstimantes artem nõ posse inueniri. Alij verò solo igne ipsa perficere conantes delusi in opinione sua fuerũt, quia ad illud peruenire nescierunt. Et hi eá ex hoc non esse putauerunt. Quibus omnibus obuiamus vt primis.

Rationes negantium artem in uitro, & gemmis suppositam, & earum confutatio.
Cap. XXIII.

QVI verò in vitro, & gemmis illam posuerunt, experti sunt per vitrũ & gẽmas in corporibus alterationes fieri non posse, quia non alterat quod non ingreditur, at nec vitrum quidem, nec gemmæ ingrediuntur, ideoque non alterant. Sed & si conati sunt vitrum cum illis vnire, cũ tamen vix hoc fieri possit, non tamen propositũ habent, quoniam vitrum ex corporibus faciũt, & propter hoc æstimant hũc errorẽ super to

tàm artem cadere, & ſi eam arguunt nõ eſſe. Quibus reſpondemus, eos operari in non debita materia: ideoq; indebitè terminantes, nõ poſſunt hác ex ſuis erroribus interimere.

Rationes negantiũ artẽ in medijs mineralibus, uel uegetabilibus, uel quarumcunq; rerum commixtione ſuppoſitam.

Cap. XXIIII.

SVNT & alij ſupponentes eá artẽ inueniri in ſalibus & aluminibus, nitris & boracibus, qui poſſunt quidem in his experiri, ſed eá inueniri minimè putamus in eis. Ideoque ſi poſt ſuam experientiam paucam vtilitatem tranſmutationis inueniunt, ſcilicet ſoluendo, coagulando & aſſando, tamen non interimant hanc artem diuinam, cũ neceſſaria ſit & ſcita: poſsibile eſt tamen in his omnibus aliquam alterationem inueniri, ſed remota eſt valde, & maximè laborioſa. Adhuc verò & in alijs creſcentibus omnibus, ſupponentibus magis laborioſa fore probatur: ideoq; qui eá in omnibus vegetabilibus ponũt, poſsibile quidẽ ponũt, ſed nõ eis: quoniã prius deficerẽt in labore, quàm laboratũ pfici ſit poſsibile: ideoq; ſi tales artẽ nõ inueniũt ſuis laboribus, artẽ nullis laboribus inueniri poſſe argumentari non licet. Omnes autẽ prius dicti errantes, vnã materiã ſuã poſuerunt, & nullã aliã ſuppoſuerũt prẽter illã.

Et hi quidem iam redarguti ſunt omnes. Alij verò multi, & quaſi infiniti, harum rerum omnium compoſitionem, aut quarũdam ſub diuerſa proportione facientes, ignoranter & inſcienter incedunt, & error illorum in infinitum extenditur, quoniam infinita eſt diuerſitas proportionis rerum miſcibilium, & infinita eſt diuerſitas materierum miſcibilium, & in his ambabus infinitatibus infinitè contingit errare, aliquando ex ſuperabundantia, aliquando ex diminutione, & in his poſsibilis eſt correctio. Sed nos quidem longitudini & prolixitati ſermonum parcentes, ſuper infinitis inſiſtere volumus, quoniam ſcientiam vniuerſalem trademus brevibus locutionibus, qua euidenter infinitatem ſuorum errorum emendare potuerint, & illos corrigere. Nunc verò prius naturalia principia differamus, ſecundum eorum cauſas, vt ex principio te attentum fecimus & commemoratione illorum.

SEQVI-

SEQVITVR TERTIA pars huius libri primi, de Principijs naturalibus, & eorum effectu.

DE PRINCIPIIS NATVralibus corporum metallicorum, secundum opinionem antiquorum.

Cap. XXV.

INNVIMVS ergo tibi secundum antiquorum opinionem, qui fuerunt de secta nostra artem imitantium, quòd principia naturalia in opere naturæ sunt spiritus fœtens, & aqua viua, quam & siccam aquam nominari concedimus. Spiritum autem fætentem diuisimus, est enim albus in occulto & rubeus & niger vterque, in magisterio huius operis. In manifesto autem, vterque tendens ad rubedinem. Dicemus igitur sermone breui, nec non & similiter completo & sufficienti generationem vniuscuiusque istorum, & modum similiter generationis. Expedit igitur nos ampliare sermonem nostrum, & dilatare, & singulum Capitulum de singulo naturali principio tradere. In genere tamen dicimus, quòd vnumquodque ipsorum est for-

tissimæ compositionis, & vniformis substantiæ, & illud ideo, quòd in eis partes terræ taliter partibus aerijs, aqueis, & igneis per minima sunt vnitæ, vt nulla ipsarum alteram in resolutione possit dimittere, imò quælibet cũ qualibet resoluitur, propter fortem vnionẽ, quam habuerunt ad inuicem per minima, & paulatim à calore naturali & æquali in mineralibus in terræ viscеribus condensato, multiplicato, & æquato secundum debitum cursum naturæ, ad exigentiam illorum essentię, secundum opinionem quorundam antiquorum philosophorum.

De *principijs naturalibus metallorum, secundum opinionem recentiorum, & authoris.* Cap. XXVI.

ALij autem aliter dixerunt, quòd principium non fuerit argẽtum viuum in natura sua, sed alteratum & conuersum in terram suam, & sulphur similiter alteratum, & in terram mutatum. Vnde dixerunt quòd aliud fuerit principiũ, quàm spiritus fœtens, & spiritus fugitiuus in intentione naturę. Et ratio qua moti sunt, ea fuit, quia non inueniunt in mineris argenteis, vel aliorum metallorum aliquid quod sit argentum viuum in natura sua, & aliquid quod sit sulphur similiter, imò per se inueniunt vnumquodque illorum separatum in propria sua minera in

sua

ſua natura. Et ſimiliter per aliam rationem hoc quoque affirmant. Non eſt tranſitus inquiunt à contrario in contrarium, niſi per diſpoſitionem mediam. Ergo cum ſic ſit, coguntur confiteri & credere, quòd non ſit tranſitus à mollicie argenti viui ad duriciem alicuius metallorum, niſi per diſpotionem, quæ eſt inter duriciem & mollitiem illorum: ſed in mineris non inueniunt aliquid, in quo ſaluetur hæc media diſpoſitio, ideo hac ratione compelluntur credere, argentum viuum, & ſulphur in ſua natura non eſſe principium de intentione naturæ, imò aliud quod ſequitur ex illorum eſſentiarum alteratione in radice naturæ ad terream ſubſtantiam.

Et eſt iſte modus, quòd prius vnumquodque eorum conuertitur ad terream naturam, & ex his ambabus terreis naturis reſoluitur fumus tenuiſsimus à calore multiplicato in viſcere terræ: & hic duplex fumus eſt materia metallorum immediata. Hic fumus cum à calore temperato mineræ decoctus erit, conuertitur in naturam cuiuſdam terræ, ideoque fixionem quandam ſuſcipit, quam deinde fluens aqua per viſcera mineræ, & terræ ſpongioſitatem diſſoluit, & ei vniformiter vnitur vnione naturali & firma. Ideoque ſic dixerunt ſic opinantes, quod aqua fluens per meatus terræ inuenit ſubſtantiam diſſolubilem ex ſubſtantia terræ in viſcerib. illius,

& illam ſoluit, & vniformiter cum illa vnitur, quouſque & ſubſtantia terræ in viſceribus diſſoluta, & aqua fluens diſſoluens, vnũ fuerint vnione naturali, & ad talem mixtionem veniunt omnia elementa ſecundum debitam naturalem proportionem, & miſcentur per minima, quouſque faciant vniformẽ mixtionem. Et hæc mixtio per ſucceſsiuam decoctionem in minera inſpiſſatur & indurat tur, & fit metallum. Et hi quidem quamuis ſint affines veritati, nõ tamen veritatem conijciunt puram.

Diuiſio dicendorum de tribus principijs, ſulphure ſcilicet, arſenico, & argento viuo.

Cap. XXVII.

IAm ſermone vniuerſali determinauimus de metallorum principijs naturalibus. Reſtat igitur vt nunc ponamus vniuſcuiuſq; principij capitulum. Cum ergo tria ſint, Sulphur, Arſenicum, & Argentum viuum, primò aſcribemus capitulum de ſulphure, ſecundò de arſenico, tertiò de argento viuo. Deinde vniuſcuiuſq; metallorum, quæ ſunt effectus eorum, ponemus capitulum determinatum, ſecundum quod eſt ex opere naturæ. Dehinc ad ea quæ huius magiſterij ſunt fundamenta, & illorũ operationes tranſeundo, horum omnium cauſas aſsignabimus.

De

De ſulphure. Cap. XXVIII.

DIcimus igitur quod ſulphur eſt pingue do terræ, in minera terræ per tempera tam decoctionem inſpiſſata, quouſque induretur, & ſicca fiat, & cum indurata fuerit, Sulphur vocatur. Habet ſiquidem ſulphur homogeniam & fortiſsimaïn compoſitionem, & eſt vniformis ſubſtãtiæ in ſuis partibus homœomera, quia homogenium eſt. Ideoque nõ aufertur eius oleum ab ipſo per diſtillationem, ſicut ab aliis rebus oleum habentibus. Qui ergo quærunt ipſum calcinare non perdendo de illius ſubſtantia aliquid, de quo ſit curandum, in vanum laborãt, quoniam non calcinatur niſi per magnam induſtriam, & multum de illius ſubſtantia diſsipando. Ex centum enim partibus vix tibi tres ſufficienter reſeruabis poſt calcinationem. Figi ſimiliter non poteſt niſi calcinetur prius, commiſceri attamen, & aliquantulum illius fuga retardari, & illius poteſt aduſtio reprimi, & cum commixto facilius calcinatur. Qui ergo quærit ex eo opus elicere, illud per ſe præparando nõ eliciat, quoniam cum mixto perficitur, & ſine illo protelatur magiſterium vſque ad deſperationem. Et cum ſuo compari fit tinctura, & dat pondus completum vnicuique metallorum, & ipſum à fœditate depurat & illuſtrat, & perficitur cum magiſterio, ſine quo nihil horum præſtat, ſed po

tius corrumpit & denigrat, non igitur ſine magiſterio ipſo vtaris. Qui etiam in præparatione ipſum commiſcere & amicari corporibus nouerit, ſciet vnum de ſecretis naturæ maximum, & viam perfectionis vnam, cum multæ ſint viæ ad vnum effectum, & vnum intentum. Et quodcunque corpus exipſo calcinatur, acquirit pondus ſine dubio. Aes quoq; aſſumit ex eo ſolis effigiem. Mercurio quoque aſſociatur, & per ſublimationem fit Vſifur. Calcinantur denique omnia corpora ex eo facilè, præterquàm Sol & Iupiter. Sol verò difficillimè. Et non coagulatur argẽtum viuum ex eo in Solem vel Lunam, in quibus ſit vtilitas per artificium debile, ſicut philoſophorũ quidam fatui putauerunt. Et ita dicimus, quòd quæcunq; corpora minus habent de humiditate, facilius p ſulphur calcinantur, quàm quæ multam. Per Deum altiſsimum, ipſum illuminat omne corpus, quoniam eſt lumen, alumen, & tinctura. Difficillimè quoq; ſoluitur, quia non habet partes ſalſuginoſas, ſed oleagineas, quæ non facilè in aquam ſoluuntur. Quæ autem facilè vel difficilè ſoluuntur in aquam, in capitulo ſolutionis monſtrabimus ſatis apertè. Sublimatur verò, quia ſpiritus eſt. Et ſi commiſcetur Veneri, & adunatur cum ea, fit mirabile violaceum. Cum Mercurio quoque miſcetur ſimiliter, & fit ex eis per decoctionem cœleſtinus

leſtinus color & delectabilis. Non putet tamen quis, quòd ſulphur per ſe opus cõpleat Alchemiæ, non enim eſſet hoc niſi vanum credere: hoc autem ſatis lucidè probabimus in ſequentibus. Eligitur autem craſſum & lucidum. Et de ſulphure hæc dicta ſufficiant.

De *arſenico*. Cap. XXIX.

REſtat nos de arſenico determinare ad præſens. Dicimus igitur quòd eſt de ſubtili materia, & ſimile cum ſulphure: iccirco non oportet illud aliter diffiniri, quàm ſulphur: in hoc autem diuerſificatur à ſulphure, quia eſt albedinis tinctura de facili, rubedinis autem difficillimè: ſulphur verô rubedinis de facili, albedinis autem difficillimè. Eſt autem ſulphuris & arſenici duplex genus, citrinum ſcilicet, & rubeum, quę ſunt huic arti vtilia, reliquã autem multa genera non. Figitur autem arſenicum ſicut ſulphur. Vtriuſque verò ſublimatio ex metallorum calcibus melior eſt. Non ſunt autem ſulphur & arſenicum materia perfectiua huius operis. Non enim completa ſunt ad perfectionem: habent autem adminiculum perfectionis in caſu. Eligitur autem lucidum, & ſquamoſum, & fciſsile.

De *argento viuo, seu Mercurio.*

Cap. XXX.

ARGentum autem viuum, quod etiam Mercurius appellatur antiquorum vsu, est aqua viscosa in visceribus terræ, substantiæ subtilis albæ terræ per calorem temperatissimum vnita totali vnione per minima, quousque humidum contemperetur à sicco, & siccum ab humido æqualiter. Ideoque fugit superficiem planam de facili, propter suæ aquæ humiditatem. Non autem adhæret, viscosam licet habeat humiditatem, propter siccitatem illius, quæ illam contemperat, & non adhærere permittit. Est etiam (vt quidam dicunt) materia metallorum cũ sulphure. Adhæret quoque tribus mineralibus de facili, Saturno videlicet, & Ioui, & Soli, Lunæ autem magis difficulter. Veneri verò difficilius quàm Lunæ, Marti autem nullo modo, nisi per artificium. Ex hoc itaque maximum elicias secretum. Est enim amicabilis, & metallis placabilis, & medium coniungendi tincturas, & non submergitur aliquid in argento viuo, nisi Sol. Soluuntur tamen Iupiter & Saturnus, Luna & Venus ab eo, & commiscentur, & sine ipso aliquod metallorum deaurari non potest. Figitur & est tinctura rubedinis exuberantissimę refectionis, & fulgidi splendoris, & non recedit à cõmixto, donec est in natura sua. Non est tamẽ medici-

medicina noſtra in naturâ ſua, ſed iuuare quandoque poteſt ſimiliter in caſu.

De effectibus principiorum naturæ, quæ ſunt corpora metallica. Cap. XXXI.

DIcamus de metallicis corporibus, quæ ſunt effectus horum naturæ principiorum. Sunt autem ſex numero. Aurum, argentum, plumbum, ſtannum, ęs, & ferrum. Dicimus igitur quòd metallũ eſt corpus mineralè, fuſibile, ſub malleo ex omni dimẽſione extenſibile. Eſt autem metallum (vt diximus) denſæ ſubſtantiæ, & fortiſsimę compoſitionis & firmæ. Habent aũt affinitatem magnam metalla ad inuicẽ, non tamen perfectũ diminutum perficit per eius commixtionẽ. Si enim aurum cum plumbo admiſceatur fuſione, non fit ex hoc plumbo aurum, ſed euaneſcit plumbum ab admixtione, & aduritur. Aurum autem in examinatione remanet. Similiter in reliquis inducendo cadit ſecundũ communem curſum. Secundum verò noſtrũ magiſterium perfectum imperfectum adiuuat, & imperfectum in noſtro magiſterio per ſe perficitur, ſine adminiſtratiõe alicuius rei extraneæ: & imperfectum hoc eodem magiſterio perficitur. Et per Deum, ſe inuicem alterant & alterantur, & ſe inuicem perficiunt & perficiuntur: & per ſe tantum vnumquodque perficitur, ſine alicuius adminiculo.

De *Sole, siue auro.* Cap. XXXII.

ATtulimus tibi in generali capitulo ſummam de intẽtionibus metallorum: ſpecialem tibi tamen faciemus de vnoquoque ſermonem. Et primò de auro. Dicimus ergo quòd aurum eſt corpus metallicum, citrinum, ponderoſum, mutum, fulgidum, æqualiter in ventre terrę digeſtum, aqua minerali diutiſsimè lauatum, ſub malleo extenſibile, fuſibile, examinationem cinéritij & cementi tolerans. Ex hac diffinitione itaque elicias, quòd aliquod non eſt aurum, niſi cauſas diffinitionis & differẽtias omnes habeat auri. Quicquid tamen metallum radicitus citrinat, & ad æqualitatem perducit & mũdat, ex omni genere metallorum aurum facit. Ideoq́ue per opus naturæ perpendimus, & artificio æs in aurum mutari poſſe. Vidimus namque in mineris æris, à quibus emanabat aqua, ſecum adducens æris ſquamas tenuiſsimas. Ipſaq́ue diuturno, & continuo lapſu lauit & mundauit. Deinde verò aqua ceſſante fluere, vidimus cum ſicca arena has ſquamas per triennium in ſolis calore excoqui, inter quas eſt inuentum aurum veriſsimum. Aeſtimauimus itaque per aquæ beneficium illas mundatas fuiſſe, per ſolis autem calorẽ in arenæ ſiccitate æqualiter digeſtũ, & ad ęqualitatẽ peruẽniſſe. Imitãtes aũt naturá cum poſſumus, ſimiliter alteramus, nõ tñ in hoc ſeq̃ naturam

tura valemus. Aurũ quoq; eſt precioſiſsimũ metallorũ, & eſt tinctura rubedinis, qa tingit ac trásformat omne corpus. Calcinatur autẽ & ſoluitur ſine vtilitate, & eſt medicina lętifi cás, & in iuuentute corpus cõſeruans. Frágitur facillimè cum Mercurio, & odore plumbi teritur. Non eſt autem in actu aliquid quod magis in ſubſtantia illi cõueniat, quàm Iupiter & Luna. In pondere autem & ſurditate, & putreſcibilitate Saturnus, in colore autem Venus, in potentia quidem magis Venus, deinde Lúna, deinde Iupiter, & deinde Saturnus: vltimo verò Mars. Et hoc eſt vnũ de ſecretis naturæ. Cum ipſo ſimiliter commiſcentur ſpiritus, & figuntur per ipſum maximo ingenio, quod non peruenit ad artificẽ duræ ceruicis & pectoris.

De *Luna, ſiue argento.* Cap. XXXIII.

SOlis itaque capitulo præmiſſo, dicámus ſermonem noſtrum de Luna, communi vocabulo argento. Dicimus igitur quòd argentum eſt corpus metallicum, albũ albedine pura, mundũ, durum, ſonans, perdurás in cinericio, ſub malleo extẽſibile, ignibile, fuſibile. Eſt itaq; albedinis tinctura, & indurat Iouẽ per artificiũ, & conuertit ad ſe, & cõmiſcetur Soli, & non frangit, ſed in examinatione ſine artificio cũ eo nó perſeuerat. Qui nouit ipſum magis ſubtiliare, & poſt ſubtiliatio

nem inſpiſſare & figere, cum auro aſſociatũ, cum eo manet in pugna,& ipſum non dimittit penitus. Poſitum ſuper fumum acutorũ, ſicut aceti, ſalis ammoniaci,& agreſtæ,fit cœleſtinus color mirabilis. Et eſt nobile corpꝰ, ſed diminutum à nobilitate auri. & inuenitur eius minera determinata , & aliquoties habet confuſam mineram cum alijs corporibus,& illud non eſt ita nobile. Calcinatur autem ſimiliter, & ſoluitur labore magno cum nulla vtilitate.

De *Saturno, ſiue plumbo*. Cap. XXXIIII.

DE plumbo ſimiliter tradamus capitulum,& dicamus,quôd plumbũ eſt corpus metallicum,liuidum, terreum,põderoſum, mutum, parua participans albedine,cum liuiditate multa,cinericium,& cemẽtum refugiens,molle,facile,omni ſua dimenſione parua compreſsione extenſibile , & facile fuſibile ſine ignitione. Plumbum autem quidam fatui putant,& dicunt multum in natura ſua auro approximare:ſed quia ſunt duræ ceruicis,omni ratione vacui, nullam veritatem conijcere, quantum in ſe eſt, ex ſubtiliſsimis rebus queunt, ſed de eis ſecundum ſenſum iudicant.Et quia vident illud ponderoſum,& mutum, & non putreſcere, credũt, illud ſoli multum approximare,ſed hoc totũ eſt erroneum, vt latius à nobis in ſequẽti negocio probatur apertè. Plumbũ quoq; multum

tum habet de ſubſtantia terrea, ideo lauatur, & in ſtánum per lauacrum vertitur. Per hoc ergo patet ſtannum magis perfecto aſsimilari. Et plumbum ſimiliter aduritur, & fit minium, & ponitur ſuper vapores aceti, & fit ceruſſa. Et licet non multùm perfectioni approximet, ex eo tamen per noſtrum artificium de facili argentum facimus, & non ſeruat pōdus proprium in tranſmutatione, ſed mutatur in nouùm pondus. Et hoc totum in magiſterio acquirit. Eſt etiam plumbum argēti examen in cineritio, cuius cauſas dicemus.

De *Ioue, ſiue ſtanno.* Cap. XXXV.

IOuis ergo traditione nō omiſſa, ſignificamus filijs doctrinę, quòd eſt corpus metallicum, album, non purum, liuidum, & ſonans parum, terreitate pauca participās, ſtridorem, molliciem, liquefactionis ſine ignitione velocitatem in radice poſsidens, cinericium & cementū non expectans, ſub malleo extenſibile. Eſt ergo Iupiter inter diminuta à perfectione corpora magis perfecto in radice ſuæ naturæ affinis, Soli ſcilicet & Lunæ: Lunæ magis, Soli verò minus. Hoc itaque in ſequentibus lucidè narrabitur. Iupiter quia albedinem multam ex radice ſuæ generationis ſuſcepit, ideo omnia non alba corpora dealbat. Vitium eſt tamen ei, quod omne corpus frangit, præter Saturnum, & puriſsimum Solem. Et Iupiter multum Soli & Lu-

næ adhæret, & ideo ab eis per examina non de facili recedit. Suſcipit tincturam rubedinis, & ſplendet in eo fulgore inæſtimabili, & pondus acquirit in magiſterio huius artis. Indduratur verò & mundatur facilius quàm Saturnus. Et qui ſciuerit eius vitium fractionis auferre, ſubito ex eius proficuo perfrui lætabitur. Conuenit enim Soli & Lunæ: nec ſeparabitur ab eis vnquam.

De Venere, ſiue ære. Cap. XXXVI.

DE Venere verò ſermo noſter ſit ad preſens. Et eſt corpus metallicũ, liuidũ, rubedine fuſca participãs, ignibile, fuſibile, ſub malleo extẽſibile, cineritiũ & cemẽtũ refugiẽs. Venus itaq; (vt narratũ eſt) in profundo ſuæ ſubſtantiæ colorem & eſſentiã auri prætendit, malleatur verò & ignitur vt argentũ & aurũ. Ideoq; ſecretũ ex ea aſſumas, qa eſt mediũ Solis & Lunę, & facilè ad vtrũque cõuertere naturã illius accidit, & eſt boną conuerſionis, & pauci laboris. Conuenit cũ tutia veheměter, q̃ illã citrinat citrinitate bona, & ex hoc ꝓficuũ elicias. Excuſamur itaque per eã à laborib. indurationis & ignitionis illius. Aſſumas igitur eam præ cæteris imperfectis in opere minori & medio, in maiori verò minimè. Hoc tamen præ Ioue vitiũ habet, quòd liueſcit de facili, & infectionẽ ex acrib. & acutis ſuſcipit, & eradicare illud nõ eſt facile artificium, imò profundum.

De

De *Marte, siue ferro.* Cap. XXXVII.

MArtis verò narratio, & ſecretum illius totũ eſt ex operæ naturæ, quia eſt corpus metallicum, liuidum multum, parum verò rubeum, albedine non pura participans, durum, ignibile, fuſibile fuſione non recta, ſub malleo extenſibile, & multũ ſonás. Eſt aũt Mars duræ tractationis, propter impotentiam ſuę fuſionis, qui ſi medicina illius naturam immutante fundatur, coniungitur Soli & Lunæ, & non ſeparatur per examẽ, ſine magna induſtria, ſed ſi prẽparatur, coniũgitur, & non ſeparatur per aliquod artificiũ, ſi eius natura fixionis non immutetur ab eo, ſola remota immundicie illius. Eſt ergo tinctura rubedinis de facili, albedinis verô difficulter. Et cum coniungitur non alteratus, nõ immutat colorem commixti, ſed auget illud in quantitate. Inter omnia igitur corpora Iupiter in ſplendidius, & lucidius, fulgidius & perfectius in ſolare & lunare transformatur corpus. Sed in eo eſt opus facilis tractationis, & longi laboris. Poſt illum verò Venus minus perfectæ mutationis eligitur, difficilioris tractationis, breuioris verò quàm Iupiter laboris. Saturnus verò poſt Venerem perfectionem in tranſmutatione ab illa diminutã habet, facilis tractationis, longiſsimi verò laboris. Mars verò inter cętera minimę

Perfectionis in transmutatione consistit, tractationis vtiq; difficillimæ, & laboris longissimi. Quęcũq; igitur à velocitate liquefactionis corpora remotiora sunt, difficilioris inueniuntur in transmutationis opere tractationis. Et sunt huiusmodi Venus & Mars. Quæ verò magis, magis: & quę maximè, maximè: Quęcũq; verò maioris liuiditatis & infectionis de terra sunt participãtia, & hæc laboris maioris inueniũtur, & minoris perfectionis. Quæcunque autem perfectionum diuersitares paulò prius à nobis determinatæ sunt, in minoris & medij opis artificio repertæ sunt, in maiori verò vnius perfectionis sunt omnia, non autem vnius tractationis aut laboris sunt. Remanet enim dicere, & quæ tractationis facilitas, & difficultas, & quæ breuitas laboris, & longitudo, in radice in natura corporum inuenta sunt. Iam ergo principia naturalia ipsorum corporum, traditione vera, quæ est ex intentione naturæ perscripsimus, & ipsorum corporum similiter determinatos sermones in singulis Capitulis veraciter exposuimus, & secundum sententiam eorum, qui intima naturę videre potuerunt, & secundum nostram, qui ad ea peruenimus cum instantia laboris. Nunc verò secundum quod innuimus, expedit huius artis defectũ supplere, & principia omnia huius magisterij tradere in huiꝰ nostri sermõis vltima

parte,

parte, & perfectionem quam vidimus, secundum eius exigentiam, cum causis suis monstrare.

QVARTA PARS HVIVS PRIMI LIBRI, DE *Principijs artificialibus huius artis.*

Diuisio dicendorum in hac parte, cum insinuatione perfectionis, in secundo libro tradendæ.

Caput XXXVIII.

SVnt duo quæ determinanda sunt. Principia scilicet huius magisterij, & perfectio eiusdem: Sunt itaque huius artis principia modi operationum ipsius, quibus applicatur artifex ad hoc magisterium. Qui quidem à se inuicem sunt diuersi. Est enim vnus modus sublimatio, & descensio alter, & vnus etiam distillatio, & vnus ex modis est calcinatio, & alius solutio, & alius coagulatio: septimus verò modus est fixatio, octauus verò ceratio. De quibus singulis singulas narrationes faciemus. Perfectio verò cõsistit ex consideratione eorũ, quibus peruenitur ad eam, & ex consideratione rerũ iuuantium, & ex consideratione ipsius rei, quę

vltimò perficit, & ex qua cognoſcitur, an in perfectione fuerit magiſterium, vel non. Conſideratio eorum, quibus peruenitur ad operis complementum, & cõſideratio ſubſtantiæ manifeſtæ, & colorum manifeſtorum, & ponderis in vnoquoque corporum mutandorum, & eorum corporum, quæ nõ mutanda ſunt ex radice ſuæ naturæ abſq; illo artificio, & conſideratio illorum ſimiliter in radice ſua cum artificio, & conſideratio principiorum corporum, ſecundum ſuum profundum, occultum & manifeſtum, ſecundum naturam ſuam, ſine artificio, & eorum ſimiliter cum artificio. Quoniam ſi non cognoſcerentur corpora & illorum principia in profundo ſuæ naturæ & manifeſto, cum artificio, & ſine, neſciretur quòd ſuperfluum in eis, & quòd diminutum: qua ratione neceſſe foret, nos nunquam ad perfectionem tranſmutationis illorum peruenire. Conſideratio autem rerum iuuantium perfectionem, eſt conſideratio naturarum, illarum rerum, quæ corporibus ſine artificio videmus adhærere, & mutationem facere. Et ſunt marcheſita, magneſia, tutia, antimonium, & lapis Lazuli, & conſideratio eorum, quæ ſine adhærentia corpora mundificant, & ſunt ſcilic. ſal & alumina, nitra, & boracia, & quę illorum naturæ ſunt, atque conſideratio vitrificationis mundantis per conſimilem naturam.

guram. Consideratio verò rei quæ perficit, est consideratio electionis puræ substantiæ argenti viui, & est materia, quæ ex materia illius assumpsit originẽ, & ex illa creata est. Non est autem ista materia argentum viu. in natura sua, nec in tota sua substantia, sed est pars illius: non est autem nunc, sed cùm lapis noster factus est. Ipse enim illustrat, & ab aduſtione cõseruat, quod perfectionis significatio est. Consideratio verò rei ex qua cognoscitur, vtrum magisterium in perfectione sit, vel non, est consideratio cinericij, cementi, ignitionis, expositionis super vapores acutorum, extinctionis, commixtionis sulphuris adurentis corpora, reductionis post calcinationem, & susceptionis argẽti viui. Hæc aũt omnia deinceps narrabimus cum causis suis, & cũ experientijs facilibus, quibus poteris manifestè cognoscere, sermones non errasse nostros. Et hæc experimenta erunt tibi penitus nota.

De Sublimatione cur sit inuenta.
Cap. XXXIX.

PRosequentes igitur nostrum propositũ, dicimus de sublimatione. Et fuit causa inuentionis eius: quia non inuenerũt antiqui nostri, nec nos, nec qui post nos erunt aliquid, quod vniretur corporib. nisi spiritus solos, vel aliquod, qđ naturá corpo-

ris & ſpiritus in ſe contineret, & hos proiectos ſuper corpora ſine illorum mundatione, viderunt, vel non perfectos colores dare, vel ex toto corrũpere, adurere, denigrare & defœdare. Et hoc ſecundum diuerſitatem ipſorum ſpirituum. Quidam enim ſunt adurentes, vt ſulphur & arſenicum & marcheſita: & hi quidem corrumpunt ex toto. Alij verò non adurunt, vt omne genus tutiæ, & hi quidem imperfectos colores dant: & illud ideo, quia quæ adurunt, & denigrant, & fœdant, duplici de cauſa hęc faciunt. Vna, quia vnctuoſitas aduſtiua ſulphuris, de cuius proprietate eſt de facili inflammari, & per inflammationem denigrari, & per conſequés denigrare, ab eis non eſt ablata. Altera verò cauſa eſt terreitas, quæ ab eis ſimiliter ablata non fuit. In his autem, in quibus non datur perfectus color, eſt cauſa terreitas, liuidum faciens eum. Poteſt etiam aduſtio liuidum creare colorem. Ideoque ingeniati fuimus hos mundare ab vnctuoſitate videlicet adurente eam habentes, ſcilicet, & à terrea ſuperfluitate omnes. Et ad hoc per nullum magiſterium potuimus peruenire, niſi per ſolam ſublimationem. Ignis enim cùm eleuat, ſubtiliores partes ſemper eleuat: ergo dimittit groſsiores. Ex hoc patet, per ſublimationem ſpiritus à terreitate mundari, quæ & ingreſsionem impediebat, & colorem

lorem immundum dabat. Experientia verò notum tibi facit satis per visum tuum, illos ab ea absolutos esse. vides enim eos splendidiores & magis peruios, & eos facilius corporum densitatem subintrare & penetrare, & non sœdum vt prius colorem facere. Quòd verò per sublimationem aduſtio remoueatur, patet experimento: quoniam arsenicum quo prius ante sui sublimationẽ, impium & pronum erat ad aduſtionem, post eius sublimationem inflammari se non permittit, sed solummodo sine inflammatione recedit: & hoc idem in sulphure (si experieris) inuenies. Quia autem in nullis alijs, quàm in spiritibus vidimus adhærentiá ad corpora cum alteratione, per nullam aliá causam fuimus eb eis excusati, quin necessarium fuerit, illos præparasse cum mundatione illorum, quæ est per sublimationem: ideo huius fuit causa necessaria inuentionis. Sublimationis igitur narremus ordinem totũ sine diminutione, & ipsius causã.

Quid sit sublimatio, & de tribus gradibus ignis in ea obseruandis.
Cap. XL.

DIcimus igitur, Sublimatio est rei siccæ per ignem eleuatio, cum adhærentia sui vasis. Sublimatio verò diuersifica-

tur propter diuerſitatem ſpirituũ ſublimandorum. Quædam enim fit cum forti ignitione: quædam verò cum mediocri: quædam verò cum igne remiſſo. Si igitur ſublimetur arſenicum vel ſulphur, neceſſe eſt illa per remiſſum ignem ſublimari: quoniam cum habeant partes ſubtiliſsimas coniunctas vniformiter groſsis, aſcenderet vtique illorum tota ſubſtantia ſine purificatione aliqua imò denigrata & combuſta. Vt igitur ſepararet quis immundam terream ſubſtantiam neceſſe eſt ingenia duorum inuenire generum, proportionem ſcilicet ignis, & mundificationem cum commixtione fæcum: quoniam commixtio cum fæcibus partes comprehendit groſſas, & tenet illas in aludelis fundo depreſſas, nec eas ſcandere permittit. Vnde & neceſſe eſt, artificem triplicem ignis gradum ſublimationi applicare. Vnum proportionatum taliter, quòd per eum aſcendant alterata tantùm, & mundiora & lucidiora, donec per hoc manifeſtè viderit ipſa mundari à terrea fœculentia. Alter verò gradus eſt, vt quòd in fæcibus remanſit de pura illorum eſſentia, ſublimetur cum maiori expreſsione ignis, videlicet cum ignitione aludelis & ipſarum fæcum, quam videre poterit oculis ſuis. Tertius verò gradus eſt, vt adminiſtretur ignis debiliſsimus ſine fæcibus, ei quòd ſublimatum à fęcibus,

& iam

& iam depuratum eſt, ita vt vix aliquid de illo aſcendat, & quod aſcendet de illo ſit res ſubtiliſsima, quæ in hoc opere nihil valet: quia illa eſt res, mediante qua aduſtio fit in ſulphuribus. Eſt igitur tota ſublimationis intentio hæc, vt remota terreitate illius per ignis adminiſtrationem debitam, & abiecta ſimiliter ex ea ſubtiliſsima & fumoſa illius parte, quæ aduſtionem cum corruptione ad ducit, relinquatur nobis pars illa, quæ in æqualitate conſiſtit, quæ ſimplicem fuſionem ſuper ignem facit, ſine aduſtione aliqua de igne fugiẽte ſine inflámatione illius. Quòd verò ſubtiliſsimum ſit aduſtiuum, manifeſtiſsimis argumentationibus probatur: quia ignis ad ſuam conuertit natura vnumquodque eorum quod magis affine illi eſt: quia ex vnaquaque re aduſtibili magis affine eſt, quod ex illa eſt ſubtile, & adhuc magis affineeſt, quod ſubtilius eſt: ergo & maximè affine quod ſubtiliſsimum eſt. Ab experiẽtia ſimiliter: quoniam ſulphur vel arſenicum non ſublimatum velociſsimè inflammatur; ſulphur verò faciliùs. Sublimatum verò directè non inflammatur, ſed euolat & extenuatur ſine inflammatione, præcedente tamen fuſione. His itaq; patet, ſermonem noſtrum veridicum eſſe.

De fecibus corporum metallicorum, ſpiritibus in ſublimatione addendis, & earum quantitate ac qualitate.

Cap. XLI.

PRobatio verò adminiſtrationis fęcum, cum proportione ſua eſt, vt eligatur materia illa cum qua plus conueniant ſpiritus ſublimãdi, cui & permiſceãtur profundius: quoniam illa cui magis vniuntur, potentior eſt in retentione fæcum ſublimãdorum, quàm cui non. Huius rationabilis ſatis eſt & manifeſta probatio. Probatio verò quòd neceſſaria ſit fęcum adminiſtratio, eſt: quia ſi non coniungerentur ſulphur vel arſenicum ſublimandum, cum fęce de aliqua re fixa, tunc neceſſe eſſet ea cũ tota ſui ſubſtantia aſcendere non mundata. Experientia verò ſciũt nos verum dicere, qui in ſublimationibus exercitati ſunt. Probatio verò quòd neceſſaria ſit talium fæcum adminiſtratio, quibus ſublimanda conueniant, & vniantur in profundo ſuo: quia ſi fæces non permiſcerentur per minima, tunc idem contingeret, ſicut ſi fæcem non haberent, ſcilicet vt aſcenderet tota illorum eſſentia ſine mundatione aliqua, ſicut aſcendunt ſine fęcibus cum tota ſubſtantia: ergo & ſimiliter à fæcibus ſublimata quibus non vniuntur, accidere neceſſe eſt. Experientia ſcit verum

hoc

hoc esse, qui hoc vidit & nouit: quia cũ sublimauit à re extranea à corporũ natura, sublimauit in vanũ, vt nullo modo depurata post ascensionem illorum inueniret. Si verò cum calce alicuius corporum sublimauit, tunc bene sublimauit, & perfectè mundare potuit cum facilitate. Est ergo intentio fęcum, vt administrentur de calcibus metallorum. Est enim in illis facilis operationis sublimatio, cum rebus autem alijs difficillima. Non est ergo aliquid, quòd locum illorum possit obtinere. Non autem dicimus sublimationem impossibilem sine calcibus corporum, sed eam difficillimam, & longissimi laboris, & protelationis vsque in desperationem: Sed in hoc tamen aliquid bonitatis habet: quia quod sublimatur absque fæcibus, vel sine corporum calcibus, est quantitatis multæ, quod verò cum fæcibus, minoris. Adhuc verò, & quòd cum corporũ calcib. minimæ est quãtitatis, sed facillimi laboris & breuissimi. Illud verò quod plus nos excusat à fæcibus de corporib. est omne genus salis pręparati, & huius consimiliũ in natura. Et est nobis cũ eis sublimatio multę quantitatis etiã possibilis: quia facilis sit ab eis sublimandarũ fæcum separatio per salium solutionem, quod in nullis alijs rebus esse contingit. Proportio verò fæcũ est, vt quantitas fęcum quantitati sublimandorum æquetur. In hoc

enim etiam rudis artifex errare non poterit: mediocrem verò artificem, ponere mediocritatem ponderis ſublimandorum ex fæcibus, ſufficiens eſſe contingit, & in hoc errare non debet. Exercitato verò & maximè experto, minima illarum pars ſufficit. Quanto enim minores fæcum ſunt quantitates, tantò & maioris exuberantiæ ſublimationem neceſſe eſt eſſe: dummodo & ſecundum diuerſitatem ſubtractionis fæcum, fiat proportionalis illi ſubtractio ignis. In parua enim quantitate, paruus ad perfectionem ignis eliciatur, in magna magnus, in maiori maior.

De moderandò igne in ſublimatione.
Cap. XLII.

SED quoniam ignis non eſt res quę menſurari poſsit: ideo contingit in illo errare ſæpiſsimè, cum quis exercitatus non eſt, tam ex diuerſitate fornacum & ignorum adurendorum, quàm vaſorum & coaptationis illorum: de quibus omnibus expedit artificem attentum ſollicitare. Sed communem adducimus regulam. Quòd in primis expedit cum paruitate ignis, ſolam aqueitatem ex ſublimandis exprimere, qua remota, ſi quid aſcendit per illum, tunc in principio hîc non augeatur ignis, vt per debiliſsimum ignem, ſubtiliſsima pars tollatur,

tur, & ſeorſum ponatur, quæ eſt cauſa aduſtionis. Cùm autem iam nihil vel modicum aſcenderit (quod experiri poteris cum intromiſsione bombicis lycinij in ſuperius foramen aludelis) vigoretur ignis ſub eo, & quanti vigoris debeat eſſe ignis, tibi experientia lycinij oſtendet. Si enim parum e, ſublimando vel mundum exierit, adhuc parvus erit ignis, augeatur igitur. Si verò mutum & immundum, tunc ſuperfluus eſt, ſubtrahatur igitur. Si verô mũdum & multum, iam inuenta eſt. Immundum autem vel mundum per extractione n lycinij, quod in foramen aludelis poſitum eſt, cognoſcetur: ſecundum.n. quam quã titatem, mundicie, vel immundiciem ex ſublimando reſpexerit artifex adhæſiſſe lycinio, ſyllogiſtare poterit, & in tota ſublimatione neceſſariò proportionalem ignem, & ex hoc ignis rectificationem inueniet ſine fallacia. Melior verò modus fæcum eſt, vt ſumantur ferri ſquamæ, vel æris combuſti. Et hæc quidem propter priuationem malæ humiditatis, de facili ſulphur aut arſenicum ſibi imbibunt, & ſecum vniunt. Huius autem viam ſcit exercitatus ſolus.

De erroribus circa quantitatem fæcum, & dispositionem fornacis in sublimando sulphure & arsenico vitandis. Item de Fornace construenda, & lignis eligendis.

Cap. XLIII.

EXPEDIT ergo nos rectificare artificem in omnibus, in quibus contingit errare ignoranter, in horum duorũ spirituum sublimatione. Narremus igitur primò, quòd si multas fæces posuerit, tunc si non augmentauerit ignem proportionalem, nihil ex sublimando ascendet. Quomodo autem illum inueniat, iam ei sufficienter narratum est. Et si paucam fæcum quantitatem, vel non ex corporum calce posuerit, tunc si illius proportionem inuenerit, ascendit sublimandum cum tota substantia. Et huius tradidi similiter inuentionem sufficientem. Ex fornace verò similiter contingit errare. nam magna fornax magnum dat ignem, paruum verò parua, si ligna & foramina auricularum eius proportionantur. Si igitur posuerit multam rei sublimandæ quantitatẽ in paruam fornacem, ignem eleuationis sufficẽtem non poterit exhibere: si verò paucam quantitatem in magnã fornacem, sublimationem exterminabit propter ignis excessum. Similiter verò spissa fornax condensatum & fortem dat ignem: tenuis verò rarum & debilem, in quibus similiter

liter errare contingit. Similiter verò cũ ſpacioſis auriculis furnus, & clarũ & magnum dat ignem, cum ſtrictis verò debilem. Item ſi maior fuerit vaſis in coaptatione ad furnũ diſtantia à ſpondilibus eius, magnum dabit ignem: ſi verò minor, minorem. In quibus omnibus contingit errare maximè. Rectificatio ergo horũ eſt, vt furnus ſcilicet cónſtruatur ſecundum intentionem ignis quam quęrit, ſpiſſus ſcil. cum liberis auriculis, cum diſtantia vaſis aludelis multa à ſpondilib. furni, ſi magnum quærit ignem. Si verò mediocrem, mediocrem in his omnibus inueniat proportionem: ſi verò debilem, proportionem in his eandem inueniat. Et has proportiones omnes docebimus te inuenire cum præparatione vera, & experientia determinata. Si igitur volueris multam ſublimationis quantitatem eleuare, tunc vas aludel tantę capacitatis inuenias, quòd illam ſuſcipiat ſuper fũdum, ad eleuationem vnius palmæ. Ad illud coaptes furnum vt ſuſcipiat aludel in medio ſui cum diſtãtia parietum ſuorum per duos digitos. Et furno facto, facies illi x. auriculas, æquè diſtantes proportione vna, vt vna æqualitas ſit ignis ad omnes partes illius. Tunc verò ſtipite ferreo in medio fornacis ex tranſúerſo in ſpondilibus eius firmato, qui à fundo fornacis diſtet ad extẽſionem vnius palmæ cum pollice ſuo, & ad

ſpiſsitudinem vnius digiti, ſuper eo firmetur vas aludel, & circumlinatur ad furnum, quem ſequens demonſtrat deſcriptio.



Tunc verò aduerte, ſi bene & liberè ſe expediuerit de fumoſitatibus, & flamma liberè per totum furnum tranſiuerit in circuitu aludelis, tunc bene proportionatum eſt, ſi verò, non, non. Et tunc dilata eius auriculas, & ſi emendatur, bene quidem: ſi verò non, tunc neceſſariò relinquitur, quòd diſtantia aludelis à parietibus nimis parua eſt: radantur ergo tunc parietes, & amplietur diſtantia, & poſtea tentetur. Reiteretur ergo ampliatio auricularum, & raſura ſpondilium, quouſque liberè ſe abſoluat à fumo, & flamma in

ma in circuitu aludelis sit lucida, & fumus liberè per auriculas exeat. Ista est sufficiens experientia ad omnem sublimationis quantitatem de inuentione magnitudinis furni, & dilatationis auricularum eius, & distantię aludelis à parietibus eius. Inuentio verò spissitudinis furni est, quòd si quæsieris magnum ignem, maior spissitudo illius sit, ad mensuram extensionis palmæ cum pollice suo: si verò mediocrem, ad mensuram vnius palmæ: si verò minorem, ad spissitudinem duorum digitorum formetur.



Similiter verò ex lignis eliciatur proportio: quoniam ligna solida fortè dant ignem, spongiosa verò debilem, sicca magnum & citò terminabilem. Viridia paruum & multum durantem. & similiter solida multũ durantem. spõgiosa verò de facili terminabilẽ dant ignem. Consideratione ergo distantiæ aludelis & magnitudinis & paruitatis auricularum, & spissitudinis & tenuitatis furni, & diuersitatis lignorum præmissis, accidet omnium ignium diuersitates perquiri cum experiẽtia sua vera. Ex conclusione verò maiore vel minore auricularũ, vel fenestræ furni, per quam ligna intromittuntur, & administratione diuersitatis lignorum, & additione & subtractione illorum, accidet inueniri determinatum spacium temporis durationis ignis, scilicet vt scientia determinata sciatur, quantum vnusquisq; ignis in suo gradu perdurare poterit in æqualitate. Et hæc inuestigatio est maximè tibi vtilis & necessaria: quoniam per eam excusaberis à multitudine laboris immensi. Exerciteris igitur in ea & in omnibus à nobis nunc nouissimè determinatis: quia qui se exercuerit, inueniet, qui verò non, non.

Ex

Ex qua materia & qua forma vas Aludel sit faciendum. Cap. XLIIII.

INtentio verò vasis Aludelis est, vt fingatur vas de vitro spissum. de alia enim materia non valet, nisi fortè similis esset substantiæ cum vitro spissum. solum enim vitrum & ei simile cùm poris careat, potens est spiritus tenere ne fugiant, & exterminentur ab igne. Alia autem materia nulla, quia per poros eorum successiuè diminuuntur, & euanescunt spiritus. Nec metalla in hoc valent: quoniam spiritus propter amicitiam eorum, & conuenientiam illa penetrant, & cum illis vniuntur: quare per illa transeuntes euanescũt: quod per ea, quæ à nobis determinata sunt, apertè probatur. Necessariò & experientia repertum est, hoc nos verum dixisse: ergo per aliquod non excusamur à susceptione vitri in compositione Alùdelis. Fingatur ergo concha vitrea rotunda, cuius fundus sit paruæ curuitatis, & in medio spondilium eius formetur zona vitrea circũ dans eam, & super illam zonam fundetur paries rotundus æquè distans à conchæ pariete ad grossitudinem cooperculi ipsius conchæ, ita vt in distantia hac cadat paries coopertorij largè sine pressura. Altitudo verò huius parietis sit ad mensuram altitudinis parietis conchæ, aut paulò plus, aut paulò minus. Formentur verò duo coopertoria ad

menſuram huius concauitatis duorum parietum, æqualia, quorum longitudo ſit æqualis, & ſit vnius ſpannæ, & figura eorum figura vna, ſcilicet piramidalis, in quorum capitibus duo æqualia ſint foramina: vnum ſcilicet in vno, alterum in altero, in quibus ambobus poſsit cadere maior gallinæ penna, vt hîc clarius cernere licebit. Eſt ergo con-



chæ vaſis intentio, vt poſsit moueri ſecundum artificis voluntatem coopertorium illius, & quòd iunctura ſit ingenioſa, per quá ſine lutatione aliqua non pateat ſpiritibus egreſsio. Qui ergo in hoc poteſt magis ingeniari, non excuſet ſe ab hoc per noſtram traditionem. Et eſt ſpecialis intentio ſuper hoc, ſcilicet, vt concha interior cum ſpondilibus

ſuis

ſuis vſq; ad medium ſubintret coopertoriū ſuum. Cum enim fumorum ſit aſcendere & non deſcendere, per hoc inuenimus inuentione prima, ſpiritus non habere ad conſumptionem exitum, & propter hoc excellit modos alios, quos inuentione noſtra quæſiuimus. Et hoc experiendo, videbunt nos verū æſtimaſſe de illo. Intentio verò & vna eſt, vt ſæpiſsimè euacuetur aludelis caput, ne præ nimia ſublimandorum multiplicatione in illud, cadant ad illius fundum, & detineat multitudo reiterationis ſublimationis occupatum longo tempore. Eſt & ſimiliter intentio altera, vt ſemper ſeorſum ſeparetur, quod ſurſum ad propinquitatem foraminis capitis aludel aſcendit in puluerē, ab eo quod fuſum & denſum in fruſtis, & apud fundum illius peruium & clarum, cum adherentia ad vaſis ſpondilia conſcendiſſe inuenitur, quoniam hoc minus habet de aduſtione, q̄ qd̄ prope foramē reperitur ſcādiſſe. hoc aūt in ſuperiorib. aperta probatur ratione videlicet; & experimento. Probatio verò bonitatis & perfectionis ſublimationis eſt iam dicta. Et eſt, vt inueniatur clara & lucida, & nō aduratur cū inflāmatione. Hæc eſt ergo perfectio intentionum ſublimationis, ſulphuris videlicet & arſenici. Et ſi non inuenta eſt ſic, reiteretur opus ſuper illa, cum conſideratione omniū ſuarum intentionū, quouſq; ſic inueniatur.



De ſublimatione Mercurij ſiue argenti viui. Cap. XLV.

NVnc verò totam intẽtionem ſublimationis argenti viui determinemus. Eſt igitur completa ſumma illius depuratio terreitatis, & remotio aqueitatis illius. Excuſamur enim à labore remotionis aduſtionis eius, quoniam eam non habet. Dicimus igitur, quòd ingenium ſeparationis ſuperfluę terræ ipſius eſt, ipſum commiſcere rebus, cum quib. affinitatẽ nõ habet, & ſublima-

tio-

tionẽ eius reiterare ab eis multoties. Et harũ genus eſt talk, & calx corticũ ouorũ, & marmoris albi. Similiter & vitrum minutiſsimè tritum, & ſalis omne genus pręparati. Ab iſtis enim mundatur: ab alijs verò rebus habentibus affinitatem cum eo, niſi ſint perfectionis corpora, corrũpitur potius: quia ſulphureitatem habent omnia talia, quæ aſcendẽs cum eo in ſublimatione ipſum corrũpit. Et in hoc experientiá vides, quia ſi ſublimas illud à ſtanno, vel à plumbo, ipſum poſt ſublimationem infectum cõſpicies nigredine. Ergo melior eſt eius ſublimatio per ea cum quibus non cõuenit: cum quibus aũt conuenit melior eſſet, ſi ſulphureitatem non haberẽt. Ideo à calce melior eſt ſublimatio, quá à reb. omnibus, quoniam illa parùm cõuenit, & ſulphureitatem non habet. Modus verò remotionis aqueitatis ipſius ſuperfluæ, eſt, vt quãdo commiſcetur calcibus, à quibus ſublimari debet, teratur & commiſceatur illis cũ imbibitione, quouſq; de illo nihil appareat, & poſtea ſuper ignem lẽtiſsimum aqueitas imbibitionis remoueatur. Qua recedente, etiá argenti viui aqueitas cum ea recedit. Sit tamen ignis tam lenis, vt per eum argenti viui tota ſubſtantia non aſcendat. Ex multiplici igitur reiteratione imbibitionis cum contritione, & leni aſſatione, aqueitas illius maior deletur, cuius reſiduũ per ſublimationis réi-

tèrationem remouetur. Et cum videris illud albissimum, excellens niuem albedine sua, & quasi mortuum aludelis spondilibus adhærere, tunc super ipsum reitera sublimationẽ eius sine fęcibus. Quoniam adhæret pars illius fixa cum fęcibus, & nunquam per ingeniorũ genus aliquod ab illis separari posset. Aut post illud figas partem illius, & modum fixionis eius in sequentibus narratũ tibi expresse trademus. Et cum fixeris illam, tũc reitera sublimationẽ residuæ partis super eam, vt illa similiter figatur & seruet: quod tẽtabis super ignem. Si fusionem bonã dederit, tunc sufficientem sublimationem illi administrasti. Si verò non, adde illi de argento viuo sublimato partẽ aliquam, & reitera sublimationem, donec fiat. Quòd si lucidum & albissimum habuerit colorem, & peruium, tũc bene mundasti: si non, non. Igitur ne sis in præparatione illius, quæ per sublimationem fit, negligens, quia qualis erit mundatio, talis & perfectio per illud sequitur, in proiectione illius super vnumquodq; imperfectorũ corporum, & super ipsum viuum non pręparatum. Vnde & quosdam contingit ferrũ, quosdam verò plumbum, & quosdam per illud venerem, & quosdam stannum formare. Quod cõtingit propter purificationis negligentiam, quandoque illius solius, quandoque in sulphuris sibi admixti, vel eius comparis. Si igi-

tur

tur directè ſublimando mundaueris, & illud perfeceris, erit albedinis tinctura firma & perfecta, cui non eſt par.

De ſublimatione marchaſitæ. Cap. XLVI.

SVfficienter igitur ſublimationis argenti viui ſumma intentionis tradita: nunc ad ipſius marchaſitæ ſublimationẽ accedamus. Duæ autẽ ſunt illius ſublimationes: Prima quidem ſine ignitione perficitur, alia cum ignitione. Et illud ideo, habet enim duplicem ſubſtantiam. Vnam, ſcilicet ſulphur purum in natũra ſua, aliam verò argentum viuum mortificatum. Prima vtilis eſt, ſicut ſulphur. Secunda verò vtilis, vt argentum viuum mortificatum, & mediocriter præparatum. Aſſumamus igitur hanc vltimam, quia per illam excuſamur à ſuperiore arg. viuo, & à labore mortificatiõis eius. Eſt igitur totus modus ſublimatiõis illius, vt teratur, & in aludele ponatur, & ſublimetur ſine ignitione ſulphur eius, ſemper remouẽdo quod ex illo ſublimatur, ſæpiſsimè, propter cauſam dictã; & augendo ignis vigorem vſque ad ignitionem aludelis. Et prima ſublimatio marchaſitę debet fieri in vaſe ſublimationis, quouſq; ſulphur receſſerit, & poſtea in iſto ſucceſsiuè & ordinatè procedere, quouſq; totũ quod in ea de ſulphure cõſtat, exierit. Quod probare poteris his manifeſtis experiẽtijs. Ná cũ totũ illius ſulphur fuerit eleuatum, videbis colo-

ATENEO VENETO VENEZIA

rem eius, quod poſt illud ſublimabitur, muta ri in albiſsimum, mixto cœleſtino eidem colore clariſsimo & amœno. Aliter etiam, quia quod erit de ſulphuris natura comburetur, & flammam dabit vt ſulphur. Quod verò ſecundo poſt illud ſublimatum fuerit, nec inflammabitur, nec ꝓprietates ſulphuris oſtendet aliquas, ſed viui argẽti mortificati in ſublimationis reiteratione.

De vaſe, in quo Marchaſita rectè poſsit ſublimari. Cap. XLVII.

ILlud ergo colligamus per ſuum ſublimationis modum, qui eſt, vt fiat vas terreum ſolidiſsimum, & bene coctum, ad longitudinem mediæ ſtaturę virilis, ad latitudinem verò, per quam manus ſubintrare poſsit. Et fiat fundus eius qui ſeparari & coniungi poſſit, ad ſimilitudinem vnius planæ parapſidis profundæ multùm. Et menſuretur ab orificio illius vaſis, vſque prope fundum, ad menſuram longitudinis vnius manus cum digitis ſuis. Et de illo loco vſque ad caput eius vitrificetur interius vas vitrificatiõe ſpiſſa multùm. Et ſuper caput illius ponatur alẽbicus cum laxo naſo. In tali enim vaſe ſublimatur illud. Coniũgatur igitur fundus vaſi ſuo per lutum firmæ tenacitatis, & ſuper ipſum fundum ſpargatur Marcheſita, & ſuper caput vaſis alembicus laxi naſi, & ponatur in furnũ, de cuius proprietate ſit fortem ignitionem dare,

dare, fusionis sc. argenti, vel veneris, si artifex indiguerit, quẽ in summa nostri opis, vbi diuersitates omniũ instrumẽtorũ narrabimus, tibi sufficiẽter trademus, & caput furni circũda cũ rota habẽte foramẽ in medio sui, ad magnitudinẽ vasis, per qd illud vas intrare possit, & luta iũcturas in circuitu vasis & furni, ne ignis exiens impediat te in sublimationis adhęrẽtia, relictis tantùm quatuor fenestris paruis in rota, quę claudi & aperiri possint, p quas mittantur carbones in furnum, & in la-

Alembic



Virri- *ata*

per *apsis*

teribus fornacis ſimiliter aliæ quatuor ſub illis intermedię, per quas & ſimiliter carbones mittantur, & ſex vel octo foraminibus ad magnitudinem digiti minoris, quæ nunquam claudantur, vt per illa furnus à fumoſitatib. ſe liberè poſsit expedire. Et ſint foramina illa in iunctura furni cum rota ſua. Furnus verò magnæ ignitionis eſt, cuius ſpondilia ſunt ad altitudinem cubitorum duorum. In medio ſit rota, minutiſsimis & creberrimis perforata foraminibus, cum luto fortiter annexa. Capita foraminũ ſuperius ſint ſtricta, inferius verò laxa, vt cinis vel carbones poſſint liberius ex illis cadere, & relinquat ipſa continuè ad ſuſceptionem aeris liberius aperta. Nam aeris libera & multa ſuſceptio p inferiora foramina, eſt cauſa vna magnę ignitionis per furnum. exerciteris ergo in eo, & ipſum inuenies. Cauſa verò longitudinis vaſis eſt, vt extra ignẽ multa quantitas eius extendatur, & infrigidetur, vt fumi ſublimationis locum refrigerij inueniant & adhæreant, & non inueniant viam fugæ, & ſuæ exterminationis. Hoc autem nouit ille, qui dum ſublimaſſet in breuibus aludelibus, nihil ex ſublimato inuenit, quoniam propter breuitatẽ aludelis æqualis fuit per totum ipſum ignis. Ideoq; ſemper in fumi ſubſtantiã conuerſum ſublimandum ſtetit, & non alicubi adhæſit, ſed ſucceſsiuè p poros vaſis euanuit. Vas ergo in

go in omnibus ſublimandis ad maiorem ſui partem in loco ſui refrigerij extendatur. Cauſa verò vitrificationis vaſis eſt, ne fumi aſcendentes in loco ſuę aſcēſionis, poroſum inueniāt aludelis parietē, & illū penetrantes aufugiant. Vitrificatur ergo locus aſcenſionis illorū, vt obſeretur illis via fugę: fundus verò aludelis non, quoniā ipſius fundus in igne conſiſtit, qui vitrificationē ipſius funderet, quā fuſa, & fundus eius, & ſimiliter ſublimandū funderetur, & vitrum fieret. Eſt enim vitri proprietas, omnia vincere; & ad ſe conuertere. His igitur omnibus conſideratis cum cauſis eorum, fiat ignis ſub aludele quouſq; certificatus fueris experientia veridica, illud totū aſcendiſſe. Eſt autem experientia, intromiſſio baculi terrei bene cocti, habentis foramē paruum in capite ſuo, vſque ad medium eius veniens, ad quantitatem digiti minoris prope ipſam rem à qua fit ſublimatio.



Et ſi foramini aliquid adhæſerit ex ſublimando, non eſt totum ſublimatum: ſi verò non, tunc ſublimatum eſt. Et hac eadem exercitatione in omnibus ſublimandis certificari poteris: Deſcriptio verò vaſis aludelis ſublimationis Marchaſitę vltimæ, & cum fornace, & baculo ſuæ experientiæ hæc eſt.



De

De ſublimatione magneſiæ & tutiæ, item corporum imperfectorum, & de additione materiæ ſubleuantis ea.

Cap. XLVIII.

SVblimationis verò magneſiæ & tutię eſt eadem intentio cum intentione vltimæ ſublimationis marchaſitæ. Non enim poſſunt hæc omnia ſine ignitione ſublimari, ideoque omnia vnam intentionem habẽt cũ cauſis ijſdem & experientijs eiſdem, & habet vnum ordinem generalem. Quia ſine fæcib. ſublimari debent, quæcunq; ſublimari cum ignitione neceſſariò contigerit. quia in ſeipſis fæces habẽt ſufficientes, imò ſuperfluas, & huius ſignum eſt difficultas ſublimationis ipſorum. Sublimantur etiam ſimiliter omnia corpora à perfectione diminuta hoc eodem ordine: & non cadit diuerſitas aliqua, niſi qa ignis ſublimationis vehementior eſt in corporibus, quàm in magneſia, marchaſita, & tutia. Et non diuerſificantur ſimiliter corpa in ſublimationib. ſuis, niſi quòd quædam indigent admixtione rei ſubleuantis ea, quædam verò nõ, vt facilior fiat eorum eleuatio. Sed vna tamen ſpecialis in corporum ſublimatione conſiderationis experientia reperta eſt bona, videlicet vt in fundo aludelis nõ ſit multa corporis ſublimandi quãtitas. Quia multituto ſublimationẽ impedit. Et plani-

cies sit in fundo aludelis sublimationis, &nõ concauitas, vt posit æqualiter & tenuiter su per fundum sparsum corpus æqualiter, & multum in omnibus suis partibus eleuari. Corpora verò indigentia admixtione rei ele uantis, sunt scilicet Venus & Mars, propter suæ fusionis tarditatem. Venus itaque tutia indiget, Mars verò arsenico, & cum his eleuantur de facili, quoniam cum eis maximè conueniunt. Fiat igitur post illorum consideration sublimatio, vt in tutia, & illi similibus in sublimatione, & disponatur eorũ sublimatio hoc eodem ordine cum causis suis & experientijs.

De descensione, & modo purificandi per pastillos. Cap. XLIX.

NArratis itaque sublimationis intentionibus cum causis suis omnibus, restat nos descensionis modum monstrare, cum causis suis similiter & suo ordine determinato, & cõpleto. Fuit ergo inuẽtionis illi9 causa triplex. Vna scilic. vt cũ materia aliqua incluſa est in illo vase quod vocatur descẽsorium Chemię, post fusionem suam descẽdat per foramẽ illius, & per eius descensionẽ simus certi fusionem susscepisse. Alia, vt corpora debilia per eam à combustione preseruentur post reductionem à calcibus eorũ. Ná cũ à calcib. corpora debilia tẽtamus reducere, nõ omnem illorũ partẽ tẽpore vno reducere possu-

possumus. Si igitur pars illa, quæ primò in corpus reducta est, reductionẽ totius expectaret, per ignẽ euanesceret maior illius quãtitas. Necesse igitur fuit ingeniari, vt statim cũ reducta est pars, ab igne deponatur. Hoc aũt per descensorium fit. Est & tertia causa inuentionis illius corporũ depuratio ab omni re extranea. Descendit enim corpus fusum mundũ, & omnẽ rem extraneam in concauitate illius dimittit. His itaq; tribus necessitatibus inuenta descẽsione, determinetur modus illius cum instrumento suo prius notificato cũ causis suis. Dicimus igitur, qd forma eius talis erit, vt fundus illius sit acutus, & parietes illius sine scrupulo æquàliter sint terminantes in fundi acuitatem, vt possit vnumquodq; fusibilium liberè sine adhærentia ad fundi illius foramen descendere, & cooperto rium eius (si necesse sit) ad similitudinẽ planæ parapsidis, & bene conueniat illi, & sint de bona & firma terra, & non de facili per ignis pressuram findente. Mittatur igitur res, cuius intẽtio sit descendere, in illud, super baculos rotundos ex terra factos, vt magis fundo superiori approximẽt, & cooperiatur cum eo, & iunctura firmetur, & in igne de carbonibus ponatur, & super ipsum suffletur, quousq; tota res descendat in vas sibi suppositum. Potest tamen (si res fuerit difficilis fusionis) poni super tabulam planã, vel paruæ

concauitatis, à qua posit de facili descende re cum inclinatione capitis descensorij, si fu. sa fuerit. Purificantur enim per hoc corpora Sed per pastillum melius purificantur, cuius modus purificationis est idem cũ modo purificationis descensorij. Et ideo per illum excusamur ab eo. Tenet enim fęces corporum, vt descensorium, & melius, & ideo narramus modum illius. Dicimus igitur, quòd accipimus corpus, de cuius intentione est mundari, & illud in grana minutissima, vel limaturam, vel in calcem (quod perfectius est) redigimus, & ei commiscemus calcem aliquam, de cuius intentione non sit fundi, & postea illud fundimus. Inuenimus enim per illud corpora mundari multa iteratione, sed non mũdificatione perfecta, quam perfectionem scimus esse, sed mundificatione vtili, vt medicina perfectionis susceptа, melius & perfectius per eam transformentur corpora. Est enim administratio præcedens eam: omnem autem administrationem sufficienter in sequentibus tibi narrabimus.

Nunc verò descensorij ponamus descriptionem.



Coopertorium li ignis cipiens ignis vas ignis Bacm re

De Distillatione & causis eius, ac de tribus eiusdem generibus, scilicet, per alembicum, per descensorium, & per filtrum.

Caput L.

CONueniens est igitur, vt sequentes propositum nostrum, sermonem de distillatione tradamus cũ causis suis. Est igitur distillatio vaporum aqueorum in suo vase eleuatio. Diuersificatur itaque distillatio. Nam quædam est per ignem, quædam verò sine igne. Quæ verò per ignem

fit, duorum generum inuenitur. Quædam eſt per eleuationem in alembicum, quędam per deſcenſum Cheniæ, qua mediante oleum ex vegetabilibus elicitur. Cauſa quare inuenta ſit diſtillatio, & cauſa generalis inuentionis cuiuſlibet diſtillationis eſt purificatio liquoroſi à fæce ſuæ turbulentiæ, & cõſeruatio illius à putrefactione. Videmus



enim rem diſtillatam quocunq; diſtillationis genere puriorem eſſici, & melius à putrefactione cuſtodiri. Cauſa verò ſpecialis in-

inuentionis illius, quæ per aſcenſum fit in alembicum, eſt inquiſitio aquæ purę ſine terra. Cuius experientia eſt, quòd videmus aquam ſic diſtillatam, nullam fæcem habere. Cauſa inuentionis aquæ puræ, fuit imbibitio ſpirituũ & medicinarum mundarũ, vt ſi quando ſcil. indigemus imbibitione, aquam puram habeamus, quæ fæcem poſt ipſius reſolutionem non dimittat, qua fæce medicinæ noſtræ, & ſpiritus mundari poſsint inficiq & corrumpi. Cauſa verò inuẽtionis eius, quæ per deſcenſum fit, fuit olei puri in natura ſua extractio: quia per aſcenſum oleum in natura ſua combuſtibili haberi non poterat, & huiuſmodi inquiſitio fuit, ſcil. vt color eius, qui cum ſubſtantia ſua permixtus eſt, habeatur. Hîc enim iuuare poteſt in caſu. Diſtillationis verò quæ per filtrum ſine ignitione perficitur, cauſa inuentionis, fuit aquæ ſola ſerenitas. Dicamus igitur nunc omnium diſtillationum modos, cum cauſis ſuis. Eius itaque quæ per aſcenſum fit, eſt duplex modus. Alia enim fictili olla cineribus plena perficitur: alia autem cum aqua in vaſe ſuo cum graminibus vel lanoſitate, ordine ſuo diſpoſita, ne cucurbita vel diſtillatorius alembicus rumpantur, antequàm ad perfectionem deducatur. Ea verò quæ cum cineribus, maiori, & fortiori, & acutiori perficitur igne: quæ autem cum a-

qua, manſueto igne & æquali. Aqua enim acuitatem ignitionis non ſuſcipit, quemadmodum cineres. Ideo per eam quæ cum cineribus fit, colores & groſsiores terræ partes eleuari ſolent. Cum ea verò quæ cum aqua fit, ſubtiliores, & ſine colore, & ad naturam aqueitatis ſimplicis approximantes magis eleuari contingit. Subtilior ergo fit ſeparatio per eam quę aqua perficitur, quàm per eam, quæ cineribus elicitur. Experientia hoc nouit verum eſſe, qui cum diſtillaſſet oleum per cineres, oleum vix alteratum ſuſcepit in recipientem. Volens verò partes eius ſeparare, ad id neceſsitate peruenit, vt contingeret per aquam diſtillare. Et tunc per eius reiterationem ſeparauit oleum in partes ſuas elementales, vt albiſsimam & ſereniſsimam aquam ex rubicundiſsimo extraxerit oleo, remanente in fundo alembici totaliter illius rubore. Per hoc ergo magiſteriũ ad omnis rei vegetabilis, & eius quæ ex vegetabili proceſsit in eſſe, & omnis rei conſimilis, ad omnium determinatam elementorum ſeparationem peruenire neceſſe eſt. Per eam verò quæ per deſcenſum fit, ad cuiuſlibet rei oleum peruenìri determinatè poteſt, ſcilicet vegetabilium omnium, & eorum conſimilium. Per eam verò quæ per filtrum fit, ad cuiuſlibet liquoroſi ſerenitatem peruenìri poteſt. Hæc autem omnia etiam

parùm

parùm vel minimùm ſcientibus ſunt manifeſta & nota: qui verò hæc ignorat, nihil ex hoc nouit magiſterio. Exercitetur igitur, & de facili ea inueſtigabit. Diſpoſitio igitur eius quæ per cineres fit; eſt, vt ſumatur olla fortis ex terra, & coaptetur in furno, ſimili ſublimationis furno præfato, cum eadem diſtantia à furni ſpondilibus, per eandem inueſtigationem, & ſimililibus auriculis, ſuper cuius fundum ponantur cineres cribellati ad digiti ſpiſsitudinem, & ſuper ipſos cineres ponatur vas diſtillationis, & cooperiatur in circuitu eius cum eiſdem, vſq; prope collum alembici: poſtea verò infundatur in illud res, de cuius intentione ſit ſic diſtillari. Vltimò verò cooperiatur illud cum alembico, cuius collum ſuſcipiat collum cucurbitæ inferioris intra ſe, vſq; ad curuitatem canalis ipſius alembici, ne viam fugæ inueniat diſtillandũ. Et poſtea lutetur alembicus cũ cucurbita ſua, & firmetur eorum iunctura, & ſupponatur ignis quouſq; diſtillet. Alembicus verò & eius cucurbita de vitro ſint. Ignis verò illius augeatur ei ſecundum exigentiam diſtillationis, quouſq; videatur totum diſtillandum cum magna ignis expreſſione diſtillatũ eſſe. Secundæ verò intentionis diſtillationis diſpoſitio, quæ per aquam fit, eſt ſimilis huic in vaſe & alẽbico. Differt tamẽ ab ea in hoc, quòd in hac ſumitur olla

ferrea vel ænea, & coaptatur ad furnum, vt dictum est. Postea super fundum illius ollæ stratum de straminibus, vel lana, vel re consimili cõstruatur, ad spissitudinem trium digitorum, ne cucurbita frangatur, & eisdem graminibus, vel rebus consimilibus cooperiatur in circuitu cucurbita, vsq; prope collum alẽbici, & super ipsa sarmenta virgę subtilis superspargantur, & super virgas ponantur lapides põderosi, qui suo pondere cucurbitam, & alembicum, & ipsa sarmenta deprimant, & depressa firmiter & stabiliter teneãt super ollæ fundum, ne natent leuata per ipsam aquam, & sit leuatio hæc causa fracturæ vasis, & distillandæ rei perditio. Postea verò super sarmenta fundatur aqua vsq; ad ollæ plenitudinẽ, & supponatur ignis, quousq; distilletur totũ. Dispositio verò eius quæ per descensum fit, est, vt fiat descensorium vitreum cum coopertorio eius, & lutetur vtrunq;, & intromittatur, quod sic distillare quis intẽdit. Et fiat super caput illius ignis: descendet enim distillatio eius. Dispositio verò eius quæ per filtrum fit, est, vt ponatur liquor distillandus in concham lapideam, & filtri bene abluti & madidi. ponatur pars latior in dictum liquorem vsque ad fundum conchæ. Pendeat verò exilior pars eius ab orificio conchæ extra. Et sub capite illius filtri ponatur vas recipiens distillationem.

Cùm

Cùm ergo distillare ipsum filtrum incipiet, primò aqua distillabit, qua madidum fuit. qua cessante, succedit illi liquor distillandus. Qui si nondum serenus fuerit, totiens ad conchamreuertatur, quousque sereniſsimus distilletur. Hæc autem, quia facilia sunt omnia, magna probatione non indigent, ideoque eorum probationem siluimus. Descriptio verò omnium vasorum distillationis cuiuslibet, à nobis nunc traditæ, est hęc.

Secundus distillationis modus

Primus distillationis modus



Quartus distillationis modus.

Tertius distillationis modus.

De Calcinatione, tam corporum, quàm ſpirituum, cum cauſis & modis ſuis.

Caput LI.

POST igitur diſtillationis narrationé, ſermonem noſtrum tradamus de calcinatione. Eſt ergo calcinatio, rei per ignem puluerizatio, per priuationem humiditatis partes conſolidantis. Cauſa inuen.



tionis eius eſt, vt ſulphureitas aduſtiua corrumpens & defœdans, per ignem deleatur. Diuerſificatur verò ſecundum diuerſitatem rerum

rerum calcinandarum. Calcinantur igitur corpora, & calcinantur ſpiritus, & res aliæ extraneę à natura horum, diuerſa tamen intentione. Quia igitur ſunt corpora imperfecta, duorum ſcilicet generum, dura videlicet vt Venus & Mars, mollia verò vt Iuppiter & Saturnus, quæ omnia calcinantur, neceſſe fuit illa diuerſa intentione calcinari, generali ſcilicet, & ſpeciali. Generali attamen vna intentione calcinantur. Et eſt, vt ſulphureitas illa corrumpens & defœdans deleatur per ignem. Sic enim comburitur omnis ex quacunq; re ſulphureitas aduſtiua, quę ſine calcinatione deleri nõ poteſt. Quoniam ipſum corpus ſolidum eſt, & propter ſoliditatẽ & latitationem occultatæ ſulphureitatis in continuitate ſubſtantiæ argenti viui defenditur per illud ab aduſtione. Ideoq; neceſſe fuit continuitatem eius ſeparare, vt ignis liberius ad quamcũq; minimam eius partem perueniens ſulphureitatem ex eo combũrere poſsit, & non defẽdat ipſum continuitas argenti viui in illo. Et eſt communis intentio ſimiliter in illa depuratio terreitatis. Inuentum eſt enim, quòd corpora per reiterationem calcinationis & reductionis mundantur, vt monſtrabimus in ſequentibus. Specialis verò calcinatio corporum mollium eſt, vt cum his duabus intentionibus ſit: intentio per eam illa indurare

& ignire. ad quod peruenitur cum ingenio-
sa reiteratione calcinationis ſuper illa: de
qua in ſequenti traditione determinare nos
expedit. Inuenimus enim per id ingenium
manifeſtè ipſa indurari. Sed manifeſtius &
citius Iupiter induratur. Cauſa verò inuen-
tionis calcionationis ſpirituũ eſt, vt ipſi me-
lius figantur, & facilius ſoluantur in aquam.
Quoniam omne calcinati genus fixius eſt,
quàm non calcinati, & facilioris ſolutionis:
quia partes calcinati magis ſubtiliatæ per i-
gnem facilius cum aquis commiſcentur, &
in aquam conuertuntur. Et hoc ſi expertus
fueris, ſic inuenies ſe habere. Calcinatio ve-
rò aliarum rerum facit ad exigentiam prę pa
tionis ſpirituũ & corporum: de qua latius à
nobis determinabitur in ſequentibus. Non
autem eſt de perfectione harum aliquid ta-
lium. Modus igitur ipſius calcinationis eſt
diuerſus, propter diuerſitatem calcinando-
rum. Calcinãtur enim corpora aliter, quàm
ſpiritus vel aliæ res. Et corpora à ſe inuicem
diuerſa, ſimiliter diuerſimodè calcinantur.
Corpora enim mollia vnũ modum habẽt ge
neralem ad calcinationis intentionem, ſcil.
quòd ambo per ſolũ poſſunt calcinari ignẽ,
& per ſalis acuitatem, præparati vel non prę
parati ambo ſimil ter. Primus igitur modus
per ignem ſolũ ſic perficitur, vt ſumatur vas
ferreũ, vel terreum ad ſimilitudinẽ parapſi-
dis for-

dis formatum, cuius ſtructura ſit firma, & co aptetur ad furnum calcinationis horum, taliter, quòd ſub ipſo poſsint carbones proijci & ſuſſlari. Proijciatur verò in fundum vaſis illius plumbum vel ſtannum, quod ſuper tri podem ferreum, vel tres lapideas columnas ſedeat firmiter, & ad furni ſui parietes ſimiliter firmetur, quatuor vel tribus lapidibus coartantibus illud ad eos, ne vas moueri poſsit. Furni verò figura eadem ſit cum forma furni magnæ ignitionis, de quo narratum eſt iam, & narrabitur ſimiliter ſermone completiori. Accendatur igitur in illo furno ignis ſub vaſe calcinationis, ad ipſius calcinandi corporis fuſionem potens. Et cum ipſum corpus cutem nigram ſuper ſe creauerit ignis calore, ſubtrahatur illa ab eo cum pala ferrea vel lapideâ, quæ ſe non permittit comburi ad infectionem calcis. Hæc autem exſcoriatio tam diu continuetur, quouſque ipſum corpus in puluerem conuertatur. Quòd ſi Saturnus fuerit, ad maiorem ponatur ignem, quouſque in citriniſsimum mutetur colorem calx eius. Si verò Iuppiter ſimiliter exponatur, & dimittatur, quouſque in albedinem mutetur completam. In hoc tamen ſollicitum reddimus artificem, quòd Saturnus de facili à calce ſua redit ad corpus. Iupiter verò difficilimè. Ideoque ne contingat illum errare in

expoſitione Saturni, poſt primam eius pul-
ueriſationem, ad maiorem ignem, ne illius
calx prius redeat in corpus, quàm perficia-
tur: quoniam temperantia ignis indiget, &
ſucceſsione augmenti illius paulatim, cum
cautela, quouſque in calce firmetur ſua, ne
de facili redeat in corpus, vt poſsit illi ma-
ior ignis adminiſtrari, ad ſuæ calcis perfe-
ctionem. Similiter ne contingat errare in
Ioue, propter difficilem eius reductionem,
vt ſi quando poſuerit in reductionẽ calcem
eius, eueniat ei, quòd non reducat, ſed inue-
niat eam prioris diſpoſitionis, aut in vitrum
redactam, & æſtimet reductionem eius im-
poſsibibilem. Dicimus enim, quòd ſi in Io-
uis reductione magnum non adhibuerit i-
gnem, nõ reducet. Si verò magnum, non ne-
ceſſariò illum reducere contingit, ſed poſsi-
bile eſt illum in vitrificationem reducere.
Et illud ideo, quia Iupiter in profundo ſuæ
naturę argenti viui fugitiuã incluſam habet
ſubſtantiam. Quæ ſi longam in igne traxerit
moram, fugiet, & corpus priuatũ humidita-
te relinquet, ita vt potius aptum ad vitrifica
tionẽ, quàm ad corporis metallici fuſionem
cõuerti reperiatur. Omne enim propria pri
uatum humiditate, nullam niſi vitrificatoriã
dat fuſionem. Ideoq; neceſſariò relinquitur,
vt cũ ignis impetu maximè veloci, reducere
celeriter feſtinet, aliter enim nõ reducitur.

Ex-

Exerceatur ergo ad illud,& ſciet. Modus verò calcinationis horũ duorum corporum,q̃ à ſalis acuitate perficitur, eſt,vt proiiciatur ſuper faciẽ illorũ ſalis quantitas,poſt quantitatẽ ſæpiſsimè in fuſione ſua:& permiſceantur agitatione multa per baculũ ferreum ſuper ignẽ,quouſq; per ſalis mixtionẽ in cinerem vertantur.Et poſtea per eundẽ modum perfectionis perficiatur illorũ calx cum ſuis conſiderationibus. Sed in hoc eſt etiã differentia in horũ duorum corporũ calcinatione: quia plumbũ ex primis calcinationis laborib.adpuluerem conuertitur facilius q̃ Iupiter:non tamẽ perficitur illius calx facilius quã Iouis. Dependet aũt huius cauſa ex eo, quòd Saturnus humiditatẽ magis fixam habeat quàm Iupiter: Veneris verò & Martis eſt idẽ modus: diuerſus tamen à primis,& illud propter liquefactionis eorum difficultatẽ. Et eſt,vt laminati ponantur ad fortem ignitionẽ,de cuius intentione non ſit fundere. Propter multã enim terreitatis eorũ in illis quantitatẽ, & multam ſulphureitatis aduſtiuæ & fugientis menſurã,de facili per hũc modum adducuntur in calcem. Et illud ideò, quia ex multa terreitate argẽti viui ſubſtantiæ intermixta, turbatur argenti viui debita cõtinuatio. Et ideo poroſitas in eis cauſatur, per quam & ſulphureitas tranſiens euolare poteſt, & ignis ex cauſa illa ad eá ac-

cedens, comburere, & eam eleuare poteſt. Per hoc igitur relinquitur, & partes rariores fieri, & in cinerem per diſcontinuationē raritatis conuerti. Manifeſta igitur experientia huius eſt, quia expoſita ad ignitionem lamina Veneris, flammam dabit ſulphuream, & ſquamam in ſuperficie ſua cauſabit pulueriſabilem. Et illud ideo, quia ex propinquioribus partib. neceſſe eſt facilioremſulphuris combuſtionem fieri. Modus verò furni calcinationis huius, eſt idem eum modo furni diſtillationis, niſi quòd foramē ſolummodo vnum magnum debet ſuper caput ſuum habere: vnde à fumoſitatib. ſe liberè abſoluat. Et ſitus calcinādorum in medio furni ſit, vt in circuitu liberè ignē ſuſcipiant. Vas verò eius ſit terreū, ad formam parapſidis factum.

Modus autem calcinationis ſpirituū eſt, vt eis ad fixionem approximantibus, adminiſtretur ignis, ſucceſsiuè & paulatim illum augendo, ne fugiāt, quouſq; maximum eos tollerare ignem contingat. Et vas eorum ſit rotūndum, vndiq; clauſum, & furnus idem cum nouiſsimè dicto.

Cum conſimili autem furno, & conſimili vaſe, omnis ſimiliter res calcinatur. Excuſamur tamen à maiori labore, quàm qui adhibetur in cuſtodia fugæ. Quoniam alia res non fugit niſi ſpiritus, & quòd ſpirituūm naturæ approximat.

De

Descriptio verò omnium, quæ narrata sunt nouissimè est hæc.



De *Solutione*.
Cap. LII.

DE Solutione sermo noster ampliatus innuit, solutionem rei siccæ in aquam esse redactionẽ. Dicimus igitur, quòd omnis solutionis perfectio adducitur cum aquis subtilibus, & maximè acutis, & acrib. & ponticibus, fæcem nullam habentibus,

ſicut eſt acetum diſtillatum, & vua acerba, et pira multæ acritudinis, & mala granata ſimiliter diſtillata, & his ſimilia. Fuit autem cauſa inuentionis eius ſubtiliatio eorũ, quæ nec fuſionem, nec ingreſsionem habent. de quibus magna vtilitas amittebatur ſpirituũ fixorum, & eorũ, quæ ipſorum naturæ ſunt. Nam omne quod ſoluitur, neceſſe eſt ſalis, aut aluminis, vel eorum conſimilium naturam habere. Eſt autem natura eorum, quòd fuſionem dant, ante illorum vitrificationem: ergo & ſpiritus ſoluti fuſionem præſtabunt ſimiliter ſimilem. Cùm ergo multum ex natuta lua corporibus & ſibi inuicẽ conueniant, habita fuſione, neceſſe eſt per illam corpora penetrare, & penetrando tranſmutare. Ad hoc verò vt penetrent & tranſmutent, ſine magiſterio non peruenitur, quod eſt ſcilicet, vt poſt ſolutionem & coagulationem illius adminiſtretur illi aliquis ex ſpiritibus purificatus, non fixus. Et totiens ab illo ſublimetur, quouſq; ſecum maneat, & illi velociorem præſtet fuſionem, & ipſum in fuſione à vitrificatione conſeruet. De natura enim ſpirituũ eſt non vitrificari, & à vitrificatione commixtum ſaluare, donec in eo fuerint. Spiritus ergo qui magis naturam ſeruauit ſpiritus, magis à vitrificatione defendet. Magis autem ſeruauit ſpiritus, ſolummodo purificatus, quàm purificatus, fixus,

calci-

calcinatus, atque ſolutus. ideo neceſſe eſt talem illi admiſceri. Reſultat enim ex his bona fuſio, & ingreſsio, & fixio ſtans. Ex operibus autem naturę probare poſſumus, ſola ſalium & aluminum, & ſimilium naturam ſeruantia, ſolubilia eſſe. Non enim in operibus illius omnibus conſiderantes, inuenimus alia ſolui, præter illa. Igitur quæcunque ſoluuntur, neceſſe eſt per illorum naturam ſolui. Sed quia videmus omnia verè calcinata ſolui per reiterationem calcinationis & ſolutionis, ideóque probamus per illud, omnia calcinata ad ſalium vel aluminum naturam approximare, ideo ſeſe in proprietatibus neceſſe eſt cõcomitari. Modus verò ſolutionis duplex eſt, ſcilicet per fimum calidum, & per feruentem aquam: quorum eſt vna intentio, & vnus effectus. Modus ergo per fimum eſt, vt ponatur calcinatũ in ampullam vitream, & ſuper illud fundatur quantitas aceti diſtillati, vel conſimilis, duplum eius, & obturetur caput ipſius bene ne reſpiret, & ſub fimo tepido ſolui dimittatur, & poſtea per diſtillationem filtri ſolutum remoueatur. Non ſolutum verò iteratò calcinetur, & poſt calcinationem iteratò ſimiliter ſoluatur, donec per reiterationem operis ſuper illud totũ ſoluatur. Modus verò qui per bullientem aquam fit, velocior eſt. Et eſt vt calcinatum in ampullam ſimiliter ordinetur cum aceto, obturato fora-

mine,ne reſpiret.quę in caldario pleno aqua & ſtramine ſepeliatur, vt in diſtillationis mo do per aquam præceptum attulimus per or. dinem. & poſtea ſuccendatur ſub ea ignis, donec aqua per horam ferueat. Poſt hoc ve. rò ſolutũ diſtilletur,& ſeorſum ſeruetur. Nõ ſolutum verò iteratò calcinetur,&iteratò eo dem ordine ſoluatur, donec per reiteratio. nem totum ſoluatur.

Deſcriptio verò eius, quod nunc dictum eſt,hæc eſt:



De

De coagulatione, & eius cauſis, deq; diuerſis modis coagulandi Mercurij, & medicinarum ſolutarum. Cap. LIII.

COagulatio verò eſt rei liquoroſæ ad ſolidam ſubſtãtiam per humidi priuationem reductio. Eſt autem duplex cauſa inuentionis illius. Vna ſcilicet argenti viui induratio. Altera verò inuentionis cauſa eſt, medicinarũ ſolutarũ ab aqueitate illis admixta abſolutio. Diuerſificatur ergo ſecundum ipſorum coagulandorum multiplicitatem. Alia enim argentum viuum coagulatione indiget, alia verò ſolutæ medicinæ. Eſt tamen ipſius argenti viui duplex coagulatio. Vna quidem per ablationem totius ab illo humidi innati. Alia verò per inſpiſſationem ipſius humidi, quouſque induretur. Congelare attamen illud difficillimè atque laborioſè accidet, cum profunditate perſpicacis induſtrię, & nos narrabimus omne ingeniũm coagulãtionis illius. Ingenium verò coagulationis illius cogitauerunt quidam fore per conſeruationem illius in ignis temperamento. Qui cum illud putaſſent ſe coagulaſſe, poſt remotionem eius ab igne, inuenerunt illud fluere ſicut prius. Per hoc igitur in ſtuporẽ & in admirationem adducti ſunt, vehementer arguentes, ad hoc perueniri non poſſe. Alij verò, neceſſariò ex principijs naturalibus ſuppo-

nentes, humidum quodlibet ab ignis calore in ſiccitatem cõuerti, conati ſunt cum perſeuerantiæ inſtantia continuare illius conſeruationem in igne,& per hanc continuationẽ ad hoc deuenerũt, vt ex eis aliqui in album, aliqui verò in rubeum cõuerterint lapidem, aliqui verò in citrinum, cui nõ fuit fuſio nec ingreſsio. Et harum diuerſitatum cauſam nõ potuerunt æſtimare, ideoque illud abiecerunt. Alij verò cum medicinis illud coagulare conati ſunt,& ad hoc non peruenerũt: ſed accidit eis illuſio, aut quia non coagulauerunt, aut quia inſenſibiliter extenuatum eſt, aut coagulatio eorum non fuit in forma alicuius corporis, & horũ diuerſitatis cauſam ignorauerunt. Alij medicinas artificioſas cõponẽtes, illud in proiectione coagulauerũt: ſed eorum non fuit coagulatio vtilis, quoniam ad imperfectum corpus illud conuerterunt, & cauſam huius ſimiliter videre non potuerunt. Horum igitur nos narrare cauſas expedit, vt ad coagulationis illius magiſterium artifex perueniat. Vt autem iam à nobis ſufficienter narratũ eſt, vniformis eſt ſubſtantia argenti viui: Quare non eſt poſsibile in breui ſpacio temporis per conſeruationẽ illius in igne, aqueitatem remouere illius. Nimia igitur feſtinatio, cauſa fuit primi erroris: cum verò ſubtilis ſit ſubſtantiæ, ab igne recedit. Ignis igitur exceſſus, eſt cauſa erroris illo-

illorum, à quibus fugit. Commiſcetur cum ſulphure, arſenico, & marchaſita de facili, propter communitatem in natura ſua. Ideoque per illa apparet coagulatum nõ in forma corporis, ſed argenti viui cum plũbo mixti. Non enim hæc cum fugitiua ſint, poſſunt illud in ignis pugna tenere, quouſq; ad corporis naturam perueniat. Sed fugiunt cum eo per ignis incuſsionem, & ideo illud eſt cauſa erroris eorum, qui ſic coagulant. Habet ſimiliter argentum viuum humiditatem multam ſibi vnitam, quam ab illo ſeparari non eſt poſsibile, niſi per ignis cautam violentiam, per conſeruationẽ eius in ſuo igne. Et eſt ſuus ignis, quem illi augmentando, ſecundum exigentiam ſuæ tolerantiæ illius humiditatem tollunt, non relicta ſibi parte ad fuſionem metallicam ſufficiente, qua remota non funditur. Et hæc eſt cauſa erroris illorum, qui in lapidem illud coagulant non fuſibilem. Habet ſimiliter partes ſulphuris naturaliter ſibi admixtas, quoddam tamen plus, quoddam verò minus, quod remouere per artificium cõtingit eſſe poſsibile. Cum igitur ſit ſulphuris proprietas, cum argento viuo rubeum vel citrinum colorem (ſecundum menſuram ſuæ quantitatis) creare, eius ablatione proprietas argẽti viui erit, albedinem dare per ignẽ. Hęc igitur eſt cauſa varietatis colorum illius poſt coagulationem eius in lapidem. Habet

ſimiliter terreitatem ſulphuris admixtã, quã quidem infici omnes ſuas coagulationes ne ceſſe eſt. Et hæc eſt cauſa erroris illorum, qui illud in corpus imperfectum coagulát. Ex di uerſitate igitur medicinarum illius coagulationis accidit, diuerſa in coagulatione illius creari corpora, & ex diuerſitate illius ſimili. ter quod coagulandũ eſt. Nam ſi medicina, vel illud, habuerint ſulphur non fixũ, neceſſe eſt corpus molle ex illo creari. Si verò fixũ, neceſſe eſt durũ. Et ſi album, albũ. S verò rubeum, rubeum. Et ſi remiſſum ab albo vel rubeo, remiſſum ſimiliter neceſſe eſt fieri. Et ſi terreũ, imperfectũ. Si verò non, nõ. Et omne ſimiliter non fixum, liuidum creat, fixum verò non, quantum in illo eſt. Pura verò illius ſubſtantia purum creat corpus, non pura verò è contra. Accidit autem & ſimiliter in ſolo argento viuo, abſq; ſulphuris commixtione, diuerſitas eadem propter diuerſitatem mundationis, & præparationis illius in medicinis. Ideoque contingit ex parte medicinæ diuerſitatis illuſio, vt quandoq; in coagulatione illius plumbum, quandoq; verò Iupiter, quandoq; autem Venus, & quandoq; Mars fiat, quod propter impuritatem accidit. Quãdoque verò Sol, quandoque Luna, quod ex puritate venire neceſſe eſt, & conſideratione colorũ. Coagulatur igitur ex frequenti illius præcipitatione cum violentia ad ignis aſperi

tatem

tátem. Aſperitas enim ignis aqueitatẽ illius de facili remouet. Hoc enim fit per vas, cuius figura ſit multę longitudinis, in quo inueniat locũ refrigerij, adhęrẽtię, & quietis in eius ſpondilibus, propter ſuam longitudinem, & non fugæ viam, quouſque iterata vice ad illius fundum præcipitetur multa caliditate ignitionis, cum reiteratione multa, quouſq; fiat fixum. Coagulatur ſimiliter ex diuturna retentione in ſuo igne, in vaſe vitreo, cuius collum ſit multæ longitudinis, & in ventre figuram ampullæ habeat, cum continua colli eius apertione, vt per illam poſsit humiditas eius euaneſcere. Coagulatur verò per medicinam illi conuenientem. Et nos illam tibi narrabimus in ſequentibus apertius. Hic verò ſimiliter, vt intentionem noſtram ſuper illo narremus completam, ſecundum quod per noſtrum inuenimus experimentum. Et eſt medicina illius, quæ maximè illi in profundo eius adhæret, & ei per minima commiſcetur ante illius fugam. Ex rebus ergo ei conuenientibus, neceſſe eſt illam colligere. Sunt autẽ huiuſmodi corpora omnia, & ſulphur, & arſenicũ. Sed quia non videmus corporum aliquod in natura ſua illud coagulare, ſed ab eis ipſum fugere, quantũcunq; fuerint ſuę conueniẽtiæ, ideoq; cõſiderauimus, nullum corpus illi in profundo adhærere. Subtilioris ergo ſubſtantię, & liquidioris fu-

sionis neceſſe eſt medicinã illam eſſe, quàm ipſa corpora. Ex ſpiritibus etiam non videmus, illis in natura ſua manentibus, firmam & ſtabilem coagulationem fieri illius, ſed fugitiuam, & multæ infectionis. Quod quidem contingit, alterum propter ſpirituum fugam, alterum verò ex terreæ, & aduſtibilis ſubſtantiæ illorum commixtione. Ideoq; ex hoc manifeſtè relinquitur, ex quacunque re medicina illius eliciatur, ipſam neceſſariò debere eſſe ſubtiliſsimę, & puriſsimæ ſubſtãtiæ, illi adhærentis ex natura ſua, & facillimę liquefactionis, & tenuiſsimæ ad modum aquæ, & fixæ ſuper ignis pugnam. Hæc enim ipſum coagulabit, & in naturam ſolarem vel lunarem conuertet. Modos ingeniorum medicinę tibi dedimus, ád quam per illos peruenire potes, & ipſam ſermone ſibi proprio determinauimus. Sollicitè igitur ad illam exerciteris, & eam inuenies. Sed vt nos non increpare poſsis ex eius inſufficiẽtia, dicimus, quòd ex ipſis corporibus metallicis cum ſuo ſulphure vel arſenico præparatis, hæc medicina elicitur, ſimiliter ex ſolo ſulphure, vel arſenico præparatis, & ex ſolis ſimiliter corporibus elici poteſt. Ex ſolo verò viuo argento facilius, & propinquius, & perfectius inuenitur. Quoniam natura propriam naturam amplectitur amicabilius, & ea gaudet magis, q̃ extranea. Et eſt in ipſo facilitas extractionis

illius

illius ſubſtantiæ ſubtilis, cùm iam in actu ſubtilem habeat ſubſtantiam. Modi verò inuentionis huius medicinæ ſunt per ſublimationem, vt à nobis narratum eſt ſufficienter. Modus verò fixionis illius in capitulo ſuo ſimiliter narratus eſt. Coagulationis verò ſolutorum modus eſt, per ampullam in cineribus vſque ad collum cum temperato igne, quouſque aqueitas euaneſcat. Deſcriptio verò longorum vaſorum, & eorum in quibus fit omnis coagulatio hæc eſt.



De Fixione, & cauſis eius, deq; diuerſis modis figendi corpora, & ſpiritus.

Cap. LIIII.

FIxio verò, eſt rei fugientis ab igne conueniens ad tolerantiam eiuſdem adaptatio. Cauſa verò inuentionis ipſius fixionis eſt, vt omnis tinctura, omnisque alterario perpetuetur in alterato, & non mutetur. Diuerſificatur verò & ipſa ſecundum rerum figendarum multiplicitatem, quæ ſunt videlicet corpora quædam à perfectione diminu



ta

ta. Sicut Saturnus, Iupiter, Mars, & Venus. Et ſecundum diuerſitatem ipſorum ſpirituum, qui ſunt ſcilicet ſulphur & arſenicum, in gradu vno, & argentum viuum in alio: in tertio verò marchaſita, magneſia, & tutia, & horum ſimilia. Figuntur igitur corpora hæc à perfectione diminuta per ſuam calcinationem, eo quòd abſoluuntur per eam à ſulphureitate volatiua & corrumpente. Et hanc ſufficienter in ſua narrauimus oratione, ſcilicet in capitulo calcinationis. Figuntur verò ſulphur & arſenicum duobus modis, ſcilicet per reiterationem ſublimationis ſuper illa, in vaſe aludele, quouſque ſtent. Eſt igitur ex hoc intentio feſtinationis fixionis illorum, vt ingenieris ad inuentionem reiterationis multiplicis ſublimationis in breui tempore, quod per duo fit aludela, cum duplicibus ſuis cooperculis, hoc ordine ſcilicet, vt nunquam ab actu ſublimationis deſiſtas, donec fixa fuerint. Proijciantur ergo cum in vno aſcenderunt, in aliud aludel, & ſic alternata vice fiat. Et nunquam ocioſa permittantur aludelis ſpondilibus adhærere, quin in cõtinua ſint ignis eleuatione, quouſque ceſſet illorum eleuatio. Quantocunque enim in breuiori tempore poteris multiplices ſublimationis reiteratiões multiplicare, tantò celerius & melius continget ipſius fixionis tẽpus abbreuiare. Ideoq; fuit ſecun-

dus fixionis modus inuentus, qui est per ipsius sublimandi præcipitationem, ad calorem, vt continuo in illo sit, donec figatur. Et



hoc fit per longum vas vitreum, cuius fundus sit terreus, & non vitreus (quia scinderetur in partes) illi artificialiter cum clausura bona connexus, & per spatulam ferream, vel lapideam, cum ad spondilia eius adhæserit, deijciatur ad ima caloris continuè, per alter-

alternas vices, quousque figatur. Fixionis verò modus argenti viui, est idem cum modo fixionis sulphuris & arsenici, & non diuersificantur inter se, nisi in hoc, quòd non possunt sulphur & arsenicum figi, nisi prius eorum partes inflammabiles tenuissimæ, subtili diuisionis artificio ab eis separentur, per hunc vltimum fixionis modum. Argentum verò viuum hanc considerationem non habet, & ad hoc similiter temperatiori calore, quàm argentum viuum indigent in hoc modo. Similiter diuersificantur, quia in lon-



giori figuntur tempore, quàm argentum viuum. In eo similiter, quoniam altius eleuantur propter suam tarditatem, quàm argentũ viuum. Ideoque longiori vase indigẽt quàm

argentum viuum ad ſuam fixionem. Fixio verò marcheſitæ, magneſiæ, & tutiæ eſt, vt cum poſt primam illorum ſublimationem acquiſiuerimus quod ex eis volumus, abiectis illorum fecibus, reiteremus ſuper ea ſublimationem, totiens conuertendo, quod ſuperius aſcendit ad id quod inferius remanſit, ex vnoquoque illorum, quouſque figantur.

Horum verò deſcriptio vaſorum iam tradita eſt.



De ceratione. Cap. LV.

CEratio, est duræ rei non fusibilis mollificatio ad liquefactionem. Ex hoc igitur manifestum est, quòd causa inuentionis huius fuit, vt quod ingressionem ex priuatione suæ liquefactionis non habebat in corpus ad alterationem, mollificaretur vt flueret, & ingressionem haberet. Ideo putauerunt aliqui, cerationem debere de oleis liquidis & aquis fieri. Sed erroneum est illud, & à principijs huius magisterij naturalis semotum penitus, & ex manifestis naturæ operibus reprobatum. Naturam enim non videmus in ipsis corporibus metallicis humiditatem citò terminabilem, imò diu durabilem, ad illorum fusionis & mollificationis necessitatem posuisse. Si enim talem illis posuisset, relinqueretur necessariò, vt citissimè scilicet ignitione vna, corpora totaliter humiditate priuari contingeret. Quare ex illo sequeretur, post vnam ignitionem corpus quodlibet nec malleari, nec fundi posse. Quamobrem imitantes naturæ opera inquantum possumus, necesse est nos modum naturæ in cerando sequi Cerat autem ipsa in radice cerationis fusibilium humiditate, quæ super omnes est humiditates, expectans ignis calorem. Igitur etiam nos consimili cerare humiditate necessariò expedit. In nullis autem rebus melius & possibilius, & propinquius hæc humi

ditas ceratiua inuenitur, quàm in his, videlicet sulphure & arsenico propinquè, propinquius autem & melius in argento viuo. Horum igitur humiditatem non videmus terrã illorum relinquere, propter fortem vnionem, quam in opere mixtionis naturæ habuerunt. In omnibus autem rebus alijs humiditatem habentibus, experimento inuenies, eam in resolutione à terrea sua substantia separari, & post illius separationem omni humiditate priuari. In spiritibus autem prædictis hoc nomine contingit. Ideoque non est aliud, per quod ab illorum incerando acceptione excusari possimus. Modus ergo cerationis est per illos, vt totiens super rem cerandam multiplicetur eorũ sublimatio, quousque in illa cum humiditate sua manentes, fusionem bonam præstent. Hoc autem non fiet ante illorum perfectam mundationem, ab omni re corrumpente. Sed mihi melius videtur, vt eorum olea prius figantur, per oleum tartari, & cum illis fiat omnis ceratio competens, & necessaria ad hanc artem.

Finis libri primi Summæ perfectionis Gebri Περὶ χημείας.

SVM-

SVMMAE PER-
FECTIONIS GEBRI
ΠΕΡΙ ΧΗΜΕΙΑΣ
Liber Secundus.

Præfatio, diuidens hunc Secundum librum in tres partes.

PRINcipiorum itaque huius magisterij discussione tradita, necesse est ex promissione nostra intentum huius artis complete prosequi, sermone illi conueniente. Et est scilicet consideratio omnis rei, per quam perfectio huius operis apertius ostendatur. Et cõsideratio necessitatis perfectionis medicinæ, scilicet vt discutiatur, ex qua re melius, vel propinquius eliciatur illa, ad omnem imperfecti perfectionem. Et consideratio similiter artificiorum, per quæ cognoscamus, an perfectio sit completa. His tribus itaque traditis, & tota erit perfectionis tradita cognitio, secundum nostræ artis indigentiam.

PRIMA PARS HV-IVS SECVNDI LIBRI,

De cognitione rerum, ex qua perfectionis possibilitas, & modus deprehendi potest.

Quòd cognitio perfectionis huius artis, à cognitione naturæ spirituum, & corporum dependeat, & quòd de vtrisque copiosè velit tradere.

Cap. I.

COgnoscere verò non est possibile trãsmutationes corporum, vel ipsius argenti viui, nisi super mentem artificis deueniat vera cognitio illorum naturæ, secundũ suas radices. Prius igitur corporum principia notificabimus, quid scilicet sint secundum causas suas, & quid boni, vel mali in se contineant. Postea verò ipsorum omnium corporum naturas cum suis proprietatibus monstrabimus, quæ videlicet sint causæ corruptionis illorum cum suis experientijs comprobantes.

De natura sulphuris & arsenici.

Cap. II.

ERgo in primis spirituum naturam, qui ipsorum corporum sunt principia, afferentes, quæ sunt videlicet sulphur, & eius

ius compar,& argentum viuum. Dicimus, quòd ſulphur & arſenicum pinguedo ſunt terrę,vt à nobis narratum eſt. Cuius experientiam & manifeſtam probationem elicias per illius facilem inflammationẽ, & facilem eius liquefactionẽ per calidum. Non enim inflammatur,niſi quod oleaginum eſt,nec liquefcit per calidum facilè, niſi quòd illius naturam habet. Sulphur itaq;, & illius compar, cauſam corruptionis habent inflammabilem ſubſtantiam,& terream fæculentiam. Cauſam verò perficientem habentmediam, inter hanc videlicet & illam. Eſt igitur cauſa corruptionis in illo terreitas, per hoc,quòd neq; fuſionem, neq; ingreſsionem habet. Et ſimiliter inflammabilis ſubſtantia,quia neq; ſtat,neq; ſtare facit, & quòd nigredinem ex omni genere eius præſtat. Cauſa igitur perfectionis in illis eſt mediocris illarum ſubſtantia, quia per illius terreitatem non turbatur ab ingreſsione,quæ per fuſionem bonam perficitur. Et per illius ſubtilitatem nõ remouetur eius impreſsio de facili propter fugam. Non eſt autem mediocris illorũ ſubſtantia perfectionis cauſa corporũ,vel argenti viui,niſi figatur. Quæ cùm non fixa ſit, licet eius impreſsio nõ remoueatur de facili, nõ tamen ſtabiliter perpetuatur. Exhis itaq; elicitur illius mediocrẽ ſubſtantiam artificem diuidere neceſſe eſſe. Diuidere autem

putauerunt quidam impoſsibile eſſe propter fortem illius mixtionem. Et illi quidem ſuis operibus manifeſtis aduerſi ſunt: nam ipſum ſulphur calcinauerunt, licet non multum, quòd nullam fuſionem nec inflammationem dedit: ſed illud per diuiſionem neceſſe eſt eueniſſe, quia ſulphur in ſua naturali commixtione permanens., neceſſe eſt inflammari & comburi. Ergo per diuiſionem diuerſarum ſubſtantiarum in illo, relinquitur, partem in ipſo magis inflammabilem, à partibus non inflammabilibus ſeorſum in artificio ſeparari: nam ſi poſsibile eſt, per calcinationem ad remotionem omnium inflammabilium partium in illo peruenirí. neceſſe eſt ex eorum naturalibus operibus, eos confiteri, ad omnem partium diuiſionem poſſe peruenirí. Sed quia hoc dependet ex ſubtiliſsimo artificio, cogitauerunt fore impoſsibile. Patet itaque ex præmiſsis in capitulo, quod non eſt ſulphur de veritate noſtræ artis, ſed pars eius. Et nos iam deduximus te in cognitionẽ artificij, per quod ad illius diuiſionem poſsibile eſt deuenire. In arſenico verò, quia in radice ſuæ mineræ, per actionem naturæ reſolutæ ſunt multæ illius partes inflammabiles, ideo artificium ſeparationis eius eſt facile. Sed ipſum eſt albedinis tinctura, ſulphur verò rubedinis. In ſulphuris igitur diuiſione magnam adhibere

hibere cautelam neceſſe eſt.

De natura Mercurij, ſiue Argenti viui. Caput III.

IN argento viuo ſimiliter neceſſe eſt ſuperflua demere. Habet enim corruptionis cauſas, videlicet terream, & aduſtibilis abſque inflammatione aqueitatis ſubſtantiam. Putauerunt tamen aliqui illud non ſuperfluam habere terram, vel immunditiam. Sed vanum eſt quòd cogitatur ab eiſdem. Videmus enim ipſum multę liuiditatis, & non albedinis. Et ſimiliter per leue artificium videmus ex illo terram nigram & fæculentam emanare, per lauationem videlicet, cuius modum narrabimus. Sed quia duplicem eſt per illud perfectionem elicere, medicinam ſcilicet ex eo facere, & illud perficere: ideoque neceſſe eſt ipſum duplicis mundationis gradu præparare, propterea duæ mundationes Mercurij ſunt neceſſariæ: vna per ſublimationem ad medicinam, & hæc hîc innuitur: alia per lauacrũ ad coagulationem, & illa innuetur. Si enim volumus medicinam ex illo creare, tunc neceſſe eſt eam à fæculentia ſuæ terreitatis mundare per ſublimationẽ, ne in proiectione creet colorem liuidum, & ipſius aqueitatem fugitiuam delere, ne totam medicinam fugitiuam in proiectione faciat, & mediocrem

illius ſubſtantiam ſaluare pro medicina. De cuius eſt proprietate non aduri, & ab aduſtione defendere, & quæ non fugit, & fixum facit. Probamus itaq; perfectiuum eſſe illud manifeſtis experientijs. Nam videmus argentum viuum, argento viuo magis adhærere, & eidem magis amicari: poſt illud verò aurum, & poſt hoc argentum. Ideo ex hoc relinquitur, ipſum eſſe ſuæ naturæ magis. Alia verò corpora videmus non ad illa tantam conformitatem habere, & ideo ipſa veri dicè inuenimus minus de illius natura participare. Et quæcunq; videmus plus ab aduſtione ſaluare, illa conſideramus plus illius naturá poſsidere. Ideoq; relinquitur ipſum argentum viu. eſſe perfectiuum, & aduſtionis ſaluatiuum, quod eſt perfectionis vltimum. Secundus verò mundationis gradus eſt ad ipſius coagulationem. Et eſt vt ſufficiat illi ſolummodo lauatio fuæ terreitatis per vnam diem. Cuius modus hic eſt: Sumatur patella terrea, & in ea mittatur argent. vinum, ſuper quod fundatur aceti fortiſsimi pauca quantitas, vel alterius rei conſimilis, quæ ſufficiat ad cooperiendum illud. Pòſt immittatur ad ignem lentum, ne ferueat, & agitetur cõtinuè cum digitis ſuper fundum patellæ, vt diuidatur argentum viuum in ſimilitudinem ſubtiliſsimi pulueris albi, donec totum acetum euaporauerit, & ipſum

argentum

argentum viuum redeat. Postea verò quod fæculentum & nigrum videris ex illo emanasse, laua & abijce. Et hæc iterata vice multiplica, quousq; videris colorem suæ terreitatis in clarũ, mixtum albo & cœlestino colore perfectè mutari, quod perfectæ lauationis est signũ. Cùm igitur peruenerit ad illud, proijciatur super ipsum medicina suæ coagulationis, & coagulabitur in solificum, & lunificum, secundum quod ipsa præparata extiterit. Et ipsius narrationem in sequentibus ponemus. Ex iam igitur dictis patet similiter argentum viuum non esse perfectiuum in natura sua, sed illud quod ex ipso producitur per artificium nostrum. Et similiter in sulphure & eius compari est inducere. Non ergo in his possibile est naturaliter naturam sequi, sed per nostrum artificium naturale.

De natura marchesitæ, magnesiæ, & tutiæ.

Caput IIII.

DE alijs autem spiritibus naturalem necesse est nos facere traditionem, qui sunt scil. marchesita, magnesia, & tutia, impressionem magnam in corporibus facientes. Et ideo dicamus quid sint cum probationib. suis in hoc capitulo. Dicimus igitur, quòd marchesita duplicem habet in sui creatione substantiam, argenti viui scilicet mortificati, & ad fixionẽ approximantis, &

ſulphuris adurentis. Ipſam autem habere ſulphureitatem comperimus manifeſta experientia. Nam cum ſublimatur, ex illa emanat ſubſtantia ſulphurea manifeſta comburens. Et ſine ſublimatione ſimiliter perpenditur illius ſulphureitas. Nam ſi ponatur ad ignitionem, nō ſuſcipit illam priuſquam inflammatione ſulphuris inflammetur & ardeat. Ipſam verò argenti viui ſubſtantiam manifeſtatur habere ſenſibiliter. Nā albedinē præſtat Veneri meri argenti, quemadmodum & ipſum argentum viu. & colorem in illius ſublimatione cœleſtinum præſtare, & luciditatem manifeſtam metallicam habere videmus, quæ certum reddunt artificem, illam has ſubſtantias continere in radice ſua. Magneſia verò ſulphur plus turbidum, & argentum viuum magis terreum & fæculentum, & ipſum ſulphur ſimiliter magis fixum, & minus inflammabile habere, per eaſdem probare experientias manifeſtè poteris, & ipſam magis naturæ Martis approximare. Tutia verò eſt fumus ipſorum corporum alborū, & hoc manifeſta probatione perpenditur. Nam proiecto fumo mixtionis Iouis & Veneris, adhærente in ſpondilibus fabricæ fabrorum, eandem impreſsionem facit cum ea. Et quòd fumus metallicus non recedit, nec ipſa ſimiliter ſine alicuius corporis admixtione. Ideo cū fumus ipſa ſit alborum cor-

corporum, alba non citrinat corpora, ſed rubea: nam citrinitas non eſt aliud quàm rubei & albi determinata proportio. Ideoq; ipſa propter ſui ſubtilitatem magis ad profũdum corporis penetrat. Et ideo magis alterat quàm ſuum corpus, & magis adhæret in examine pauco artificio, quod iam tibi narratum eſt. Quæcunq; igitur alterantur, per argenti viui virtutem, vel ſulphuris, aut horum ſimilium neceſſe eſt alterari: quoniam hæc ſola communicant in natura ad ipſa corpora.

De *natura ſolis, ſiue auri.*

Cap. V.

DE corporibus nunc, ampliato ſermone eorum intimam narremus eſſentiam. Et primò de Sole, poſtea de Luna: vltimo verò de alijs, ſecundum quod videbitur expedire cum ſuis probationib. quę per experimentum habentur. Eſt igitur Sol creatus ex ſubtiliſsima ſubſtantia argenti viui, & clariſsima fixura, & ex ſubſtantia pauca ſulphuris mundi, & puræ rubedinis, fixi, clari, & à natura ſuà mutati, tingentis illam. Et ideo, quia contingit diuerſitas in coloribus ipſius ſulphuris, neceſſe eſt & auri citrinitatem diuerſitatem habere ſimiliter. Eſt enim quòddam magis, quoddam verò minus in citrinitate intenſum. Quòd autem ſit ex ſubtiliſsima argenti viui ſubſtantia, perpen-

ditur & ipſum; quia argentum viuum de facili illud ſuſcipit. Non enim argent. viuum aliud quàm ſuæ naturæ ſuſcipit. Quòd verò claram & mundã illius ſubſtantiam habuit, per ſplendentem eius fulgorem, & radiantem manifeſtatur, non ſolùm in die, verùm etiã in nocte ſeſe manifeſtantẽ. Quòd verò fixam, & ſine ſulphureitate comburente habeat, patet per omnem operationem illius ad ignem: nam nec minuitur, nec inflammatur. Quòd verò ipſum ſit ſulphur tingens, patet per hoc, quòd admixtum argento viuo, ipſum in colorem transformat rubeum: & quod ſublimatum forti ignitione de corporibus, ita quòd illorũ aſcendat ſubtilitas, cũ ea citrinisſimum creat colorẽ. Patet igitur, quòd cùm pura eius ſubſtãtia purum colorẽ generat, cùm non pura, non purum. Qui verò probationis ſuæ citrinitatis oſtẽſione indiget, ſenſum non habet: quia per viſum percipitur. Subtilisſima igitur argenti viui ſubſtantia ad fixionem deducta, & puritas eiuſdem, & ſubtiliſsima ſulphuris materia fixa, & non adurens, tota ipſius auri materia eſt eſſentialis. Maior verò argenti viui, quàm ſulphuris in illo probatur quãtitas: ideo maiorem argentum viu. habet ingreſsionem in illud. Igitur quæcunq; volueris alterare, ad huius exemplar altera, vt ipſa ad æqualitatem eius perducas. Et modum iam ad illud nos dedimus. Et quia ſubtiles & fixas ha-

buit pattes: ideo potuerunt partes eius multùm densari. Et hæc fuit causa ipsius magni ponderis. Per multã verò operatam à natura decoctionẽ, facta est ex illo paulatiua resolutio, & inspissatio bona, & vltima mixtio, vt cũ ignitione liquescat. Ex præcedentib. igitur patet, quòd multa quantitas argenti viui est causa perfectionis: multa verò sulphuris, causa corruptionis. Et vniformitas in substãtia, quæ per mixtionem fit in decoctione naturali. Diuersitas verò in substantia est causa corruptionis: Et induratio & inspissatio, quę per longam & temperatam perficitur decoctionem, est causa perfectionis; oppositum verò corruptionis. Igitur si ceciderit super ipsum argentum viuum sulphur non debitè, necesse est secundum diuersitatem illius diuersas corruptiones adduci. Potest enim sulphur, quod super illud cadit, fixum, non adustibile esse totum, aut totum adustibile, & fugiens in natura sulphuris: aut fugiens, & non in natura sulphuris, aut partem fugientis, partem verò fixi tenere: sed in parte naturam sulphuris tenere, & in parte verò non: aut totũ mundum, aut medium immundum: aut multæ quantitatis, aut paucæ, superans in commixto: aut paucę quantitatis superatum in illo: aut nec superãs nec superatum: aut albũ, aut rubeum, aut mediocre. Ex his itaq; omnibus diuersitatibus necesse fuit

in natura diuersa creari corpora, & his simi-
lia: quas omnes oportet narrare nos cum
probationibus manifestis.

De *natura* Lunæ, *siue argenti.*

Cap. VI.

IAM ergo patet ex præcedentibus, quòd si ceciderit sulphur mundum, fixum, rubeum, clarum super substantiam argenti viui puram, non superans, imò paucæ quantitatis, & superatũ, creatur ex hoc aurum purum. Si verò fuerit sulphur mundũ, fixum, album, clarum, quod ceciderit super substantiam argenti viui, fit argentum purum, si in quantitate non superet: diminuam tamen habet puritatẽ ab auri puritate, & spissitudinem grossiorem, quàm aurũ. Cuius signum est, quòd non densantur partes eius, in tantum, vt auro compõderet, nec ita fixam substantiam habet, vt illud. Signum est diminutio eius per ignem, & sulphur eius, quod nõ est fixum, nec incombustibile, causa est illius. Et quòd sulphur in illo huius sit dispositionis, per illius paululam inflammationem probatur. Idem aurum fixum & non fixum ad aliud quidem, & ad aliud relatum esse, impossibile non est autumandum. Lunæ enim sulphureitas ad auri sulphureitatem relata, non fixa, & cõburens est. Ad aliorum verò sulphur corporum fixa, & non comburens.

De

De natura Martis siue ferri. Item de effectibus, sulphuris & Mercurij, deq; causis corruptionis & perfectionis.

Cap. VII.

SI verò fuerit sulphur fixum terreum, argento viuo fixo terreo commixtum, & hæc ambo non puræ, sed liuidæ albedinis fuerint, cuius superantiæ quantitas sit sulphuris fixi summè, fit ex his ferrum: Quoniam superantia sulphuris fixi fusionem prohibet. Ideoq; ex hoc relinquitur, sulphur velocius liquefactionis festinantiã per opus fixionis perdere, quàm argẽtum viuum. Non fixum verò videmus citius quàm argentum viuum liquescere. Ex his verò manifestatur causa velocitatis fusionis & tarditatis in corporũ vnoquoq;. Nam quod plus de fixo habet sulphure, tardius: quod verò plus de adurẽte, facilius & citius fusionẽ suscipit. Quòd satis apertè relinquitur à nobis esse mõstrandum. Quòd verò ipsum fixum tardiorem faciat fusionẽ, manifestatur per hoc, quod ipsũ nunquam, nisi calcinetur, figitur, & calcinatum nullam dat fusionem: ergo in omnibus illam impedire debet. Quòd verò nisi calcinetur non figatur, patet experimento illius, qui illud figit non calcinatum: quoniam ipsum inuenit semper fugere, donec in terram vertatur. Cuius similitudo est calcis naturę.

Hoc autem minimè in argento viuo contingit: quoniam figi potest absq; hoc, quòd in terram vertatur, & figi similiter cum conuersione illius in terram potest. Nam per festinationem ad eius fixionem, quæ per præcipitationẽ perficitur, figitur, & in terram mutatur. Per successiuam verò illius iterata vice sublimationem figitur similiter, & non in terram vertitur, imò fusionem dat metallicam. Hoc autem manifestum est, & illi probatũ, qui vtraſq; fixiones illius expertus est, vsq; in illius consummationem per festinam præcipitationem, & tardam, per successiuas sublimationes. Vidit enim & inuenit sic, vt â nobis scriptum susceperit. Et illud ideo: quoniam viscosam & dẽsam habet substantiam: cuius signum est contritio illius cum imbibitione & mixtione cum rebus alijs. Sentitur enim in illo manifestè viscositas illius per multam adhærentiam. Densam autem substantiã illud habere, manifestè videt monoculus per illius aspectum, & per ponderationem sui immensi ponderis. Auro enim præponderat, cùm in natura sua est, & est similiter fortissimæ compositionis, vt narratum est. His igitur relinquitur, ipsum posse figi sine illius humiditatis consumptione, & absq; in terram conuersione. Propter enim bonam partium adhærentiam, & fortitudinẽ suæ mixtionis, si quo modo partes illius inspi-

inſpiſſentur per ignem, vlterius non permit tit ſe corrumpi, neq; per ingreſsionem furio ſæ flammæ in illud ſe in fumū vlterius eleua ri permittit: quoniam rarefactionem ſui nō patitur propter ſui denſitatem, & carentiam aduſtionis, quę per ſulphureitatem combu-ſtibilem, quam nō habet, perficitur. Per hoc igitur inuentū eſt inuentione veridica duo-rum ſecretorū genus mirabile duplex. Vnū ſcil. cauſæ corruptionis vniuſcuiuſq; metal-lorum per ignem: quarū vna eſt incluſio ad-urentis ſulphureitatis in illorum ſubſtantię profundo per inflammationem illa diminu-entis, & exterminanis in fumum vltima con ſumptioñe, quantumcūq; in illis argentum viuum bonæ fixionis extiterit. Altera verō eſt multiplicatio flammæ exterioris ſuper il la penetrantis, & ſecum in fumum reſoluen-tis, cuiuſcunq; fixionis in eis ipſum ſit. Ter-tia verò eſt rarificatio ipſorū per calcinatio-nem. Tunc enim flamma vel ignis in illa pe-netrare poteſt, & ipſa exterminare. Si igitur omnes corruptionis cauſæ conueniant, ma-ximè corpora corrumpi neceſſe eſt. Si verò non omnes, remittitur corruptionis veloci-tas vniuſcuiuſq; corporis ſecundum remiſ-ſionem illarū. Secundum genus eſt bonitas, quæ per ipſum conſideratur in corporibus. Quia igitur argentum viuum propter nul-las exterminationis, ſe in partes com-

positionis sui diuidi permittit (quia aut cũ tota sua substantia exigne recedit, aut cum tota in illo permanens stat) notatur in eo necessariô perfectionis causa. Laudetur igitur benedictus & glorioſus Altiſsimus, qui creauit illud: deditq; illi ſubſtantiam, & ſubſtantiæ proprietates, quas non contingit ex rebus vllam in natura poſsidere, vt in illa poſsit inueniri hæc perfectio per artificium aliquod, quod in illo inuenimus potentia propinqua. Ipſum enim eſt quod ignem ſuperat, & ab igne non ſuperatur: ſed in illo amicabiliter requieſcit, eo gaudens.

De *natura Veneris ſiue æris*.
Cap. VIII.

REdeuntes igitur ad propoſitum, dicimus, quòd ſi fuerit ſulphur immundum, groſſum, fixum, ſecundum ſui maiorem partem, ſecundum verò ſui minorem non fixum, rubeum, liuidum, ſecuncundum totum non ſuperans neq; ſuperatum, & ceciderit ſuper argentum viu. groſſum, ex eo ęs creari neceſſe eſt. Horum itaq; omniũ probationem adducere per data ex natura illorũ contingit. Nam cũ illud ad inflammationẽ deponitur, flammam ex eo ſulphureá diſcernere poteris, quę ſulphuris nõ fixi eſt ſignũ. Et deperditio quantitatis eius per exhalationem, per frequentẽ eius combuſtio-

ustionem, sulphur illud fixum habere significat. Nam ex ea fit illius fusionis retardatio, & induratio substãtiæ ipsius, quæ signa sunt, multitudinis fixi sulphuris ipsius .Quod illud autem sit rubeum immundum, adiunctũ argento viuo immundo, significatur per sensum: vnde alia probatione non indiget. Experimento itaque eliciás secretum. Vides enim omnem rem caloris actione in terram mutatam, cum facilitate solui, & ad aquæ naturam redigi. Hoc autem contingit propter partium subtiliationem a bigne. Res igitur magis subtilis in natura propria ad hanc terream naturam reducta, magis subtiliatur. Igitur magis soluitur: ita & quæ maximè, maximè. Ex his igitur patet causa corruptionis, & infectionis horum duorum corporum, Martis scilicet & Veneris : quia est per sulphur multæ quantitatis fixum, & non fixum paucæ in Vénere, minimæ verò in Marte. Cum igitur sulphur fixum in fixionem deuenit p calorem ignis, eius partes subtiliantur : sed pars illa quæ est in aptitudine solutionis suæ substantiæ soluitur: cuius signum est expositio horum duorum corporum ad vaporem aceti. Nam per illud floret in superficie illorum sulphuris eorum aluminositas, per calorem in illo creata subtiliatiuum. Et si posueris hæc duo corpora in liquorem ponticum, soluentur de facili per ebullitionem multæ

illorum partes. Et si respexeris in mineris ho
rum duorum, manifestam inuenies ex eis so
lutam aluminositatis substantiam distillare,
& in illis adhærere: quæ aluminositas per
ponticitatem & facilem solutionem in aquã
mutatur. Non enim põticum, & facilè solubi
le reperitur aliud quàm alumen, & quod illi-
us naturæ est. Nigredo verò in vtroque ho-
rum duorum corporum ad ignem creatur, p
pter sulphur non fixum, quod in illis conclu-
ditur: multum quidem in Venere, parum ve-
rò in Marte, & ad naturam fixi approximãs.
Ideoque non de facili talem impressionem
de Marte remoueri est possibile. Iam igitur
patuit, ex sulphure non fixo fusionem fieri,
& fusionem adiuuari: ex fixo verò fusionem
non fieri, & fusionem impediri. Ex argento
verò viuo fixo non est necesse fusionem non
fieri, & fusionem impediri. Illud scit neces-
sariò verum esse, qui nullo ingeniorum fusio-
nis, sulphur potuit cõseruare in fusione post
illius fixionem. Argentum verò viuum figi
potuit per frequentem sublimationis reite-
rationem ad illud, eo bonam fusionem susci-
piente. Ex hoc itaque manifestum est, corpo
ra esse maioris perfectionis, quæ plus argen-
ti viui sunt continentia: quæ verò minus, mi
noris perfectionis. Studeas igitur in omni-
bus tuis operibus, vt argentum viuum in cõ
mixtione superet. Et si per solum argentum
viuum

viuum perficere poteris, prę cioſiſsimæ perfectionis indagator eris, & eius perfectionis, quæ naturæ vincit opus. Mundare enim poteris intimè, ad quod natura non peruenit. Probatio verò eius, quòd ea quæ maioris argenti viui quantitatem ſunt continentia, maioris ſint perfectionis, eſt ſcilicet facilis ſuſceptio argẽti viui. Videmus enim corpora perfectionis amicabiliter argẽtum viuum ſuſcipere. Ex præcedentibus itaque ſermonibus relinquitur, duplicem eſſe in corporibus ſulphureitatem. Vnam quidem in profunditate argẽti viui cũcluſam, in principio ſuæ mixtionis, alteram verò ſuperuenientem. Quarum altera cum labore tollitur, alteram verò nullo artificiorum ingenio, quod per ignem perficitur, poſsibile eſt tolli, ad quod poſsit noſtra operatio congruè ac vtiliter peruenire, cum iam cum eo ad eandem certationem vnitum factum eſt. Et hoc experimẽto probatur, quòd ſulphureitatem aduſtibilem videmus per ignem deleri, ſulphureitatem verò fixam minimè. Si igitur dixerimus corpora calcinatione mundari, intelligas vtique à terrea ſubſtantia, quæ non in radice ſuæ naturæ vnita eſt. Quoniam vnita mundare per ignis ingenium non eſt poſsibile, niſi adueniat argenti viui medicina occultans & contemperans illam, aut illam de cõmixto ſeparans. Separatio aũt terreæ ſubſtantiæ in ra-

dice naturæ metallo vnitæ ab eius commixto fit. Aut per eleuationem cum rebus substantiam argenti viui eleuantibus, & sulphureitatem dimittentibus, propter conuenientiam cum eis, vt est tutia & marchesita, quoniam si forti & subita fusione hæc coniunxeris cum corporibus, spiritus secum adducet corpora in fuga sua. Ideoque cum eis eleuare poteris. Aut cum lauatione per argenti viui commixtionem, quam narrauimus. Argentum enim viuum tenet quod suæ naturę est, alienum verò respuit.

De *natura* Iouis, *siue stanni*.

Cap. XI.

HAc igitur inuestigatione proposita, nostrum propositum sequentes innuimus, quòd si sulphur fuerit in radice commixtionis, fixione pauca participans, album albedine non pura, non superãs, sed superatum, cum argento viuo secundum partẽ fixo, secundum partem verò non fixo, albo non puro commixto, sequetur ex eo stannũ. Et horum probationem per præparationem inuenies. Quia si stannum calcinaueris, senties ex illo sulphuris fœtorem: quod signum est sulphuris non fixi. Et quia flammam non dat, ne putes illud fixum. Quia non propter fixionem, sed propter superantiam argẽti viui, in commixtione saluantis à combustione flam-

flammam non dat. Probatur itaque duplex in ſtanno ſulphureitas : duplex item argenti viui ſubſtãtia. Vna quidem ſulphureitas quę eſt minus fixa, quia cum calcinatur fœtet vt ſulphur. Per primam probatur mixtionis experientia. Altera per continuationem illius in calce ſua ad ignem, quam habet, quia magis fixa non fœtet. Probatur verò duplex argenti viui ſubſtantia in illo , quarum vna eſt non fixa, altera fixa : quia ante illius calcinationem ſtridet, poſt verò triplicem ipſius calcinationem non ſtridet, quod eſt, quia eius argenti viui fugitiui ſubſtantia ſtridorem faciens euolauit. Quòd verò argenti viui ſubſtantia fugitiua ſit cauſa ſtridorem faciens, probatur per lauationem plumbi cum argento viuo. Quia ſi cum argento viuo plumbum lauetur, & poſt lauacrum eius illud fuderis cum igne, non ſuperante ſuę fuſionis ignem, remanebit cum eo argenti viui pars , quæ plumbo ſtridorem adducit, & illud in ſtannum conuertet. Econuerſo verô, per mutationem ſtanni in plumbum illud conſiderare potes. Nam per multiplicem calcinationis reiterationem ad illud, & ignis illi magis conuenientis ad reductionis adminiſtrationem, in plumbum conuertitur. maximè verò cum per ſubtractionem ſuæ ſcoriæ cum magno calcinatur igne. Et de harum ſubſtantiarum diuerſitatibus certificari poteris per

ingenia conſeruationis illarũ in inſtrumen-
tis proprijs,& ignis modo eas diuidentis: ad
quem nos peruenimus cum inſtantia,& vidi
mus certificatione noſtra, nos verum per il-
lud eſtimaſſe. Quid igitur fit quod poſt remo
tionem duorum non fixorum ex Ioue ſcili-
cet ſulphuris & argenti viui remanſit, te cer-
tum reddere nos expedit: vt completè co-
gnoſcas ipſius Iouis compoſitionem. Eſt igi-
tur illud liuidum, ponderoſum, vt plum-
bum: maiori tamen albedine plumbo parti-
cipans. Eſt igitur plumbum puriſsimum. Et
eſt in ipſo æqualitas fixionis duorum com-
ponentium, argenti viui ſcilicet, & ſulphuris.
Non autem æqualitas quantitatis: quoniam
in commixtione vincit argentum viuum: cu
ius ſignum eſt facilitas ingreſsionis in illud
argenti viui in natura ſua. Igitur ſi non maio
ris argenti viui in illo eſſet quantitas, non ad
hæreret illi in natura ſua ſumptum de facili.
Ideoque non adhæret Marti, niſi ſubtiliſsi-
mo ingenio: nec Veneri propter paucitatem
argenti viui in illa, in commixtione ſua. Ex
hoc igitur patet, quia difficillimè Marti ad-
hæret. Veneri verò facilius, propter maio-
rem copiam argenti viui in ea: cuius ſignum
eſt fuſio illius facilis, Martis verò difficilli-
ma. Fixio verò harum duarum ſubſtantiarũ,
ad firmam approximat fixionem: non autem
fixa propterea eſt perpetuò. Et huius eſt pro
batio,

batio, ipſius corporis calcinatio : & poſt calcinationem ad fortiſsimum ignē expoſitio. Nam per eum non fiet diuiſio, ſed tota aſcendet ſubſtantia: purificata tamen magis. Videmus ergo ſubſtantiam ſulphuris in ſtanno adurētem facilius ſeparari, quàm in plumbo. Et huius experimentum vides per facilem Iouis indurationem, calcinationem, & meliorationem ſui fulgoris. Ideoque conſideraui-mus hæc corrumpentia in radice illius non fuiſſe, ſed ei poſtea aduenerunt. Et quia in prima commixtione non fuerunt illi multū coniuncta, ideo facilè poſſunt ſeparari. Ideoque alterationes in eo ſunt velocis operis, mūdificatio videlicet, induratio, & illiꝰ fixio. Et harū cauſas per ea quę iam à nobis tradita ſunt, manifeſtè cōſiderare potes. Et qa poſt has operationes, calcinationem ſcilicet & reductionem, conſideraui mus in fumo ſuo per magnam eleuationem, & ignis expreſsionē, & vidimus illum ad citrinitatem pertingere, cum hoc ſit de proprietate ſulphuris calcinati, æſtimauimus æſtimatione vera, in qua fuimus certificati, ſulphuris fixi naturam illud ſecum multam continere. Qui igitur voluerit in hac noſtra ſcientia videre veritatem, inueſtigationem horum omniū perſtudeant cum ſedulitate operis, donec per eam principia ipſorum corporum, & proprietatem ſpirituum inueniāt inuentione certa nō

coniecturali, quam tradidimus, in hoc no. ſtro volumine ſufficienter ad artis exigentiam.

De natura Saturni, ſiue plumbi.

Cap. X.

REſtat nos igitur de Saturno deſcriptionem ponere. Et dicimus, quòd non diuerſificatur à Ioue poſt calcinationis reiterationem, ad illius naturam reductio, niſi quòd immundiorem habet ſubſtantiam à duabus ſubſtãtijs commixtam groſsioribus, ſulphure ſcilicet & argento viuo. Et quòd ſulphur in illo comburens, eſt ſui argenti viui ſubſtantiæ magis adhæſiuum, & quòd plus habet de ſubſtantia ſulphuris fixi ad compoſitionem ſuã, quàm Iupiter. Et harum probationes per experientias manifeſtas adducemus. Quòd igitur ipſum ſit maioris terreę fæculentiæ, quàm Iupiter, manifeſtatur per viſum, & per lauacrum eius ab argento viuo, in hoc, quòd plus per lauacrum emanat fœculentiæ ab eo, quàm à Ioue, & quod primũ gradum calcinationis ſuſcipit facilius quàm Iupiter, quod eſt ſignum multæ terreitatis. Nam corpora pluris terreitatis facilioris inuenimus calcinationis, & terreitatis paucæ difficilioris calcinationis. Et huius eſt probatio, difficillima Solis calcinatio completa. Et quod nõ rectificatur eius fœditas per calcinationis reiterationem ſicut in Ioue, quod

eſt

est signum maioris fœditatis in principijs eius ex natura sua, quàm Iouis. Quod verò sulphuris quantitas combustibilis magis sit argenti viui substantię adhæsiua in eo quàm in Ioue, significatur per hoc, quòd non separatur de eo in fumum quantitas notanda, quin sit citrini coloris multæ citrinitatis: cuius signum similiter est quod in fundo inferiori ex eo remansit, id quod necessariò vnius trium horum esse signum relinquitur, aut nullius quãtitatis sulphuris combustibilis in eo, aut pauciſsimæ, aut multum coniunctæ, in principiorum propinquitate ad radicem cõmixtionis. Sed certificati sumus per illius odorem, ipsum alicuius esse quantitatis, & nõ paucę, imò multę, quia non remouetur ab eo odor sulphureitatis in breui tempore. Ideo considerauimus consideratione qua certi sumus sulphur comburens illius sulphuri non comburenti ad naturam fixi approximanti, in argenti viui substantia vniformiter esse cõmixtum. Ideo cum scandit fumus eius, necessariò cum sulphure non comburente scandit, de cuius proprietate est citrinitatẽ creare. Quod verò maior quantitas sulphuris nõ adurentis sit in ipso quàm in Ioue, à nobis adductum est cum veritate, per hoc quod videmus totum colorem ipsius in citrinum mutari, Iouis verò in albũ, in calcinationibus suis. Et ideo in hoc nobis aperta est via inuestiga-

tionis cauſæ huius operis per quod in calci-
natione mutatur Iupiter facilius in durum
quàm Saturnus, non autem in tarditatem li-
quefactionis velocius quàm Saturnus. Et il-
lud ideo, quoniã cauſa duritiei naturæ eſt ſul
phur, & arg. viuum fixũ. Cauſa verò liquefa-
ctionis eſt duplex, arg. viuũ ſc. & ſulphur cõ-
buſtibile. quorũ alterum, quo ad fuſionis per
fectionem, ſufficit in vnoquoq; gradu eius,
cum ignitione ſcilicet, & ſine ignitione, ſcili-
cet argentum viuum. Quia igitur in Ioue eſt
multa argenti viui quantitas non verè fixi, re
manet in illo multa liquefactionis velocitas,
& non remouetur ab illo faciliter. Cauſa ve-
rò mollificationis eſt duplex, argentum ſcili
cet viuum, & ſulphur combuſtibile. Quia i-
gitur remouetur ſulphureitas comburens
ex Ioue facilius quàm ex Saturno, ideo ex
eo altera cauſarum mollitiei remota, neceſ-
ſe eſt illud indurari calcinatum. Saturnus ve
rò quia vtriuſque mollitiei cauſas fortiter ha
bet coniunctas, non facilè induratur. Eſt ta-
men diuerſitas in mollitie per argentum vi-
uum, & mollitie per ſulphur: quia mollities
per ſulphur eſt ceſsiua, mollities verò per ar
gentum viuum extenſiua eſt. Et hoc neceſſa-
riò probatur per hoc, quod videmus corpo-
ra multi argenti viui multæ extenſionis eſſe,
corpora verò pauci, paucæ. Et ideo Iupi-
ter facilius & ſubtilius extenditur quàm Sa-
tur-

turnus, Saturnus facilius quàm Venus, Venus quàm Mars, Luna subtilius quàm Iupiter, Sol verò ☿ Luna subtilius. Patet igitur, qđ causa induratiõis est arg. viu. fixũ, aut sulphur fixũ, causa verò molliciei est oppositа. Causa verò fusionis est duplex, sulphur nõ fixum, & arg. viuum cuiuscunque generis. Sed sulphur non fixum necessariò est causa fusionis sine ignitione. Et manifestè vides huius rei experientiam, per proiectionem arsenici super corpora difficilis fusionis: facit enim ea facilis fusionis, & sine ignitione. Causa verò fusionis facilis est & similiter argentum viuum. Causa verò fusionis cum ignitione est argentum viuum fixum. Causa igitur impedimenti fusionis cuiuscunque est sulphur fixum. Per hoc itaque maximum poteris elicere secretum. Quod cum plurimæ argenti viui quantitatis corpora maximæ perfectionis sint inuenta, pluris vti que quantitatis argenti viui corpora à perfectione diminuta perfecto magis approximare necesse est. Itaque & multæ sulphureitatis corpora plurimę corruptionis esse cõtingit. Quam ob rem igitur ex iam dictis patet, Iouem maximæ perfecto approximare, cum perfectionis plus participet, Saturnum verò minus, minus verò adhuc Venerem, minimè verò Martem, ex eo quo perfectio dependet. Aliter autem ex medicina complente, &

defectum ſupplente, & perfectius attenuante ad profundum, corporum ſpiſsitudinem, & ſub ſplendentis fulgoris ſubſtantia eorundem palliante fuſcedinem, ſe habere contingit. Ex hac enim maximæ perfectibilis Venus exiſtit, minus verò Mars, adhuc minus Iupiter, minimè verò Saturnus. Ex his igitur repertum eſt laboris inueſtigatione veridica, ex corporum diuerſitate, diuerſas inueniri cum præparatione medicinas. Alia enim eget medicina, durum ignibile, alia verò molle & non ignibile corpus. Hoc quidem molli ficante, & ad profundum attenuante, & in ſua æquante ſubſtantia. Illud verò indurante & inſpiſſante occultum eius. Ex his igitur nos expedit ad medicinas tranſire, cum manifeſtis experientijs, ponentibus nobis cauſas inuentionis diuerſarum medicinarum, & quod diminutum relinquant, & quod ad complementum deducant.

SECVN-

SECVNDA PARS HVIVS SECVNDI LIBRI, DE

Medicinis in genere, & de neceſſitate perfectionis medicinæ, omnia imperfecta perficiente, atque ex qua re melius & propinquius eliciatur.

VNIVSCVIVSQVE CORPORIS

imperfecti, ſimiliter & argenti viui neceſſariò fore duplicem medicinam, vnam ſcilicet ad album, alteram verò ad rubeum, à quibus tamen omnibus excuſamur per vnicam perfectiſſimam.

Cap. XI.

PRobamus igitur, ſpiritus corporibus magis aſsimilari, per hoc, quòd magis corporibus vniuntur & amicabilius, q̄ alia in natura. Per hoc ergo adductum eſt nobis inuentione prima, hos eſſe corporum alterationes medicinam veram. Ideoque omni quo potuimus ingeniorum genere nos ipſos exercuimus, vt per illos, imperfectorū vnumquodque corporum, mutatione firma in perfectum lunare & ſolare transformaremus corpus. Quamobrem ex eiſdem medici

nam diuersam ex diuersa alterandorum intentione creari necesse accidit. Cum sint igitur duplicis generis metalla alterationis, argentum viuum scilicet perfectione coagulabile, & à perfectióe diminuta corpora. & hæc iterum multiplicia, alia quidem dura ignibilia, alia verò mollia non ignibilia. Dura quidem ignibilia, vt Mars & Venus, mollia verò, vt Iupiter & Saturnus, necesse est & medicinam similiter perfectiuam multiplicem esse. Alia etenim eget argentum viuum medicina perficiente, alia verò corpora transformanda. Quinetiam alia egent dura ignibilia, vt Venus & Mars, alia verò mollia non ignibilia, vt Saturnus & Iupiter. Et hæc vtraque vtriusque generis cum ad se inuicem differant in natura, similiter diuersam ea egere medicinam necessariò accidit. Vnius etenim generis sunt Mars & Venus, sed in speciali quadam proprietate differunt. Etenim hic non fusibilis: illa verò fusibilis. Ideoque alia quidem Mars, alia verò Venus medicina perficitur: & hic quidem ex toto immundus est, illa verò non. Et hic quidem quadam albedine fusca, illa verò rubedine & viriditate participat: quæ in medicina diuersitatis necessitatem imponunt consimiliter. Alterius etiam generis molliciei corpora, scilicet Iupiter & Saturnus, cũ hic & similiter differãt, diuersa medicina ea similiter egere necesse est.

est. Est enim hic quidem mundus, scilicet Iupiter, ille verò non. At verò & hæc quidem mutabilia omnia, nunc Lunaria, nunc Solaria efficiuntur corpora: ideoque necesse est vniuscuiusquẽ duplicẽ medicinam fore. Vnam quidẽ citrinã, in citrinũ mutantẽ solare corpus: alteram verò albã in albũ Lunare corpus mutátem similiter. Cum ex quatuor igitur imperfectorum corporum vnicuique duplex materia adinueniatur, Solaris videlicet & Lunaris, octo in summa erunt medicinæ omnes corpora perficientes, in forma bona. Perficitur & similiter argentum viuum in Solare & Lunare: ideoque & medicinæ alterantis illud duplicem differentiam esse cõtingit. Decem igitur erunt omnes medicinæ, quas inuenimus cum totalitate sua ad cuiuslibet imperfecti alterationẽ completam. Verùm vtique cum diuturni laboris instantia, & magnę indagationis industria excusari volumus ab inuẽtionis labore harũ decem medicinarum per vnius beneficium medicinæ: & inuenimus inquisitione longa, necnon & laboriosa maximè, & cum experientia certa, medicinam vnam, qua quidem durum mollescit, & molle induratur corpus, & fugitiuũ figitur, & illustratur fœdũ splendore inenarrabili, & eo qui supra naturam cõsistit. Ideoq; omnium harum medicinarum expedit singulum sermonẽ adducere, cum causis suis, &

manifestis probationum experientijs. Primum igitur medicinarum decem seriem, & abhinc quidem corporum omnium, deinde verò argenti viui, dehinc verò & vltimo ad perficientis magisterij medicinam transeundum, cum tamen præparatione indigeant imperfecta. Ideo ne propter insufficientiam traditionis artis mordeamur ab inuidis, afferamus in primis narrationem de imperfectorum præparationibus, earum inuentionis causæ necessitatem ponentes, quibus quidé in nostro artificio efficiantur congrua, perfectionis albedinis & rubedinis in vnoquoq; gradu medicinam suscipere, & ab eadem perfici. Dehinc verò addendum medicinarum omnium narrationem sufficientem & congruam.

Vnicuique imperfectorum corporum suam præparationem esse adhibendam.

Cap. XII.

EX iam ergo à nobis narratis sermonibus apparet quid superfluum quidue diminutum ex operibus natura relinquat in vnoquoque eorum, quæ imperfecta sunt corpora, secundum sufficientem partem: secundum verò complementum quæ in superioribus omisimus, hîc complebimus sufficienti sermone. Primùm igitur, cum corpora imperfectionis mutabilia duplicis generis esse

esse contingat, mollia scilicet, & ignibilia, vt Saturnus & Iupiter. Dura & non fusibilia, aut cum ignitione fusibilia, vt Mars & Venus, hic quidem non fusibilis, illa verò cum ignitione: necessariò nos natura informando edocuit, ex illorum diuersitate essentiarum, in radice naturæ diuersas præparationes secundum exigentiam illis administrare. Sunt itaque vnius generis transformanda imperfectionis corpora duo necessariò: plumbum sc. quod μέλαν, id est nigrũ, dicitur & per artem Saturnus: & plumbum stridẽs, quod λάχὸν, id est album dicitur. Et in hac sententia Iupiter, quę à se inuicem sunt diuersa in sui occulti profundo ex radice suæ naturæ innata, & in manifesto similiter: quia Saturnus, fuscus, liuidus, ponderosus, & niger, sine stridore totaliter mutus. Iupiter autem albus, liuens parùm, multùm verò stridens, & modico sono tinnitum adducens: quorũ differentiam in profundo illorum tibi cum manifestis experientijs monstrabimus ex illarum causis necessarijs. Ex quibus secundũ magis & minus, præparationis ordinem colligere bonæ mentis artificem contingit. Primò igitur secũdum ordinem corporum prę-parationem narremus: postea verò & ipsius argẽti viui coagulabilis. Sed & primò vnius generis, molliciei scilicet, post hoc verò & alterius. Primi quidem generis corporum po-

natur Saturni præparatio & Iouis: postea verò & aliorum, secundum suum ordinem determinatum. Quia in præparatione corporũ nihil superfluum ex profundo ipsius removendum: sed ex manifesto potius.

Imperfectorum metallorum defectum, medicina suppleri, superfluum verò præparatione tolli oportere.

Cap. XIII.

SAturni verò præparatio multiplex adhibetur essentiæ, & Iouis similiter, secundũ ipsorum multiplicis perfectioni approximationis, aut elongationis ab ea gradum. Cum sit igitur aliud ex corrumpẽtibus quidem illorum profundo adueniens ex ipsorũ naturæ radice innata, sulphureitatis scilicet terreitas, atque impuritas terrę argenti viui, illorum creationis principijs essentiali natura commixta. Aliud verò superueniens post primam illorum mixtionem, corruptionem adducens, & sunt primi generis sulphureitas comburens, & illius impuritas, & argenti viui substantia fœda: quæ omnia sunt Saturni & Iouis perfectionis substantiam corrumpentia. Sed horum quidem alterum impossibile est remoueri per alicuius industriæ medicinam, primi ordinis: alterum verò paruo adminiculo remoueri contingit. Hoc quidem remouendum esse impossibile aduenit, propter hoc, quod in principijs naturæ propriæ

prię huius generis corporum in veram essen tiam commixta fuerunt, & vera essentia facta sunt. Ideoque cum nõ sit possibile veram rei cuiusque in natura remouere essentiam, re permanente, nõ fuit possibile ab eis hæc cor rumpentia delẽre. Quamobrem igitur puta uerunt quidam Philosophorum, per hoc ad artem non posse peruenìri. Sed nos quidem & nostro tempore hanc inquirentes scientiã peruenimus ad hoc idem, quod & similiter nullo ingeniorũ præparationis modo potui mus corpora illustrare, cum cõplemento sui fulgoris lucidi, quin contingeret illa ex toto infici, & denigrari potius. Propter hoc igitur & nos similiter in stuporem adducti, multi temporis spacio sub desperationis vmbracu lo delituimus. Redeuntes tamen in nos ip sos, & nos ipsos torquentes immensæ cogi tationum meditationis afflictionibus, respe ximus à perfectione corpora diminuta in ꝑ fundo suę naturę fœda existere, & nihil ex eis fulgidum inueniri, cum in eis secundum na turam non sit. Non enim inuenitur in re qd̃ in illa non est. Cum igitur nihil perfecti in il lis inueniatur, necessariò & in eisdem nihil su perfluum inueniri relinquitur in diuersarũ substantiarum separatione in illis, & in ꝑfun do suæ naturæ. Ideoque per hoc inuenimus aliquid diminutum in illis fuisse, quod com pleri necessariò accidit per materiã sibi cõue

nientem, & diminutum complentem. Est igi tur diminutum in illis scilicet paucitas argẽ-ti viui, & non recta spissatio eiusdem. Igitur complementum erit in illis argenti viui mul tiplicatio, & spissatio bona, & fixio pmanens. Hoc autem per medicinam ex illo creatam perficitur. Hæc enim cum ex argento viuo sit in esse deducta, per beneficium illius luci-ditatis & splendoris, illorum fuscedinem pal liando celat & tegit, & splendorem educit, & in fulgorem conuertit. Cum enim argentum viuum in medicina præparatum per nostrũ artificium sit mundatum, & in substantiam purissimam & fulgidissimam redactum, pro iectum super diminuta à perfectione illustra bit, & sua fixione perficiet. Hanc verò medi-cinam in sua narrabimus oratione. Relinqui tur itaque ex præiacentibus necessariò, du-plicem fore perfectionis inuentionem ne-cessariam, vnam quidem per materiam, quæ de mixto substantiam fœdam separat, alterá verò per medicinam, quæ illam sui fulgoris splendore palliando tegat, & illustrando de-coret. Cum nihil igitur superfluum, sed po-tius diminutum, in profundo corporum cõ-tingat reperiri, si quid omnino superflui re-moueri expedit, necesse est id ex manifesto suæ naturæ superueniens, & tolli & moueri, diuersis cum præparationibus, quas in hac oratione nos expedit enarrare: primùm quidem

quidem in eadem oratione Iouis & Saturni, vltimò verò & aliorum ſecundum ordinem.

De *Præparatione Saturni & Iouis.*

Cap. XIIII.

PRÆparantur igitur Saturnus & Iupiter præparationibus multiplicibus ſecundum maioris perfectioni approximationis neceſsitatem, communi ſcilicet, & ſpeciali præparationis modo. Communis quidem eſt, per gradus approximationis ad perfectionem multiplices. Eſt enim vnus gradus approximationis, ſcilicet fulgor ex ſubſtantia munda: alter verò duricies, cum ſuę fuſionis ignitione: tertio verò fixio, per remotionem fugitiuæ ſubſtantiæ. Mundificantur igitur & fulgida fiunt tripliciter: aut per res mundificantes, aut per calcinationis modum & reductionis, aut per ſolutionem. Per res igitur depurantes mundantur dupliciter: aut in calcem redacta, aut in natura corporum. In calcem verò redacta, purificantur in hunc modum: aut per ſales, aut per alumina, aut per vitrum. Et eſt, vt cum corpus calcinatum extiterit, tunc infundatur ſuper eorum calcem aluminum aut ſalium aqua, aut commiſceatur cum ea vitrum, & reducatur in corpus. Hoc igitur toties ſuper hæc corpora alternata vice reiteretur, quouſque munda cómplete ſe oſtendant. Nam cum ſales & alumina & vitrum fundantur fuſione alia quàm corpo-

ra,ideo ab illis ſeparantur,& ſecum terream ſubſtantiam ducunt, relicta ſola corporum puritate.In natura verò corporum ſimiliter, & per eundem depurantur modum. Et eſt, vt limentur ſubtiliſsimè hæc duo corpora: poſt hoc verò cum eiſdem adminiſtrentur aluminibus,ſalibus,& vitro videlicet, & poſtea in corpus reducantur.Et ſic alternata vice reiterentur, quouſque mundiora appareant. Mundantur & per argenti viui lauacrum,cuius modum attulimus. Mundifican tur & hæc ſimiliter vtriuſq; generis corpora per reiterationis vicem calcinatiõis ad illa, & reductionis ſimiliter, cum ſufficientia ſui ignis,quouſque mundiora appareant. Per hanc enim mundantur à perfectione hæc diminuta corpora, à duplici corrumpente ſubſtantia,hac quidem inflammabili & fugitiua, illa verò terrea fæculẽtia.Et illud ideò, quia ignis omnem fugitiuam ſubſtantiam eleuat & conſumit. Et idem ignis ſimiliter in reductionis modo omnẽ ſubſtantiam terræ diuidit cum proportione ſua. Et hác proportionem in alio noſtro volumine,quod de Perfectionis inueſtigatione intitulatur, conſcripſimus:quod ſecundum ordinem hunc precedit librum.In illo enim quæcunq; inueſtigauimus, ſecũdum noſtræ mentis rationem ſcripſimus:hic verò quod vidimus & tetigimus completè,ſecundum ſcientiæ ordinem deter-

determinauimus. Mũdificantur & hæc vtiq; similiter per ſolutionẽ ſuæ ſubſtantiæ, cuius modum iam diximus, & per reductionẽ ſimi liter eius, quod ex eis diſſolutũ extiterit. Inuenitur enim illud mundius & perfectius q̃ alio quopiam prę̨parationis genere, hoc eo dem prę̨parationis modo. Et huic modo nõ comparatur modus, niſi qui per ſublimationem perficitur, & ideo huic æquipollet. Eſt & ſimiliter p̃paratio illis, induratio ſuæ mollis ſubſtantiæ, cum ignitione ſuæ fuſionis. & eſt, vt ingeniemur illis permiſcere argenti vi ui ſubſtantiam fixam in profundo illorũ, aut ſulphuris fixi, aut ſui cõparis, aut cum rebus duris, & nõ fuſibilibus, ſicut eſt calx marche ſitæ & tutiæ. Hę̨c etenim cũ illis vniuntur & amicantur, & illa indurant, quouſq; non fun dantur, anteq̃ igniantur. Et per medicinam perficientẽ hoc idem cõpletur ſimiliter, cuius narrationẽ ponemus. Et eſt ſimiliter alio prę̨parationis modus, p̨ remotionẽ ſuæ ſubſtantiæ fugitiuæ. Et hic quidẽ perficitur per conſeruationem illorum poſt primũ calcinationis gradũ, in igne illis proportionali. Et quia ordo in modis præparationis cõtingit neceſſariò, ideo ponemus ordinẽ completũ ex illis. Primò igitur mundetur ex eis omnis ſubſtãtia fugitiua & aduſtiua corrũpens. Deinc verò terrea ſuperfluitas deleatur. Poſtea ſoluãtur & reducãtur, aut p̨ lauacrũ argenti

viui lauentur completè. Et hic ordo vtilis & neceſſarius eſt. Specialis attamen horũ corporum præparatio, primùm quidem Iouis eſt multiplex. Vna quidem per calcinationẽ: & per hanc induratur eius ſubſtantia magis, quod Saturno non euenit. Etiam per alumina ſimiliter: hæc enim propriè Iouem indurant. Altera verò per conſeruationem eius in igne ſuæ calcinationis. Per hanc enim ſtridorem amittit, & corporum ſimiliter fractionẽ: quod Saturno ſimiliter non cõtingit, quia ſtridorem non habet, nec corpora frangit, & per calcinationis reiterationem ſimiliter ab acuitate ſalis ſtridorem amittit. Saturni verò ſecundario eſt præparatio ſpecialis, ſcilicet per calcinationem à ſalis acuitate: per hãc enim induratur, & per talck ſpecialiter dealbatur, & per marcheſitam & tutiam. Modos verò omnes præparationum determinauimus completius, in libro, qui de Perfectionis inuentione intitulatur, quoniam in hoc abbreuiamus ſummas illarum.

De *præparatione Veneris*.
Cap. XV.

IMitantes igitur præmiſſorum ordinem, duorum corporum præparationes narremus. Primò igitur Veneris, deinde verò Martis. Eſt igitur Veneris multiplex præparationis modus. Alius quidem per eleuationem:

nem : alius verò ſine eleuatione perficitur. Per eleuationem verò eſt modus, ſcilicet, vt accipiatur tutia, cum qua Venus magis conuenit, & cum ea per ingenia vniatur. Deinde verò in ſuo ſublimationis vaſe ponatur ad ſublimandum, & per excellentiſsimum gradum ignis, eius eleuetur pars ſubtilior, quæ fulgidiſsimi ſplendoris inuenta eſt. Vel cum ſulphure miſceatur per minima, & poſtea eleuetur per modum ſuum eleuationis iá dictum. Sine ſublimatione verò præparatur, aut per res mundificationem facientes, aut in calce ſua, aut in corpore, velut tutia, ſales, & alumina: aut per argenti viui lauacrũ, cuius modum attulimus: aut per calcinationes & reductiones, vt in alijs narratũ eſt: aut per ſolutiones & reductiones eius quod ſolutũ eſt ad naturam corporis: aut per argenti viui lauacrum mundificatur, ſicut & corpora reliqua à perfectione diminuta.

De præparatione Martis. Cap XVI.

MARTIS verò præparatio eſt ſimiliter multiplex. Quædá enim per ſublimationẽm, quędam verò ſine ſublimatione completur, quæ verò per ſublimationem fit cũ arſenico, cuius modus hic eſt. Ingeniemur quá profundius poſſumus eidẽ arſenicũ nõ fixũ vnire, vt cũ fuſione cum eo liqueſcat. Poſtea verô ſublimetur in vaſe ꝓprię ſublimationis. Et hęc prędparatio melior &

perfectior inter cæteras reperitur. Est & alia præparatio ipsius Martis, per arsenicũ sublimatum ab eo multoties, quousque remaneat quantitas aliqua ipsius arsenici. Hoc enim si reductum fuerit, emanabit album, fusibile mundum, prę̨paratum. Est & similiter modus tertius prę̨parationis eiusdem perfusionem illius cum plumbo & tutia. Ab his enim fluit mundum & album. Sed quoniam ne minus sufficienter dixisse videamur, cũ nos determinaturos esse ꝓmisimus de durorũ corporum ingeniosa mollificatione, atq; mollium induratione, per calcinationis modũ, ideo illum nõ omittamus: sed mollium quidem primò, durorum verò postea. Et est scilicet, vt soluatur argentum viuum præcipitatum, & soluatur corpus calcinatum, de cuius intentione sit indurari. Et hæ ambæ solutiones misceantur, & ex eis alternata vice calcinatum corpus misceatur, terendo, & imbibendo, & calcinando, & reducendo, quousque durum fiat, & cũ ignitione fusibile. Hoc idem & cum corporum calce, & tutia, & marchesita calcinatis, solutis, & imbibitis, perfici completè contingit. Et quantò quidem hę̨c mundiora, tantò & perfectius mutant. Mollificantur similiter & dura corpora cum ingenio consimili. Et est scilicet, vt cum arsenico toties coniungantur & sublimentur, & post arsenici sublimationẽ assentur cum proportionẽ

tione ſui ignis, cuius modum narrauimus in libro Fornacum. Et vltimò reducantur cum expreſsione ſui ignis in oratione ſua dicti, quouſq; in fuſione molleſcãt, ſecundum exigentiam duritiei corporis. Et hæ quidẽ alterationes omnes ſunt primi ordinis, ſine quibus non perficitur magiſterium.

De Mundificatione argenti uiui.

Caput XVII.

IGitur ex præmiſsis neceſſe eſt argenti viui mundificationẽ completè narrare. Dicimus igitur quòd argẽtum viuum mundatur dupliciter: Aut per ſublimationem, cuius attulimus modum, aut per lauacrum, cuius modus hic eſt. Fundatur argẽtum viuum in patella vitrea vel lapidea, & ſuper ipsũ aceti quantitas ſuperfundatur, quæ ſufficiat ad illud cooperiendum. Dehinc verò ſuper lentum ignem ponatur, & calefieri permittatur in tantum, vt digitis tractari patiatur. Deinde verò digitis agitetur, quouſq; in partes minutiſsimas diuidatur, in pulueris ſimilitudinem: & tam diu agitetur, quouſq; aceti totũ quod in illo infuſum eſt, conſumatur omnino. Deinde verò quod in eo terreitatis inuẽtum ſit, lauetur cũ aceto, & abijciatur. Toties igitur ſuper illud opꝰ reiteretur, quouſq; terreitas illius in cœleſtinũ mutetur colorẽ perfectiſs. quod perfectæ lauationis eſt ſignum. Ab his igitur ad medicinas eſt trãſeundum.

Quinq; differentes proprietates perfectionis necessario afferre medicinam perfectißimam, scilicet mundiciem, colorem, fusionem, perpetuitatẽ, & pondus, unde coniectura sumenda sit, ex quibus rebus eliciatur.

Cap. XVIII.

AFFERAMVS igitur in primis sermonem vniuersalem de medicinis, cũ causis suis, & experientijs manifestis. Innuimus igitur, quòd nisi quidem omne superfluum, siue per medicinam, siue per præparationis modũ auferatur ab imperfectis, scilicet vt ab illis tollatur omnis superflua sulphureitas, omnisque terreitas immunda, non purificẽtur, ita scilicet, quòd de commixto nõ separantur in fusione, post proiectionem medicinæ alterantis illa. Cum hoc quidem inueneris, iam ex perfectionis differentijs, vnam habes. Similiter vtique nisi & medicina illustret, & aliter in colorem albũ aut citrinum, secundum intentionem quá quæris, quæ fulgoris splendorem, & amœnitatis luciditatem adducat, non perficiuntur à perfectione corpora diminuta in complemẽto totaliter. Amplius autem, nisi fusionem Lunarem aut Solarem determinantè adducat, nõ est in complemẽto alterabile, quia in iudicijs nõ quiescit, sed de commixto separatur omnino, & recedit. Hoc autẽ à nobis latius deter-

determinatum in ſequentibus demonſtratur in capitulo de Cineritio. Amplius autem, & niſi perpetuetur medicina cum impreſsionis alteratione firma, nō valet ipſius mutatio, quia non permanet, ſed euaneſcit impreſsio. Amplius autē, & niſi pōdera perfectionis adducat, nō mutat ſub complemēto naturæ firmo & vero, cui non ſit fraus per credulitatis errorem. eſt enim pondus naturæ vnum ex perfectionis ſignis. Patet igitur, quod cum perfectionis differentiæ quinque ſint, neceſſe eſt & medicinam noſtri magiſterij has ſcilicet adducere in proiectione differentias. Per hoc igitur patet, ex quibus medicina noſtra eliciatur. Nam per ea elicitur, quæ maximè corporibus adiunguntur, & amicabiliter eiſdem in profundo adherent alterantia. Ideoque cum in rebus cæteris exquirentes, nō inuenimus inuentione noſtra rem aliam magis, quàm argentum viuū corporum naturis amicari, per hoc opus noſtrum in illo impendentes, reperimus ipſum eſſe veram alterabilium medicinam in complemento, cum alteratione vera, & non modicè pecu-
lioſa.

De præparationibus medicinæ adhibendis, ut differentias proprietatum debitas acquirat.

Caput XIX.

REstat igitur nos ſubſtantiam ipſius & proprietatis ſubſtantiæ differẽtias determinatè aſcribere. Et cum non inuenerimus ipſum ſine alterationis naturæ illius adminiſtratione mutare, inuenimus & ſimiliter ipſum præparari debere neceſſariò, cum non permiſceatur in profundo abſque illius præparationis modo. Et eſt ſcilicet, vt talis fiat illius ſubſtantia, quòd permiſceatur in profundo vſque ad profundum corporis alterabilis, ſine ſeparatione in æternum. Hoc autem nõ fit, niſi ſubtilietur valde cum præparatione certa, & determinata in capitulo ſublimationis. Et non manet eius impreſsio ſimiliter, niſi figatur: nec illuſtrat, niſi fulgidiſsima ex illo eliciatur ſubſtantia cum ſui modi ingenio, & modo ſuæ operationis per ignem congruum. Ea non præſtat fuſionem perfectam, niſi in illius fixione adhibeatur cautela, cum hac dura remollire, & mollia indurare. Eſt tamen talis, vt cum ſufficientia ſeruetur ſuæ humiditatis proportionatæ, ſecundum exigentiam eius quæ quæritur fuſionis. Per hoc ergo patet, quod ipſius talis præparetur & adminiſtretur præpara-

paratio: qua fulgidiſsima & mundiſsima ſubſtantia ex illo creetur: Deinde verò figatur, & cautela eidem exhibeatur, vt ſcilicet exercitetur artifex in adminiſtratione ignis, in modo ſuæ fixionis, quò poſsit ex illo deleri humiditas in tantum, quod ſufficiat ad fuſionem perfectam complendam. Et eſt ſcilicet, vt ſi quæris per hanc corpora fuſionis dura mollificari, in principio ſuæ creationis lentus adhibeatur ignis. Ignis enim lentus humiditatis eſt conſeruatiuus, & fuſionis perfectiuus. Si verò mollia indurare, ipſius componatur ignis vehemens. Talis enim ignis humiditatis eſt conſumptiuus, & fuſionis turbatiuus. Et has quidem regulas omnes in omni medicina bonæ mentis artificem neceſſariò conſiderare expedit. Et multas ſimiliter alias in ponderis mutatione conſiderationes adducere neceſſe eſt, cum cauſis ſuis & ordine congruo. Eſt igitur cauſa ponderis magni, ſubtilitas ſubſtantię corporum, & vniformitas in eſſentia. Per hoc enim tantùm illorum poſſunt denſari partes, vt nihil intercidat: & partium denſatio ponderis eſt adductio, & illius perfectio.

De differentijs medicinarum, ſcilicet quòd quædam ſunt primi ordinis, quædam ſecundi, quædam uerò tertij.

Cap. XX.

PATET igitur, quòd tam in corporum adminiſtrationis præparatione, quàm ipſius perficientis medicinæ modo per operis artificia ſubtilitatem perquirere neceſſariò contingit. Quia quantò maioris põderis ſunt corpora tranſmutata, tantò & maioris ſunt perfectionis inuenta inueſtigatione per artem. Completur igitur ſermo vtilis de medicinis, ſi omnium medicinarũ differẽtias narremus. Innuimus quidem, quòd medicinarum triplicem differentiam eſſe neceſſariò accidit. Alia eſt primi ordinis, alia verò ſecundi, alia verò tertij. Dico autem primi ordinis medicinam, omnem præparationem mineralium, quę ſuper diminuta à perfectione corpora proiecta, alterationem imprimit: quæ non adducit complementum ſufficiens, quin contingat alteratum mutari & corrumpi, cum euaporatione impreſsionis medicinæ illius totali. Sicut eſt omnis ſublimatio dealbatiua Veneris, aut Martis, quæ fixionem non ſuſcepit. Et huiuſmodi eſt omne additamentum coloris Solis, & Lunæ, aut Veneri commixtorum, ſuper furnũ cementi poſitum, vt ziniar, & ſimiliũ. Hoc.n.

mu-

mutat immutatione non ſtante, ſed potius diminuente ſe per exhalationẽ. Secũdi verò ordinis medicinã dicimus omnem præparationẽ, quæquando ſuper diminuta à perfectione corpora proiecta eſt, alterrat in differentiã aliquam cõplementi, relictis differentijs aliquib. corruptionis omnino, velut eſt calcinatio corporũ, qua omne fugitiuum deletur. Et eſt huius generis medicina perpetuè Lunam citrinans, aut perpetuè Venerem dealbans, relictis alijs in eis corruptionis differentijs. Tertij verô ordinis medicinam appello, omnem præparationem, quæ quando corporibus aduenit, omnem corruptionem cum proiectione ſua tollit, & cum omnis complementi differentia perficit. Hæc autem eſt vnica ſola. Et ideo per illam excuſamur à laboribus inuentionis decem medicinarum ſecundi ordinis. Primi igitur ordinis opus minus appellatur: ſecundi verò medij: tertij tandem maius: & hæc eſt omnium medicinarum differentia ſufficiens.

De *medicinis primi ordinis* Venerem dealbantibus.

Caput XXI.

EX ordinis igitur determinati promiſſione ſecuta (cùm quidem alia ſit medicina corporum, alia verò argenti vi-

ui. Et corporum quidem alia primi ordinis, alia verò ſecundi, alia verò tertij, & argenti viui conſimiliter) Narremus omnium medicinarum differentias, primò primi ordinis: deinde verò ſecundi, poſtremò tandem tertij: & corporum quidem primò, poſtea verò argenti viui medicinæ, cum ſermone completo, & ordine congruo narrationem tradamus. Dicimus igitur, quòd primi ordinis medicina corporũ, alia eſt durorum corporum, alia mollium. Durorum quidem corporum, alia Veneris, alia Martis, alia verò Lunæ. Veneris quidem & Martis eſt pura illorum ſubſtantię dealbatio, Lunę verò rubificatio cum citrinitate fulgoris amœni: quia Veneri & Marti rubificatio non adducitur primi ordinis medicina cum fulgoris apparatione, quia ex toto immũda ſunt, nõ apta rubedinis fulgorem recipere, priuſquam illis adueniat præparatio fulgorẽ adducens. Narremus igitur in primis Veneris medicinas omnes: poſtea verò Martis, quæ cadunt in ordine primo. Eſt igitur medicina Venerem dealbans, alia per argentum viuum, alia per arſenicum. Per argent. viuum quippe ſic completur medicina dealbans illã: ſoluitur etenim primò argentum viu. præcipitatum, & ſoluitur ſimiliter Veneris calcinatio, & hę ambæ ſolutiones commiſcentur in vnum. Dehinc verò coagulãtur, & ſuper ipſius corpus

pus proijcitur eorum medicina: hæc enim dealbat & mundat. Amplius autem & aliter. Soluitur argentum viuum præcipitatum, & ſoluitur litargirum, & hæ ambæ ſolutiones coniunguntur in vnum: & ſoluitur corporis calcinatio, de cuius intentione ſit dealbari, & coniungitur cum prædictis ſolutionibus, & deinde coagulantur: dehinc verò ſuper illius corpus proijciuntur, dealbatur verò per hanc. Aliter autem. Sublimatur alternata vice ex illius corpore argenti viui quantitas, quouſque cum illa permaneat argenti viui pars, cum ignitione completa. Dehinc verò ex aceto diſtillato ſæpiſsimè imbibendo teritur, vt in profundo illius melius commiſceatur, ab hinc verò aſſetur: & vltimò conſimiliter ab eo argentum viuum ſublimetur, & iteratò imbibatur, & aſſetur. Et ſic totiens reiteretur opus ſuper illa, quo uſque multa argenti viui quantitas in eo cum ignitione completa quieſcat. Hæc enim primi ordinis bona eſt dealbatio. Aliter autem ſuper argentum viuum præcipitatum toties ſublimetur argentum viuum in natura propria, quouſque in illo figatur, & fuſionem præſtet. De hinc verò ſuper Veneris ſubſtantiam proijciatur, & dealbatur peculiosè. Aliter autem ſoluitur Luna, & ſoluitur litargirum, & coniunguntur ſolutiones. Ex his Veneris ſubſtantia deal-

batur. Sed & melius quidem dealbatur, ſi in omnibus medicinis perpetuetur argentum viuum. Dealbatur verò per arſenicum ſublimatum: vt ſi accipiatur calcinatio Veneris, & ſuper illam iteretur eiuſdem ſublimatio, quouſque cum eo maneat, & illam dealbet. Sed niſi exercueris teipſum cum modis ſublimationum, non perſeuerabit in ea arſenicum in alteratione aliqua. Et eſt ſcilicet, vt poſt primum ſublimationis gradum ſecundariò reiteres, quem narrauimus in marchesitæ ſublimatione. Dealbatur verò & aliter, vt ſublimatum arſenicum in Lunam proijcias: dehinc verò totum ſuper Venerem: dealbat enim peculiosè: aut commiſce prius litargirium, vel plumbum vſtum ſolutum cum Luna: deinde verò ſuper hoc arſenicum ſuperiactes, & hoc totum ſuper Venerem proiectum dealbat, & eſt primi ordinis bona dealbatio: aut ſolùm ſuper litargirium ſolutum & reductum proijciatur arſenicum ſublimatum, & hoc totum ſuper Veneris fuſionem: quoniam dealbat eá cum curialitatis aſpectu: aut commiſceantur Luna & Venus, & ſuper has proijciatur omnis medicina dealbatiua. Luna etenim amica eſt arſenici magis quàm corporum aliquod: & ideo fractionem ab eo tollit. Secundariò verò Saturnus, & ideo cum illis eum commiſcemus. Aliter autem arſenicum fundi-

mus

mus ſublimatum, quouſque fiant fruſta: deinde verô fruſtum poſt fruſtum ſuper Venerem proijcimus. Iubemus etenim in fruſtis potius quàm in puluere proijci: quoniam facilius inflammatur puluis quàm fruſtum: & ideo facilius euaneſcit quàm fruſtum, & cõſumitur prius quàm ſuper corpus cadat ignitum. Tollitur autem & aliter rubedo illius cum tutia videlicet, & dealbatur. Sed quia tutiæ dealbatio non ſufficit: ideo ſolùm citrinat, & citrinatio quælibet albedini eſt affinis. Et eſt modus huius ſcilicet, vt ſoluatur, & calcinetur omne genus tutiæ: deinde verò Venus, & hæ ambæ coniungantur ſolutiones, & cum his citrinetur Veneris ſubſtãtia, & cum tutia ſi exercueris, proficuum inuenies. Dealbatur verò per ſublimatam marcheſitam, quemadmodum cum ſublimato argento viuo: & eſt modus idem.

De *medicinis Martem dealbantibus.* Caput XXII.

REſtat ergo, & dealbationes Martis ex medicinis ſibi proprijs creatas narrare, quæ ſunt ſecundum eſſentiam primi ordinis, ſecundum quem fuſionem non habet rectam: ideo expedit nos cum medicina fundente illam dealbare. Eſt igitur omnis medicina Veneris dealbatiua, & Mar-

tis ſimiliter cum eiuſdem ordinis præparatione. Sed fuſiua illius ſpecialis eſt arſenicum cuiuſcunq; generis. Cum quocunq; igitur dealbatur & fũditur, expedit quòd cum argento viuo coniungatur & lauetur, quouſq; omnis impuritas tollatur ab illo, & fiat albũ & fuſibile, aut calefiat cum ignitionis vehementia, & ſuper ipſum proijciatur arſenicum: & cum fuſum fuerit ſuper illũ proijce Lunæ quantitatem: quia quando cum eo vnitur, non ſeparatur ab eo per leue artificium: aut calcinetur & lauetur omnis ex ipſo ſolubilis aluminoſitas, corruptionis infectionem adducẽs, per modum ſolutionis iam dictum. Dehinc verò ab illo ſublimetur arſenicum mundatum per ſublimationem aliquã, & reiteretur multoties, quouſq; cum eo aliquid ex illo figatur. Dehinc verò cum ſolutione litargiri alterna vice imbibatur, commiſcendo & agitando, & aſſando alterna vice, & vltimò reducendo cũ igne, quem docuimus in Iouis reductione à calce ſua. Ex hac enim exibit albus, mundus, & fuſibilis: aut ſolùm cum arſenico ſublimato in calce ſua reducatur, & exibit albus, mundus, & fuſibilis. Sed eandem artificem expedit adhibere cautelam, quemadmodum in Veneris reiteratione ſublimationis ab ea arſenici figentis ſe in illius profundo docuimus. Dealbatur & ſimiliter per marcheſitam & tutiam,

tiam, cum ingenio & induſtria, quæ tibi narrauimus: ſed horum dealbatio, aut mũdatio non eſt ſufficiens.

De medicinis Lunam citrinantibus:

Caput XXIII.

PRoſequentes igitur præmiſſorũm ordinem, medicinam Lunę ſubſtantiam citrinantem in ordine primi generis narremus cum veritate certa. Et eſt ſcil. medicina, quæ eidem in profundo adhæret, & adhęrẽdo colorat, ſiue per naturam propriam, ſiue per artificium huius magiſterij. Narremus igitur medicinam, quę ex ſua radice innata illi adhæret. Deinde verò artificia per quæ facimus rem cuiuſque generis adhęrere cum ingreſsione firma. Elicimus autem illã aut ex ſulphure, aut ex argẽto viuo, aut ex amborum commixtione: ſed per ſulphur diminutè quidem magis, per argentum verò viuum perfectius. Elicitur autem & ſimiliter per quaſdam res minerales, quæ non ſunt huius generis, quemadmodum eſt vitriolum & cuperoſa, quod & gumma cupri, aut eiuſdem ſtillicidium nuncupatur. Afferamus igitur in proximis modos omnes medicinarum, quæ ex argento viuo conſurgunt. Deinde verò quæ ex ſulphure, aut ex amborum commixtione. Vltimò verò & eam quæ ex gumma cupri aut ſimiliũ. Eſt igitur modus eius quæ per argen-

tum viuum fit talis. Sumatur præcipitatum per præcipitationẽ mortificatum & fixum. Deinde verò ponatur in furnum magnæ ignitionis, admodũ conſeruationis calcium, quem docuimus, donec rubeſcat in ſimilitudinem Vſifur. Si verò non rubuerit, tolle argenti viui non mortificati partem, & cum ſulphure reitera ſublimationem illius. Sit tamen ſulphur ab omni impuritate mundatum, & argentum viuum ſimiliter. Et poſtquam vigeſies illius ſublimationem reiteraueris ſuper ipſum præcipitatum, illud diſſolue cum aquarum acumine diſſoluente, & iteratò illud calcina, & iteratò diſſolue, donec exuberanter ſufficiat. Poſt hoc Lunæ partem diſſolue, & cùm ſoluta fuerit, ſolutiones admmiſce & coagula, & ſuper Lunæ fuſionem proijcias. Citrinabit enim citrinitate peculioſa multum. Si verò argentum viuum in præcipitatione rubuerit, ad proiectionem ſuæ perfectionis, ſufficit adminiſtratio dicta ſine commixtione rei tingentis illud. Per ſulphur verò rubificatur, ſed illius eſt rubificatio difficilis, & laborioſa immensè. Citrinatur verò & Luna cum Martis ſolutione ſimiliter. Ad hoc autem nos inducit operis neceſsitas, vt prius calcinemus illum & figamus, quod laboris eſt copia. Dehinc verò hac eadem prẹparatione adminiſtremus, & eadem proiectione ſuper Lunæ

ſub-

ſubſtantiam infundamus. Et tamen non reſultat eius citrinatio fulgens, imò fuſca & liuens citrinitate mortifera. Eius verò quæ per vitriolum aut cuperoſam perficitur, citrinationis modus eſt talis. Tollatur illorũ vniuſcuiuſque quantitas certa, & illius ſublimetur pars quæ ſublimari poteſt, donec cum expreſsione ſublimetur totali. Poſt hoc verò iteratò quod ſublimatum eſt, ſublimetur cum modo ignis illi appropriati, vt ex eo figatur pars poſt partem, donec maior illius figatur pars. Poſtea verò calcinetur cum ignis cautelæ intenſione, vt poſsit illi maior ignis ad perfectionem adminiſtrari. Poſt hoc verò ſoluatur in aquam rubicundiſsimam, cui non eſt par. Dehinc verò ingenieris, vt illi ingreſſum in Lunare corpus exhibeas. Et hæc ingenia tibi ſufficienter monſtrata ſunt, ſi perfecti fueris operis exquiſitor, quod ſcripſimus. Et quia res huius videmus Lunæ profundè & amicabiliter adhærere conſiderauimus, & eſt certum, has eſſe de illorum radice: & ideo per illas alterari contingit. Hæ vtique ſunt medicinæ omnes primi ordinis quas attulimus. Poſſunt tamen illarum plures multiplicari modi, ſalua pigmẽtalium rerum in modorum varietatis eſſentia. Argenti quippe viui non eſt medicina in hoc ordine primo, cùm non ſit medicina ipſum alterans vnica differentia:

imò in complemento totali omnino. Quidam verò plures inuenerunt medicinas, sed vnum ex duobus necessariò euenire contingit. Quòd aut ex eisdem, aut ex eandem naturam habentibus, illos medicinam creare necessarium est. Aut medicinâ componunt, quæ ei quod non est, æquipollet cum alteratione sua, & quæ nec mundo confert, nec mundi partibus, donec motor in sublimi naturæ mobili quieuerit incorruptus.

De differentijs proprietatum medicinæ secundi ordinis.

Caput XXIIII.

REstat igitur ad secundi ordinis medicinas transire, cum sermonis sui exigentia sufficientia vera, & manifestis probationibus cum experientia vera. Cum sit igitur medicina alia corporum mutandorum, alia verò argenti viui perfectè coagulabilis: prius omnium medicinas corporum narremus completè. Dehinc verô ad ipsius eiusdem argenti viui medicinam coagulabilis in Solificum Lunificumq; verum. Est igitur secundi ordinis medicina, quæ quidē imperfecta, sola perfectionis vnica differentia complet. Verùm cùm multæ sint corruptionis causæ in vnoquoq; imperfectorum corporum, videl. in Saturno quidem sulphureitas volatiua, & argenti viui fuga, per quæ corru-

corruptionem adduci necessariò accidit, & illius terreitas: fiat medicina, quæ quidem alterum eorum, aut ex toto tollat, aut palliando decoret, relictis solis alijs imperfectionis causis. Quia igitur corporum est aliquid impermutabile; quod in corporum radice innatum est, quod per secundi ordinis medicinam tolli non potest: ideo omnis illa medicina quæ illud de commixto tollit; non secundi ordinis, sed tertij, & maioris ordinis appellatur medicina. Et quia superfluitates fugientium inuenimus per calinationis modum tolli, & per reductionis reiterationem terreitatem non innatam: ideo necesse fuit medicinam secundi ordinis inuenire, quæ quidem innatũ palliet, & durum remolliat, & molle induret, in duris scil. & mollibus, secundum complemẽtum non sophisticum, sed Solificum, aut Lunificum verum imperfectorum corporũ, perfectè constituat. Cũ pateat igitur in corporib. solis quidem mollibus per ingenia artificiorum huius operis non posse liquefactionis festinantiam tolli, nec impuritatem in principiorum sui radice innatã, necessariò euenit medicinam percunctari, quæ quidem in proiectione illorum tenuitatem inspisset, & inspissando ad suę liquefactionis ignitionis sufficientiam induret: in duris spissitudinem attenuet, & attenuando ad fusionis velocitatem suffi-

cientem cum proprietate ignitionis adducat, & vtriusque generis corporum fuscedinem palliando decoret: & hoc in album, illud verò in citrinum transformet perfectissimum. Non autem diuersificatur hæc medicina, nisi per minoris præparationis imperfectionem. Et non diuersificatur à se, quod in diuersorum corporum proiectione, & pigmentorũ acceptatione constat, sed in modo præparationis. Similiter & alia eget preparationis industria corporũ mollium medicina tenuitatem inspissans: alia verò duorum attenuans spissitudinem. Hæc quidem ignis consumptiui modo, illa verò humiditatis conseruationis administratione eget.

De medicina Lunari & Solari pro corporibus imperfectis.

Caput XXV.

AFferamus igitur sermonem vniuersalem de medicinis huius secundi ordinis completum, cum determinatione certa & vera, & prius omnes Lunares omnium à perfectione diminutorum corporum cum differentijs præparationis eorum. Dehinc verò Solares cum proprijs similiter differentijs. Probauimus autem iam ex nostris sermonib. sulphur cuiusq; generis perfectionis esse corruptiuũ. Argentũ quippe viuum

viuum perfectiuum est in operibus naturæ cõpletis regiminibus. Igitur & naturam mutantes minimè, sed imitantes, in quibus nos sequi est possibile operibus. Et argentum similiter in huius operis magisterio viuum assumimus, in cuiusque perfectionis medicina, lunari scilicet & solari, tàm quidem imperfectorum quã & ipsius argenti viui coagulabilis. Cùm autem iá ex nouissimè dictis sermonibus duplicem medicinæ differentiam diximus: aliam quidem corporum, aliã verô argenti viui verè coagulabilis. Hinc quidem corporũ prius: deinde verò argenti viui narrationem medicinæ tradamus certam. Est igitur per se huius medicinæ materia cuiusq; generis vnica: & est, quod iam sufficienter notum est. Assume igitur illud, & si vis ad lunarẽ secundum ordinẽ tibi promissum exercitatum te redde, & præparato illud cum modis huius magisterij nõtis. Quorum intentio est, vt purá ex illo substantiam diuidas, & partem quidem figas, partem verò ad cerandum omittas: & sic totum magisterium prosequendo, donec compleas tentatam illius fusionem. Quòd si se subitõ fuderit in duris, perfecta est: in mollibus verò econtrà. Hæc enim medicina super imperfectorũ vnumquodq; proiecta, in lunare perfectum mutat corpus, si quidem prẹuenient huic medicinæ præparationes notæ. Si ve-

rò non, diminutum relinquit: sed perficit in altera perfectionis differentia tantùm, quantùm ex huius generis medicinæ ordinis administratione dependet. Quantum verò ex tertij, non præueniente administratione aliqua, perficit in proiectione sola. Solaris verò huius secundi ordinis medicina imperfectorum cuiusq; corporum est eadem materia, & administrationis eodem regimine communicans. In hoc tamen differentiam habet, scilicet in maiore partium per modos proprios digestionis subtiliatione, atque sulphuris subtili præparationis regimine administrati commixtione cum materia modò nota additio. Et est regimen scilicet ipsius purissimi sulphuris fixio, & solutio eius per modum. Cum hoc enim tingitur medicina, & cum hoc proiecta super vnum quodque à perfectione diminutorum, complet in complemento solari, quantum ex huius secundi ordinis medicinæ præparatione dependet, administratione præueniente nota, & certa ipsius à perfectione diminuti corporis. Et super Lunam quoque proiecta, perficit eam in complemento solari peculioso multum.

De

De medicina coagulante argentum viuum.
Caput XXVI.

SEcundum igitur pręmiſſorum ordinem reſtat ex operis complemento, quod in primis nos determinaturos exhibui-mus, ad medicinæ argenti viui coagulantis ipſum, narrationem tranſire. Dicimus igitur quòd ex eiuſdem illius elicitur materia, ſcilicet ex noto in capitulis huius operis multiplicibus. Et illud ideo, quia cùm fugitiuum ſit argentum viuum de facili, abſq; inflammatione aliqua medicina egeat, quæ ſubitò ante fugam eius in profundo illi adhæreat, & illi per minima coniungatur, & illud inſpiſſet, & ſua fixione illud in igne conſeruet, quouſq; adueniat illi maioris ignis tolerantia, eius humiditatem conſumentis, & conuertat illud per hoc beneficium in momento in Solificum & Lunificum verum, ſecundum illud ad quod medicina fuerit præparata. Cùm igitur non inueniamus aliquid magis illi conuenire, quàm ipſum, quod ſuæ naturæ eſt: ideo propter hoc æſtimauimus cum eo medicinam illius poſſe compleri, & ingeniati ſumus formam medicinæ illi per ingenia præſtare. Et eſt ſcilicet, vt præparetur cũ modis ſuis iam dictis cũ diuturnitatis laboris inſtantia: qua omnis illius ſubtilis ſubſtantia & puriſsima, alba quidem in Lu-

na: citrina verò intensa in Sole perhibeatur perfectè. Et hoc quidem non completur, vt citrinum creet sine commixtione rei tingentis illud, quæ suæ est naturæ. Dehinc verò cum hac purissima argenti viui substantia, perficiatur cum huius magisterij operis ingenij, medicina, quæ maximè argento viuo adhęreat, & fundatur facillimè, & illud coagulet. Conuertet enim hoc in Solificum & Lunificum verum, cum præparatione illius præhabita. Sed ex quibus maximè hæc argẽti viui substantia elici possit, solet quæri. Et nos quidem respondentes narramus, quòd in quibus est, ex illis elicitur. Est autem tam quidem in corporibus, quàm in ipso argento viuo secundum naturam, cùm vnius sint reperta naturæ. Sed in corporibus difficilius: in viuo argento propinquius, non autem perfectius. Igitur cuiuscunq; generis sit medicina, tam quidem in corporibus, quàm in ipsius argenti viui substãtia, lapidis precioſi indagatur medicina.

Quomodo medicinis ingreßio per artificium concilietur.

Caput XXVII.

SEd quoniam contingit quandoq; medicinam commiscerі, quandoq; verò non: ideo modum permiscendi narrabimus scil. qualiter vnaquæque res in corpus profundis-

fundiſsimè ingreſſum acquirat, aut vnaquę-
que medicina non intrans. Et eſt modus per
diſſolutionem eius quod ingreditur, & per
diſſolutionem eius quod non ingreditur, &
per commixtionem ambarum ſolutionum.
Facit enim ingreſsiuum eſſe omne illud cu-
iuſuis generis, quod illi per minima coniun-
gitur. Hoc autem per ſolutionem comple-
tur, & completur per ſolutionem fuſio in re-
bus non fuſibilibus: & ideò magis apta ſunt
ingredi & alterare. Et hæc eſt cauſa, quare
quaſdam res calcinamus, quæ non ſunt de
natura harum, ſcilicet vt melius ſoluantur,
& ob hoc ſoluuntur, vt melius ab eis corpo-
ra impreſsionem ſuſcipiant, & ab eis ſimili-
ter per hæc præparentur & mundentur. Aut
ingreſſum damus his quę ſua ſpiſsitudine in-
gredi nō permittuntur, cum multiplici ſubli
mationis reiteratione ſpirituum non inflam
mabilium ſuper illa, Arſenici videlicet, & Ar-
genti viui non fixorum, aut cum multiplici
reiteratione ſublimationis eius, quod ingreſ
ſum non habet. Eſt tamen bona cautela ad
ingreſſum rebus impermiſcibilib. dandum,
vt ſoluatur corpus, de cuius intentione per
has mutari & alterari, & ſoluantur res, quarū
intentionis ſit ingredi cum alteratione. Non
fiat tamē omnium partium ſolutio, ſed qua-
rundam: de hinc illud & non aliud imbiba-
tur corpus vice poſt vicem. Per hoc enim

beneficium in id ſolum ingreſſum habet neceſſariò, non autem in quocunque alio corpore neceſſariò hoc contingit. Ex his igitur modorum ingenijs, neceſſe eſt rem quamlibet ingreſſum, quo ex illius naturæ pẽdet beneficio habere, & alterare cum permixtione inuenta. Per hunc igitur ſermonem, decem medicinarum completur numerus, cum ſuæ traditionis ſufficientia.

De *medicina tertij ordinis in genere.*

Cap. XXVIII.

REſtat igitur nos ad tertij ordinis medicinam tranſire. Eſt aũt huius ordinis medicina duplex, ſcilicet Solaris & Lunaris. Et eſt tamen in eſſentia vna, & agendi modo ſimiliter: & ideo vnica medicina nuncupatur à noſtris veteribus, quorum ſcripta perlegimus. Eſt tamen additamentum citrinantis coloris, qui à ſulphuris fixi mundiſsima perficitur ſubſtantia, differẽtia inter hác & illam, Lunarem ſcilicet & Solarem: hæc quidem id in ſe continet, illa verò non. Eſt tamen hic ordo tertius maioris operis ordo appellatus: & illud ideo, quia maioris ſagacitatis induſtria in illius adminiſtratione, & perfectionis præparatione eſt, & labore longiori ad veritatis complementum indiget. Et ideo non diuerſificatur huius ordinis medicina à ſecundi ordinis in eſſentia vllatenus, niſi per ſub-

ſubtiſsimos præparationis gradus in creatio ne illius,& per diuturniorem laboris inſtantiam. Et hos gradus omnes narrabimus, cũ complemento ſermonis , & præparationis modum completè cum cauſis ſuis,& experientijs manifeſtis:& modorum gradus adminiſtrationis pluris huius tertij ordinis. Alio etenim gradu eget Solaris medicina in pigmentorum præparatione completa,alio verò Lunaris. Hæc quidem ſulphuris adminiſtratione tingentis eam:illa verò non.

De medicina Lunari tertij ordinis.

Cap. XXIX.

PRimò igitur adminiſtrationis modum Lunaris medicinæ narremus. Et eſt, vt accipias lapidem illius notum,& per ſeparationis modum illius puriſsimam partẽ diuidas,& ſeorſum ponas. Dehinc verò eius quæ puriſsima eſt partis aliquid figas, & aliquid ex illa relinquas: & cum fixa fuerit, ſolue quod ex illa ſolubile fuerit: quod verò nõ fuerit ſolubile ad calcinationẽ mittas, & abhinc ſuper idem ſolutionem reitera , donec iterum quod ex ea ſolubile eſt, ſoluatur omnimodè. Sic igitur ordo iſte ſeruetur, quouſque maior ſoluatur quantitas. Poſt hæc verò ſolutiones omnes ſimul commiſce, & coagula. Dehinc verò leuiter aſſando, in ignis temperamento conſerua, quouſque illi maior ad illius exigentiam ignis miniſtrari poſsit.

Post hoc verò primum ſolutionis ordinem ſerua, quouſq; iterato totum ſoluatur quod ex eo eſt ſolubile, & iteratò in ignis temperamento conſerua, quouſque iteratò illi poſsit ignis maior ad eius perfectionem adminiſtrari. Omnes igitur hos ordines præparationis ſuper illa quater reitera, & vltimò calcina per modum ſuum: & ſic precioſiſsimam lapidis terrā ſufficienter adminiſtrando rexiſti. Deinde verò ſeruatæ partis nō fixæ cum hac terræ parte adminiſtratæ quātitatem per ingeniorum ſubtilem coniunge modum per minima. Et ſit ingenium hoc intētionis leuationis eius per modum ſublimationis dictum, quouſque fixum cum non fixo leuetur totaliter. Quod ſi non eueniat, addatur illi iteratò viciſsim nō fixæ partis quantitas, quouſque ad eleuationem illius ſufficiat. Cum igitur eleuata fuerit, reiteretur illius ſublimatio, quouſque per hanc adminiſtrationis reiterationem figatur totum. Cùm igitur totum fixum fuerit, iterato cū non fixę partis quantitate: poſt quantitatem combibe per ingenium tibi notum, quouſque totum iteratò leuetur. Igitur iteratò figatur, quouſq; fuſionem præſtet facilem cum ignitione ſua. Hæc enim medicina eſt, quæ omne à perfectione diminutum corpus, omneq; cuiuſcunq; arg. viuū generis, in Lunare perfectiſsimū transformat corpus.

De me-

De medicina Solari tertij ordinis.
Cap. XXX.

SOlaris igitur huius medicinæ præparationi, non adurentis fit additamentum ſulphuris, per modum figentem & calcinantem, cum aſtutiæ induſtria adminiſtrati perfectè, atque ſolutionis modum multiplicem, cum reiteratione multa, quouſq; mundum fiat: his quidem adminiſtratione perfecta præueniente, quæ per ſublimationē perficitur. Et eſt huius ſcilicet additamenti modus, per reiterationem partis non fixi lapidis, ſublimationis, cum ingenio coniungendi, quouſque eleuetur cum ea, & iteratò cum illa figatur vt ſtet, & quantò huius complementi exuberantiæ ordo reiteratur pluries, tantò & huius exuberantia medicinę multiplicatur magis, & illius magis augetur bonitas, & multiplicatur illius augmentum perfectionis maximè. Et nos quidem, ne mordeamur ab impijs, complemẽtum narramus totum huius magiſterij, ſub breui ſermone completo & noto. Et eſt illius intentio, vt per ſublimationis modum mundetur perfectiſsimè lapis & illius additamentum: & ab hinc quidem cum ingeniorum modo volatiuum ex eis figatur. Dehinc verò fixum volatile fiat, & iteratò volatile fixum. Et in hoc ordine completur arcanum precioſiſsimum

quod eſt ſuper omne huius mundi ſcientia-
rum arcanum, & theſarus incomparabilis. Et
tu quidem exerciteris ad illum, cum laboris
inſtantia maxima, & cum diuturnitate medi-
tationis immenſæ. Cum illa enim inuenies,
& ſine illa non. Et huic quidem medicinæ
reiteratio bonitatis adminiſtrationis, cum
talis cautelæ induſtria poteſt in præparatio-
ne lapidis euenire, quouſque argentum vi-
uum mutet in infinitum Solificum verum &
Lunificum, & non dependet niſi in multipli-
catione illius. Iam igitur laudetur ſublimis
naturarum Deus benedictus & glorioſus,
qui nobis omnium medicinarum reuelauit
ſeriem, cum illarum experientia, quam illius
inſtigationis bonitate, & noſtri laboris inſtá
tia perquiſiuimus, & oculis vidimus, & ma-
nu tetigimus complementum illius noſtro
magiſterio indagatum. Sed ſi quidem hanc
palliauimus, non miretur doctrinę filius. Nõ
enim illi palliauimus, ſed malis & improbis
eam tali ſermone tradidimus, quem latere in
ſipientem neceſſariò accidit: & eodẽ ad illius
inuentionis perquiſitionem prudentes allici-
cio. Filij igitur doctrinæ perquirite, & hoc
excellẽtiſsimum Dei donum vobis ſolis ſer-
uatum inuenietis. Filij inſipientes nequitiæ
& maliuolæ prauitatis, immenſe ab hac ſcien
tia fugite, quoniam eſt vobis inimica & ad-
uerſa, & vos in miſeriam paupertatis conſti-
tuet:

ruet: quoniam vobis penitus hoc Dei donũ diuinæ prouidentię iudicio est occultum, & denegatum omnino. Perquisitis ergo omniũ medicinarum modis, nostri propositi prosequentes intentum, ad eas quæ huius magisterij perfectionem notificant, cum probationum causis ab hinc transeundum est.

TERTIA ET VLTIMA PARS HVIVS *secundi Libri de probationibus perfectionis.*

Diuisio dicendorum. Cap. XXXI.

PRÆtermissis igitur manifestis experiẽtijs, de quibus narrationem non facimus, cum omnibus sint notę & certę absque vllius sagacitatis ingenio, ponderis scilicet, & coloris, & extensionis per malleum: artificiorum experientias tentemus cum cautela, an sit huius artis administrationis projectio, complementum cum veritate adducens, quæ sunt scilicet Cineritium, Cementum, Ignitio, Fusio, super vapores acutorum Expositio, adurentis sulphuris mixtione Probatio, Extinctio, calcinationis & reductionis Reiteratio, & argen-

ti viui facilis aut difficilis ſuſceptio. Primum igitur ſecundum ordinem inchoandum: deinc verò ſecundum eundem ad alia, ſecundum promiſsionem perfectè curramus cum cauſis eorum notis.

De Cineritio, quare quædam corpora in eo perdurent, quædam non.

Cap. XXXIII.

DIcamus igitur ſermonem de Cineritio cum ſuis omnibus cauſis manifeſtis, & ſuæ confectionis modo. Eſt autem ſola Solaris & Lunaris ſubſtantia, in cineritij perdurans examine. Perquirentes igitur horum corporum perfectorũ veras ſubſtantiæ differentias, & cauſas ſimiliter cineritij, quare quædam magis, quædam verò minus in huius magiſterij examine à perfectione diminutorum perdurent, percunctabimur. Eſt tamen à nobis ſufficienter narratum horum duorum ſecretum corporum in profundo illorum ſubſtantiæ. Et eſt ſcilicet, quòd illorum prima radix multa fuit Argẽti viui quantitas, & puriſsima illius eſſentia, & ſubtiliſsima prius, poſtea verò inſpiſſata, donec cum ignitione fuſionem ſuſcipiat. Quæcunque igitur à perfectione diminuta plus terreitatis habent, minus in hoc perdurant examine: quæcunq; verò minus, plus. Quoniam hæc quidem magis adhærẽt, propter eorum partium

tium ſubtilitatem maximè ſe permiſcentem & vnientem. Et ſimiliter quæ maioris tenuitatis ſunt corpora, aut econtrà quidem, quæ maioris ſpiſſitudinis corpora, quàm quæ in perfectione conſiſtunt, neceſſe eſt de commixto ſeparari omnino, quia non ſunt eiuſdem fuſionis, & ideo ſeparantur. Et quidem quæ minoris ſunt argenti viui quãtitate participantia, facilius de commixto ſeparantur. Patet igitur, qnôd cum ſit multæ terreitatis Saturnus, paucæque argenti viui quantitatis, facilisque tenuitatis liquefactionis, quæ maximè perfectioni examinis cineritij ſunt oppoſita, ideo inter cætera corpora minimè in cineritij artificio in commixto perdurat, imò citiſsimè ſeparatur & cedit. Ideoq; cum inter cætera à perfectione diminuta corpora magis cedat, per hoc magis proprius eſt huius magiſterij examini: & illud ideò, quia citius cedit, & citius imperfectorum vnumquodq; ſecum de commixto trahit. Et propter hoc ſaluatur maior perfecti quantitas ab ignis examinis combuſtione forti, quia non quieſcit ſpacio temporis longo perfectum in conſumptione examinis: & ideo ex eo per plumbi examen minus comburitur, & facilius depuratur. Quia verò Iouis ſubſtantia pluris argenti viui capax extitit, & minore terreitatis quantitate, maioreq; puritate illius, atque ſubtiliore ſubſtantia partici-

pās,ideo magis in commixto ſaluatur quàm Saturnus & Venus, quia magis commixto in profundo adheret. Et hæc eſt cauſa, quare multa perfecti deletur quantitas, priuſquam ab illo ſeparetur coniunctus. Venus verò fuſionem cum ignitione præſtat. Sed quia tardior eſt illius quàm perfecti fuſio, ideo ſeparatur de commixto: tardius tamen quàm Saturnus, propter ignitionem ſubſtantiæ ſuæ fuſibilis. Quia verò minoris eſt argenti viui quantitatis quàm Iupiter, & maioris terreitatis, & ſubſtantiæ ſpiſsioris, ideo facilius quàm Iupiter de commixto tollitur, quoniam in profundo magis Iupiter quàm Venus adhæret. Mars verò fuſionem non habet, & ideo non permiſcetur: quod propter ſuæ humiditatis priuationem contingit. Sed & ſi propter ignis vehemētiam illum permiſceri contingat, quia humiditatem non habet, Lunę aut Solis humiditatem combibendo, ei per minima vnitur: ideo licet terreitatem multam, & argēti viui paucitatem, & fuſionis carētiam habeat, non ſeparatur ab eis per artificium leue. Per hoc igitur artificis dilatatur induſtria, ad cuiuſque corporis rectificationem veram, ſi rectè eius quod ſcripſimus efficaciam nouerit. Si verò fantaſticè ſuper illud intellectum contraxerit, nihil ex eo veritatis cognoſcet. Sunt autem duo in huius examine perdurantia perfectionis corpo

ra,

ra, Sol ſcilicet & Luna, propter bonam compoſitionem, quæ per bonam mixtionem reſultat, & illorum puram ſubſtantiam.

Cinericij examen, quomodo ſit componendum & exercendum.

Cap. XXXIII.

NArremus igitur modum illius. Et eſt vt tollatur cinis cribellatus, aut calx, aut puluis oſsium animalium combuſtorum, aut horum omnium commixtio, aut quorundam. Dehinc itaque cum aqua made fiat, & ſuper illud prematur manus, & fiat ſtratum firmum & ſolidum, & in medio ſtrati fiat rotunda foueà & ſolida, & ſuper illius fundū ſpargatur vitri triti quantitas aliqua. Deinde verò exſiccari permittatur, & cum ſicca fuerit ponatur illud de cuius intentione ſit tolerare huius examen, in foueam dictam, & ſuper illam carbonum ignis fortis ſuccendatur, & ſuper faciem examinabilis ſuffletur corporis, donec fundatur. Quo fuſo, Saturni partem poſt partem proijciamus in illud, & ſuper illud ſuffletur cum flamma fortis ignitionis. Et dum videris illud agitari, & moueri motu concuſsionis forti, non eſt purum. Expecta igitur, donec totum euaneſcat plumbum. Quòd ſi euanuerit, & non ceſſat illius motus, non eſt depuratum. Iteratò igitur ſuper illud plumbum proijce, & ſuper illius faciem iteratò ſuffla, donec plum

bum ſeparetur. Quod ſi non quieuerit, iteratò poſt plumbi proiectionem, ſufflationem in illius faciem procura, quouſque quieſcat, & videas illud mundum & clarum in ſuperficie ſua. Poſt hoc verò carbones aperi, & ignẽ diſsipa, & in faciem eius aquam perfunde: hoc enim perfectè examinatum inuenies. Et ſi quandoque in ſufflatione huius examinis vitrum proieceris, melius & perfectius depurabitur, quoniá ſordes tollit, & illas infiſcat. Poteſt tamen loco vitri ſal proijci, aut borax, aut alumen aliquod. Similiter & confici poteſt huius examen cineritij in crucibulo terreo, & in circuitu illius ſufflari, & ſuper faciẽ eius ſimiliter, vt citius confletur examinandum. His igitur ſufficienter narratis ad cemẽti examen tranſeamus cum cauſis ſuis, & ſuis experientijs manifeſtis & notis.

De cemento, quare quædam corpora plus, quædam verò minus illud perferant.

Cap. XXXIIII.

DIximus autem, quòd corpora quædam magis, quædam verò minus, per ignis comburuntur calcinationis modum: vt quæ pluris ſunt ſulphuris quantitatem cõbuſtibilis continentia, magis: quæ verò minus, minus. Quia igitur Sol inter cætera corpora minoris eſt ſulphuris quantitatis: ideo inter cætera omnium mineralium corporũ mini-

minimè per ignis inflammationem comburi
tur. Luna verò poſt Solem inter omnia cor-
pora reliqua minus eſt ſulphuris quantitatis
participans, pluris autem quàm Sol. Igitur
minus poteſt ſecundum hoc inflammatio-
nis ignitionem temporis ſpacio longo tole-
rare quàm Sol, & res per conſimilem combu
rentes naturam. Minus Venus: quia Sole &
Luna pluris eſt ſulphuris, & terreitatis maio
ris, ideo minus inflammationem ignis tole-
rat. Iupiter verò minus Venere, plus verò
Sole & Luna ſulphureitatis & terreitatis par
ticipat, & ideo minus per inflammationem
Venere comburitur, plus verò Sole & Luna.
Saturnus verò plus terreitatis & ſulphurei-
tatis per naturam in commixtione ſeruauit,
quàm nunc dicta corpora: & ideo citius & fa
cilius omnibus dictis inflammatur corpori-
bus, & per inflammationem comburitur ve
locius, ppter hoc, qd ſulphureitatē maximè
habet coniunctā, & Ioue magis fixá. Mars ve
rò nō per ſe, ſed per accidēs nō cōburitur. Cū
enim cum multę humiditatis cōmiſcetur cor
poribus, combibit illam, propter ſuæ humi-
ditatis carentiam: & ideo coniunctus non in
flammatur, nec comburitur, ſi non inflamma
bilia nec combuſtibilia ſint corpora ſibi vni-
ta. Si verò combuſtibilia ſint illi commixta
corpora, ſecundum naturam ſuæ combuſtio
nis, neceſſariò euenit, Martem comburi & in

flammari. Cum igitur ex rebus constituatur inflammabilibus cementum, patet causa illius inuentionis necessaria: & fuit, vt omnia combustibilia adurerentur. Cum igitur vnũ solum sit corpus incõbustibile, solum illud, aut ad illius naturam pręparatum, in cemẽto saluatur. Durant tamen quędam magis, quædam verò minus in cemento. Quę verò magis, & quæ minus, nota sunt cũ causis dictis. Durant igitur plus Luna, minus verò Mars, adhuc verò & minus Iupiter, minus verò & adhuc Venus, minimè verò Saturnus.

Cementi examen quomodo sit componendum & exercendum. Cap. XXXV.

NArremus igitur cementi modũ. Cunque cognitu nobis sit maximè necessarius in perfectionis examine, dicimus quod illius compositio est cum inflammabilibus rebus. Et sunt huius generis res omnes denigrantes, & fugientes, & penetrátes, & cõburentes: sicut est vitriolum, sal ammoniacum, & æris flos, & lapis fictilis antiqui contriti, & sulphuris minima quantitas, aut nihil, & virilis vrina, cum similibus acutis, & penetrantibus. Incementantur igitur hæc omnia cum vrina virili, & super corporis illius tabulas tenues ponuntur, de cuius intentione sit ꝓbationis examinari iudicio. Dehinc verò tabulæ conclusæ in fictili vase extendátur super cratem ferream, ita tamen, quod v-

na

na ex eis alteram non tangat, vt liberè ignis virtus ad illas percurrat æqualiter, & sic triduo in igne forti conseruetur fictile. Cautela tamen adhibeatur, vt igniantur tabellæ, sed non fundantur. Post tertiam autem diem tabellas omni impuritate mundas inuenies, si in perfectione illarum extiterit corpus. Si verò non, corruptas omnino & calcinatione combustas. Quidam tamen ponunt ad inflammationem tabellas, absque compositionum cemento, & depurantur similiter, si perfectionis sint corpora. Si verò non, comburuntur omnino. Longiori tamen combustionis spacio in hoc vltimo egent examine, qđ sola ignis inflammatione perficitur, quã quę cementi examinantur iudicio. Sed cum Luna quidem à Solis natura non multa distet differentia, pauco administrationis modo in iudicio cum illo quiescit. Et neque separatio corporum fit ab inuicem in his duobus examinis generibus, nisi propter diuersitatem compositionis substantiarũ eorum: qa ex eo resultat fusionis diuersitas, & spissitudo, & raritas: quę quidem separationis sunt causæ, quia propter illorũ fortẽ compositionem non corrumpitur illorum substantia à substantia corporis extranei, cum non fiat illorũ per minima mixtio. Et ideo necesse est, illa de commixto à se inuicem separari, sine corruptione totali illorum essentiæ. Quam-

obrem administratio corporum imperfectorum completa, dignoscitur, cum eiusdem fusionis, & ignitionis, & soliditatis, administra tionis reperta sunt ingenio.

De ignitione. Cap. XXXVI.

REstat igitur vt capitulum de Ignitione tradamus. Dicimus igitur, quoniá corpora maximæ perfectionis cum ignitione determinatá, reperta sunt ignem susci-pere ante fusionem illorũ. Et ideo dicimus, si alterationem illorũ completam adinueni-re conamur, necesse est ad fusionem illorum corpora administrata redigere. Et est scili-cet, vt priusquam fundátur perfectionis cor-pora, ignitionem suscipiant cum inflamma-tione, cæleſtini coloris amœnitatis, priusquã perueniat illorũ ignitio ad albedinem ignis, quam oculus nequaquam possit conspice-re. Patet igitur ignitionem illorum perfectá compleri ante fusionem, cum rubore inten-so, & non cum albedine, quam non possit conspicere oculus. Si enim priusquam igni-antur administrata fundantur corpora, in cõ plemento non sunt. Si verò & igniantur cum labore & ignis expressione forti, non est illorum administratio vera. Et hoc quidẽ in mollibus. Idem verò in solo Marte contin git colligi. Non enim non ignibilia de facili ignitionem preparationis modò suscipiunt, neque non fusibilia fusionem rectam, quá in

perfe-

perfectis ſecundum naturam inuenimus. Et ſi cum ignitione flammam amœnitate cœleſtini coloris non prætendant adminiſtrata, non eſt illorum completa adminiſtratio. Et ſi minuitur aliquid ponderis, coloris, pulchritudinis, ignitionis, & ſimilium ex præparamenti differentiarum bonitatis inuentum aſtutia, non fuit artificis indagatio. Reiteratò igitur inquirat, donec inueniat cum modis diuina bonitate collatis.

De *fuſione*.

Caput XXXVII.

IN fuſionis igitur narratione ſufficientiã tradamus, ſecundũ quòd examen eſt corporum omnium ad ignitionem illorum certam. Dicimus igitur quod vnica eſt perfectionis fuſio cum ignitione, ſed non cum cuiuſque ignitionis genere, ſed cum ignitione in qua non albeſcit omnino corpus, & cum ignitione in qua non fit fuſcedo igni adueniens, & in qua non ſubitô poſt ignitionem fundatur, & liqueſcat corpus vt fluat. Igitur cùm ſe fuderit corpus ex minima ignis preſsione debilis, aut ſine ignitione, aut cum ignitione fuſca, huius præparationis neceſſe eſt corpus imperfectionis eſſe vnumquodque imperfectorum corporum, in artificio diminuto. Et ſi poſt fuſionem

infrigidari omittatur, & omnino ſubitò in nigredinem illius vertatur ignitio, & ob hoc quidem prius quàm dureſcat, ignitionẽ per dat, non eſt in complemento corpus, cuiuſcunq; generis illud extiterit. Sed iudicari quidẽ expedit mollitiei hoc corpus exiſtere ex imperfectionis corporum generibus. Et ſiquidem cum ignis laborioſa expreſsione fortis & violenti fiat illius ante fuſionem ignitio & radio fulgoris inæſtimabilis albeſcentis omnino, iam nõ perfectionis, ſed duritiei alteratũ eſt corpus. Et ob hoc quidem ſi poſt illius fuſionem ab igne tollatur, & ſubitò induretur; vt non fluat, manente illius ignitione fulgida, iam non Lunaris aut Solaris perfectionis corpus exiſtit, cuiuſcunq; generis & prẹparationis corpus fuerit adminiſtratum, ſed ſub Martis differentiarum natura ponatur. Patet igitur ex iam dictis, triplicem in fuſibilibus ignitionem ante liquefactionẽ ſubſtantiarum illorum experimento recolligi: vnam ſcil. fuſcam: alteram verò rubeam & claram, albisſimam verò tertiam, radio fulgentem. Prima quidẽ eſt mollium, ſecunda perfectorum, tertia verò durorum corporum ratione & experimento probatur. Sed & qui harum omnium ignitionum deſiderat gradum perquirere, omnia fuſibilia conflet corpora, & ignis conſideret ſufficientiam ad fuſionis perfectionem completam,

tam, & considerando recolligat omnium signorum fusionis gradus differentiam, & sic quidem inueniet: aliter verò nō. Et hoc quidem tibi adducatur exemplar in omnibus à nobis determinatis, atque determinandis examinationis maneriebus. Et hęc itaque de fusione dicta sufficiant.

De expositione corporum super vapores acutorum.

Caput XXXVIII.

PRosequentes igitur sermonis complementum, de corporum expositione super acutorum vapores narremus. Dicimus igitur, quòd perfectionis videmus corpora super acutorum vaporem exposita, acrium videl. ponticorum & acetosorum, similiter omnino aut nihil florere, aut amœnisſimum cœlestinum florem emittere. Sed solem purisſimum non florere. Lunam verò aut solem non purum super acutorum vapores exposita, florere cōperimus, & cælestinū amœnisſimum, amœnius solem q̄ lunam. Et ob hoc igitur naturā imitantes, & nos similiter in pręparatis colorē cœlestinū creemus corporibus, qui per argenti viui bonitatem perficitur, vt sufficienter à nobis narratū est in præcedentib. nostri sermonis. Quæcunq; igitur prępparata corpora super vapores acutorū extiterint, & cœlestinū nō creauerit a-

mœnitatis colorem, non ſunt in præparationis complemento totali. Itaque eſt ex corporibus quoddam, quod rubeũ fuſcum, aut citrinum fuſcum viriditati admixtum colorem in examine ponticorum floret in ſuperficie ſua, vt huius generis eſt Mars. Quoddam verò viride fuſcum in ſuperficie floret, cœleſtino admixtum turbido, & huius generis eſt Venus. Quoddam verò albũ fuſcum, & huius generis Saturnus comperitur. Quoddam verò album clarum, & huius generis eſt Iupiter. Quia igitur maximè perfectum corpus minimè floret, aut nihil: & ſi quid floret, tardiſſimo temporis floret ſpacio. Et Iupiter quidem omnium tardiſſimè inter diminuta à perfectionis complemento corpora gummoſitatẽ ſuam floret. Ideo per huius magiſterij examen conſideramus Iouem, maximè perfectioni approximare in opere maioris ordinis. Per hoc igitur examen perquiri poterit, in quo pertractatum temperanti genere conſiſtat corpus, ſi rectè horum conſideraueris ordinem, quæ narrauimus in hoc capitulo. Sin autem non, tuæ imputa temeritatis inſipientiæ.

De ex-

De extinctione ignitorum.
Cap. XXXIX.

IN extinctionis igitur examine narrationem adducamus totalem. Est tamen multiplex illius experientia, in qua cognoscitur vtrum in perfectione magisterium consistat. Primùm igitur, si ignitum corpus in liquore extinguatur: & Lunare quidem album non fiat, & Solare citrinum fulgidum, sed in alienum mutetur colorem, non est in complemento alteratio magisterij. Vt si quidem in reiteratione suæ ignitionis & extinctionis in aquis salium aut aluminum cuiuscunque generis administratione creatis, scoriam nigredini affinem in sua superficie prætenderit: aut extinctione illius in sulphuribus, & ab extinctione, ignitionis reiteratione multa euanuerit: aut nigredine fœda se infecerit: aut omnino per mallei compulsionem se confregerit, fallax est operis artificium. Aut si ex salis ammoniaci, & viridis æris, & puerilis vrinæ mixtionis cementatione, aut in natura consimilium, & ad ignitionem positum, & post ignitionem & extinctionem sui, ad extensionem similiter Lunare vel Solare ex toto colorem amiserit proprium, aut scoriam creauerit, in corruptione constat corpus adhuc permanere sophistica. Vnam tamen generaliter tibi

tradimus regulam certam, quod tam in dictis quàm à nobis dicendis examinibus, si quid ex perfectionis differentijs alteratum commutauerit corpus ponderis, videlicet aut coloris, non rectè, sed phantasticè indagauit artifex opus: quod non peculiosum, sed perditionis est potius.

De adurentis sulphuris admixtione.

Caput XL.

EX sulphuris igitur mixtione, vtrum in perfectione consistat magisterium, approbatur similiter, quia experientia nostra inuenimus sulphur corporibus commixtum, quædam magis, quædam verò minus comburere: & quædam à cõbustione illius redire, quædam verò non, nostro comperimus artificio. Et ex hoc itaq; differentia notari potest inter ipsa à perfectione diminuta corpora præparata in complemento sophistico. Igitur cũ inter cætera corpora cuiusq; inuenimus generis, solem minimè per sulphur comburi: abhinc verò & postea Iupiter, deinde verò Luna, post hoc Saturnus, & facilius quidem his omnibus Venus, facillimè Mars per sulphuris oleaginitatem comburitur. Ideo per hoc notatur quod magis, quod minus naturæ perfecti approximat. Et ex diuersitate colorum post corporum combustionem perquiri potest, in quo alteratũm

ratum genere ex ſuæ naturæ radice corpus conſiſtat: quoniam ſol quidem citrinum intenſum, aut rubeum clarum, Luna verò nigrum cœleſtino admixtum, Iupiter verò nigrũ, modica rubedinis tinctura admixtum, Saturnus verô nigrum fuſcum, multo rubori & liuiditati admixtũ, Venus verò nigrum, liuiditati admixtum, multa præexiſtente cõbuſtione ſulphuris, pauca verò præexiſtente combuſtione nitidisſimè, & amœnũ violaceum protendit ex ſulphuris commixtione colorem: Mars verô in omni combuſtionis genere nigerrimũ fuſcum coloré creat. Ex reductione autem à ſulphuris cõbuſtione notatur ſimiliter diuerſitas in corporibus. Quædam verô redeunt, quædam verò ignis expreſſione à reductione cum ſulphure recedunt, aut totaliter, aut eorum quantitas maior: quædam verò in ſuæ naturæ corpora, quædam verò in aliud quàm ſuæ naturæ redeunt à cõbuſtione ad corpus. Redeunt ad proprij naturam corporis, à ſulphuris combuſtione ſol & luna: recedũt autem Iupiter & Saturnus. Iupiter autem aut totaliter, aut ſecundum ſui maiorem partem. Saturnus verò non ex toto recedit, ſed quandoq; maior, quandoq; verò minor illius deletur pars. Horum autẽ contingit diuerſitatem exiſtere propter naturam rerum & corporum, & adminiſtrationis eorum in opere

præparationis differentiam, quia ſcilicet ex ſubita ignis expreſſione de reductione Iouem deleri contingit: ex ſucceſſiua verò & paulatiua, & Saturnum & Iouem ſaluari.
Eorum tamen reductio in alieni corporis potius quàm proprij naturam vergit. In clarum quidem videlicet antimonium Iouis: in fuſcum verò Saturni conuerti reductionem repertum experientia noſtra extitit.
Venerem verò minui in ignis reductionis impreſſione: Martem verò magis contingit. Sed Veneris quidem eſt reductio ponderoſa, & citrina, fuſca, & mollis, nigredinem participans, cum ſui augmento ponderis corporis. Ex his igitur perquiri poterit omnium alteratorum natura corporum.

De *Calcinatione & reductione.*

Caput XLI.

DE calcinationis igitur & reductionis reiterationis examine dehinc perquirendum. Innuimus igitur, quòd perfectionis reperta ſunt corpora in calcinationis & reductionis reiteratione ex bonitatis differẽtijs, nihil coloris, ponderis, aut quantitatis, de qua curandum ſit nimium: aut fulgoris perdere, quantumcunque reiteretur ad illa operationis illarum multiplicitas.
Et ideo ſi per reiterationem modorum calcinatio-

cinationis & reductionis à calce, ex omni metallorum alteratorum genere, bonitatis differentijs perdant aliquid, æstimandum putes sophisticè perquisitionem artificem indagasse. Quamobrem igitur ad illas exciteris, vt eas cognoscas.

De facili & difficili susceptione argenti viui.

Caput XLII.

IAM igitur vobis patuit veridicè, maximam argenti viui quantitatem continentia perfectionis existere corpora: & ideo maximè argento viuo amicari. Quamobrem autumandum corpora magis perfectioni approximare, quæ magis amicabiliter argentum viuum combibunt. Et huius est signum argenti viui facilis susceptio à Solari aut Lunari perfectionis corpore. Ob huius igitur rationis causam, siquidem alteratum corpus de facili in sui substãtiam argentum viuum non suscipiat, à perfectionis maximè complemento distare necesse est.

Recapitulatio totius artis.

Caput XLIII.

QVia pertractauimus huius magisterij causarum efficientiæ experientias notas, secũdum nostri propositi sermonis exigentiam, restat nos ad comple-

mentum totius operis diuini peruenire in capitulo vno, & in ſummam contrahere ſermonis abbreuiati in capitulis diſperſum magiſterium. Dicimus igitur, quòd totius operis intentionis ſumma non eſt, niſi vt ſumatur lapis in capitulis notus: deinde verò cũ operis inſtantia asſiduetur ſuper illũ opus ſublimationis primi gradus: & per hoc mundatur à corrumpente impuritate, & eſt ſcil. ſublimationis perfectio, vt cum ea ſubtilietur lapis, donec in vltimam ſubtilitatis puritatem deueniat, & vltimò volatilis fiat. Ab hinc verò cũ fixionis modis figatur, donec in ignis aſperitate quieſcat. Et hic ſecundi præparationis gradus meta conſiſtit. Sed & tertiò ſimiliter lapis adminiſtratur gradu, qui in vltimo conſiſtit præparationis complemento, ſcil. vt iam fixum lapidem cũ modis ſublimationis volatilem facias, & volatilem fixum, & fixum ſolutum, & ſolutum iteratò volatilem, & iteratò volatilem fixum, quouſq; fluat & alteret in complemento ſolifico & lunifico certo. Ex reiteratione igitur præparationis huius gradus tertij in medicina, reſultat bonitatis alterationis multiplicatio. Ex diuerſitate igitur reiterationis operis ſuper lapidem in gradibus ſuis reſultat multiplicationis bonitatis, alterationis diuerſitas, vt ex medicinis quædam quidem ſui centuplum, quædam verò ducẽtuplum,

quæ-

quædam tercentuplum, quædam verò milecuplum, quædam verò infinitum Solificum, & verum perfectionis Lunificũ transmutet corpus. Abhinc igitur & vltimò tentetur, vtrum in perfectione consistat magisterium.

Quem modum author in arte tradenda seruauerit.

Caput XLIIII.

SEd ne nos quidem mordeamur ab inuidis, narramus quòd non tradidimus scientiam nostram sermonis continuatione, sed eam sparsimus in diuersis capitulis. Et hoc ideo, quòd eam tá probus quàm improbus, si continuè fuisset tradita, vsurpasset indignè. Et eam similiter occultauimus, vbi magis apertè locuti fuimus: non tamen sub ænigmate, sed sub plana sermonis serie artificẽ allocuti fuimus, & tali sermonis modo eam ascripsimus, quàm solius Dei altissimi, benedicti, sublimis & glorioſi, & nostræ, qui illam scripsimus, mẽti recolligi accidet, aut diuinæ gratia bonitatis perfusi, quæ cui vult largitur, & subtrahit. Non desperet igitur doctrinæ filius, quia si illam quæret, eam inueniet: non doctrinæ, sed proprij motus indagatione naturæ: quia qui per suæ industriæ bonitatem quęret, scientiam inueniet: Qui verò per librorum insecutionẽ quęsiuerit, tardissimè ad hanc perueniet artem pre-

ciosissimam, quia nobis solis, artem per nos solos inuestigatã ædidimus & non alijs, verisimam tamen & omnino certam. Solùm igitur prudentes ad artem allicuimus, & per ingenia à nobis tradita viam inuestigationis eisdem exposuimus: Non autem eam inuentam nisi solis nobis scripsimus, sed & inuentionis modum & modorum ingenia. Per ea igitur quæ tradidimus, exerceat se bonæ mentis artifex, & Dei donum altissimi se adinuenisse lætabitur. Ad artis igitur excelsæ perquisitionem hæc dicta sufficiant.

Libri Secundi summæ perfectionis Gebri.

FINIS.

GEBRI

GEBRI ARABIS PHIPOSOPHI SOLERTISSIMI, RERVMQVE NATURALIVM peritissimi Περὶ χημείας liber, quem inscripsit, De inuentione veritatis, siue perfectionis, Incerto interprete.

De sex proprietatibus rerum, ex quibus medicina elicitur.

Cap. I.

CONsiderauimus in nostris voluminibus, secretis, & diuersis quòd de naturæ principiorũ naturaliũ proprietatibus, quin etiam per experientiam nostram, & inuestigationem inuentionis nostræ omnimodè certam, non inueniemus aliud nisi quòd eà, ex quibus elicitur nostra medicina, in corporibus transmutandis habeant in se has qualitatum proprietates. Primò, quòd habeant terrã subtilissimam in se, & incombustibilẽ, & in commistione aptam ad figendum, non omnimodè fixam cum suo proprio radicali humore. Secundò, humiditatem aeream & igneam vniformiter illi terræ coniunctã sic, quòd si vnũ fuerit volatile, sit & reliquum.

Et quòd ipſa humiditas exiſtit ſuper omnes humiditates, expectans ignis calorem, vſq; ad ſui ſufficiẽtis inſpiſſationis terminũ completum, quo ad indigentiam completionis ipſius cum permanentia inſeparabili terræ ſibi annexę ſine euaporatione. Tertiò, quòd huius humiditatis diſpoſitio naturalis ſit talis, quòd per beneficium ſuæ oleaginitatis in omnib. ſuarum proprietatum differentijs terram ſibi annexam, conuerſione vtriuſq; in alterum homogenicè, ſic contemperet vnctuosè, & vnione totali, & vinculo coniunctionis inſeparabilitatis æqualiter, vt poſt finalis præparationis gradum fuſionembonam præſtet, ſecundum eſſentiam & proprietatem metalli, in quod conuerti nititur: vel ad ipſam ſuſcipiendam ſe inclinet. Quartò, quòd hęc oleaginitas viſcoſa ſit tantæ puritatis eſſentiæ, & ab omni re combuſtibili, ſeu vrẽte artificialiter emũdata, quòd omnia cum quibus per minima coniungitur, non comburat, ſed à combuſtione præſeruet. Quintò, quòd claram & ſplendidam habeat tincturam in ſe, albam vel rubeam, mundam, permanentẽ & incombuſtibilem, ſtabilẽ & fixam, quòd ignis nequaq̃ valeat ipſam permutare, neque ſulphurea aduſtiua, ſeu acuta corrodentia ipſa corpora corrumpere & defœdare. Sextò, quòd totum compoſitũ inceratum cum ſuo complemento finali,

nali, sit tantæ subtilitatis materiæ, maximęque tenuitatis, quòd post finalem suæ decoctionis terminum, in proiectione tenuissimæ maneat fusionis ad modum aquæ, & penetrationis profundæ, vsq; ad vltimum occultum rei permutabilis, cuiuscunq; fixionis ipsa extiterit in complemento, & cum vicinitate sua, seu affinitate adhæreat suo simili naturaliter, cum inseparabili consolidatione contra impressionem ignis in ipsa hora, sua spirtualitate corpora in volitum reducens.

De septem medicinæ proprietatibus.

Caput II.

His consideratis, inuenimus inuesti gatione nostra, septem proprietates rerum in nostro lapide necessarias & opportunas, & sunt hæ, oleaginitas, materię siue medicinæ tenuitas, affinitas, radicalis humiditas, puritatis claritas, terra figens, & tinctura. Prima verò dictarũ differentiarũ proprietas, est ipsa oleaginitas dãs in proiectione vniuersalem fusionẽ, & apertionem materię. Nam primũ quod necessarium est post medicinę proiectionem, est ipsius medicinę subita & conueniens fusio, quæ cum oleaginitate minerali perficitur ac inuisceratur. Secunda est materię, siue medicinæ tenuitas, siue ipsius subtilitas spiritualis, tenuissimè fluens, in fusiõe ad instar aquæ penetrãs in pro

fundū rei alterabilis, quia ſecundò poſt fuſio nem medicinæ, neceſſaria eſt ingreſsio eius immediatè. Tertia eſt affinitas, ſiue vicinitas inter elixir, & ré tranſmutandá, dans adhærē tiam in obuiatione ſui ſimilis, & retentione, quia tertiò poſt medicinæ ingreſsionem im mediatè adhærentia conueniens eſt & ne-ceſſaria. Quarta eſt radicalis humiditas, i-gnea, cōgelans, & conſolidans partes reten-tas cum adhærentia ſui ſimilis, vnione om-niū partium conſimilium inſēparabiliter in æternùm: quia quartò poſt adhærentiam, oportuna eſt partium conſolidatio cum ſua radicali humiditate viſcoſa, & neceſſaria. Quinta eſt puritatis claritas mundificatiua, dans ſplendorem eminentem, in combuſtio ne exiſtenti nō adurentis. Nam poſt cōſoli-dationē partium purificatarum relinquitur, quòd ignis actualis habet cōburere omnes ſuperfluitates extraneas, non conſolidatas: quare ſequitur quòd purificatio immediatè, eſt neceſſaria. Sexta eſt terra figens, tempe-rata, tenuis, ſubtilis, fixa, incōbuſtibilis, dás fixionis permanentiá in ſolutioue adhæren tis cū eo, ſtans & perſeuerās contra ignem: quare ſextò neceſſaria eſt immediatè fixio poſt purificationē & oportuna. Septima eſt tinctura dās colorē ſplendidum & perfectū, albū, aut citrinū intensū, & in lunificationē, ſeu ſolificationē rerum tranſmutabiliū, quia ſeptimò

ſeptimò poſt fixionem neceſſaria eſt tinctura ſplendida, & vlterius color tingens, ſeu vtilis tinctura colorans materiam conuertibilem in verum argentum, vel aurum cum omnibus ſuis differentijs certis & notis.

Diuiſio totius libri in quatuor particulas.

Cap. III.

SVfficienter ad artis exigentiam diſputauimus contra negantes artem, & de principijs naturalibus, quæ ſunt de intentione naturæ in metallorum procreationibus & de corporibus, & eorum procreationibus, & præparationibus, & vltimò de medicinis, & examinationibus eorum trãſmutatorum, vtrum in perfectionis ſteterit complementum, in Summa noſtra perfecti magiſterij. Et ibidem ſcripſimus modum inuentionis artis noſtræ, & modorum noſtrorum ingenia, ſecundum veritatem quam vidimus, & tetigimus. Hic verò nunc in noſtro libro de perfectionis Inuentione tractabimus, & declarabimus ſpeciali modo ea quæ neceſſaria ſunt in hoc noſtro magiſterio, & modum præparationis, cum eorum pondere, & menſura, & proportione certa non coniecturali. Volumus autem hũc librum noſtrum in quatuor particulas diuidere. Et in prima de medjs mineralibus, & eorum præparationibus tractare ſufficienter, vt ſint apta in cunctis præpa-

rationibus extractione ſpirituum, & corporum imperfectorum completis. In ſecunda de ſpirituum mundificationibus, & præparationibus integris eorundem. In tertia de imperfectorum corporum pręparationibus diuerſis ſecundum exigentiam operis complementi. In quarta de omnibus medicinis ſpecialiter pro quolibet corpore, vel ipſomet argento viuo in verum ſolem & lunam transformando cum proiectione, pondere, & menſura, ſecundum neceſſitatis exigentiam ad operis complementum.

PRIMA PARTICVLA

De *mediorum mineralium præparatione.* Cap. IIII.

SAl commune diſſoluatur in aqua fontis clara, & per filtrum deſtilletur, & congeletur in vaſe terreo, vel plumbato & non in metallo. Sal petræ diſſoluatur in aqua fontis, & per filtrum diſtilletur, congeletur in vaſe vitreo vſq; ad ipſius fuſionem criſtallinam. Sal nitri ſic præparatur, diſſoluatur in aqua fontis clara, & diſtilletur per filtrum & congela in vaſe vitreo. Sal gemmæ diſſoluatur, vt prius, cōgeletur in terreo vaſe vitreato poſt èius filtrationem. Sal alkali verum, fit de zoza diſſoluta, & per filtrū diſtillata & cocta ad tertiam partem, & deſcendit ſal in paruo tēpore ad fundum vaſis ad modū criſtalli, & eſt pręparatum. Similiter fit ſal alkali a-

li apud aliquos sic: Accipiunt cinerē clauellatum, pōdera quinq;, & calcis viuæ vnum, & extrahunt totum lixiuium: & distillāt per filtrum, & congelant, & hoc reiterant semel, & est præparatum. Sal ammoniacus fit ex quinque partibus vrinæ humanæ, & parte vna sudoris eiusdem, & parte vna salis communis, & parte vna & semis fuliginis lignorum, his simul coctis vsq; ad consummationem humiditatis, sublima salem ammoniacum verum & vtilem: hunc iterum in sudore dissolue, & congela, & sublima à sale communi semel, & est præparatus. Sal tartari fit de fæcibus vini distillati calcinatis, tartaro ex eis dissoluto & congelato, & est præparatum. Sal vrinæ fit ex fæcibus vrinæ distillatæ calcinatis, & iterum in aqua sua dissoluitur & congelatur, & est præparatum, & magni iuuamenti. Multi diuersimodè tractant de Salium præparationibus: nos autem inuentione nostra inuenimus has præparationes salium breuiores, subtiliores & vtiliores ad nostrum propositum prosequendum, cum ex omnibus rebus verè calcinatis sales per solutionem extrahantur, quæ per viam prælibatam præparari tenentur. Sufficiat igitur nos transire cum his magis vsitatis. Alumen glaciale, vel rochæ duplicem habet præparationis modum: vnum pro corporibus calcinatis ablu-

dis: alium pro ſpiritibus ſublimandis. Primo modo ſic prę̨paratur: Diſſolue ipſum in aqua clara fontis, & deſtilla per filtrum, & coque ad eius tertiam partem, & pone in parapſidibus vitreatis, & deſcendit circa latera vaſis, & in profundo alumen præparatum cryſtallinum. Secundus modus eſt, vt alumen in vaſe terreo coquatur, quouſque humiditas euaneſcat, & inuenies album ſpongioſum, & leue præparatum pro ſublimationibus, & alijs diuerſis operationibus. Alumen plumoſum, diſſoluitur, filtratur, & congelatur vt prius, & eſt præparatum. Nunc de præparationib. atramẽtorum inueſtigare expedit, cum multum neceſſarium ſit illud, quod per ea colligimus in tincturis & ligamentis ſpirituum, & aliorum quæ ad Elixir ſpectant. Atramentũ nigrum diſſoluitur in aquã bulliente, & per filtrum diſtillatur, & congelatur, & eſt aptũ. Cuperoſa diſſoluenda eſt in aceto diſtillato, clarificanda per filtrum, & congelanda: & ſic eſt munda. Vitriolum Romanum alia præparatione non indiget, niſi quod in aliquib. cineribus teneatur in igne mediocri, & rubificatur. Amplius conſiderauimus, & eſt certũ, quòd à corporibus imperfectis extrahuntur diuerſa nobis neceſſaria, & ſunt adminicula perfectionis in caſu, quæ indigent præparatione, & primò de ceruſſa plumbi. Ceruſſa plumbi diluenda eſt in aceto diſtillato, purifican-

ficanda deinceps à grosioribus, & illud qđ vt lac emanauit, congelandum in Sole, vel lento igne, & est præparatum. De albo hispanico, stanni, minio, eodem modo fit, sunt enim in vrina distillata dissoluenda, & ad modum cerussæ præparanda, & sunt præparata. Viride æris in aceto distillato, soluatur, & clarificatum limpidè congelandum erit lentissimo ignis calore, & est pręparatum & aptum. Crocus ferri dissoluendus est in aceto distillato, & est clarificandus: hæc aqua rubicunda croci congelata, dat tibi crocum aptum. Aes vstum tritum & ablutum cum aceto distillato, per modum quem insinuauimus in præparatione cerussæ, tibi subueniat. Lithargirum in aceto distillato solutum, clarifica & congela, quia bene præparatum est, quod iterum quemadmodum alia prænotata dissoluere poteris, & eis vti, dissolutis, & congelatis, & in hoc est inuestigatio profunda. Antimoniũ calcinatur, dissoluitur, clarificatur, & congelatur, & teritur: est præparatum. Lapis lazuli calcinatur & abluitur tritus, & est purificatꝰ à terrestreitate. Lapis Aemathites ignitur, & extinguitur sæpius in felle taurino. Bolus armenus teritur & dissoluitur vt cerussa, & congelatur. Cinnabari semel sublimandum est à sale communi, & sic est præparatũ. Tutia calcinatur & soluitur in aceto distillato, & est optimè præparata.

SEVCNDA PARTICVLA
De ſpirituum mundificationibus.
Caput V.

TRactauimus in prima particula de eis, quæ nobis neceſſaria videbantur in inuentione noſtra certâ, ad ſpirituum & imperfectorum corporum prę parationẽ ſufficienter. Intendimus hîc nunc ampliare ſermonẽ de Spirituum ſublimationib. ſeu præparationibus cuiuſq; ſpeciei, quoad noſtri magiſterij indigentiam completam. Ne diſcedas ab hac noſtræ inuentionis doctrina, quam in meditatione profunda, & in operibus vidimus maximè neceſſariam, & omnino certam. Diſputauimusq; ſufficienter in Summa noſtra cauſam, quare ſpiritus præparatione indigent, & modum dedimus tibi certum. Hîc verò pondera & ſpecialẽ modum in eorum præparationibus & ſublimationibus inueſtigamus cum experientia omnino certa: & primò de ſulphure, & de ſuo compari, & ſic de alijs per ordinem.

De ſulphuris præparatione.
Caput VI.

SVlphur viu. clarum & gummoſum tere ſubtiliſſimè, & coque in lixiuio facto de cineribus clauellatis, & calce viua, colligendo ſuperius combuſtibilitatẽ eius oleagineam: & continuè in bullitione extrahendo, quouſq; clarũ videtur: quo facto extrahe

&

& moue cum baculo, & cautè extrahe illud, quod cum lixiuio egressum habuerit, partes grossiores inferius relinquendo. Illud autem extractum infrigida parùm, & impone ei quartam eius de aceto bono, & ecce totum congelabitur, vt lac. Lixiuium extrahe clarum quò ad poteris, residuum ad lentum desicca ignem, & serua.

Ad idem, alius modus in, De fæcum administratione: hunc modum serua.

Ad libram vnâ sulphuris huius præparati, accipe de squamis ferri bene calcinatis rubeis libram j. aluminis rochæ bene calcinati libram j. & salis communis pręparati libram semis. Hoc totum incorpora bene terendo cum aceto, vt sit liquidum, quod coque, mouendo quousq; totum bene denigratum fuerit, & desicca: tere optimè, & pone in aludele cum largo cooperculo, & sit cooperculum alembici cum magna zona & larga, ad eleuationem spirituum cõseruandam: sitq; aludel altitudinis pedis vnius cum dimidio, ne calor ignis alembici zonam attingat, & sic sublima, vt docuimus in Summa perfectionis nostra. Collige aũt quod in zona collectũ fuerit densũ, quod verò ad latera vasis superius in alẽbico adhæret leue & pulueri-sabile, proijce, quia cõbustibile & fœdum ac defœdans est. Collectum verò, per se pone in phialam, & coque super cineres tam diu,

donec humiditas combuſtiua paulatim de-leatur, & ſerua mundè, quia perfectè mundificatum eſt.

De *Arſenici præparatione.*

Cap. VII.

Elus compar arſenicum, poſt eius contrictionem bulliendum eſt in aceto, & ibidē tota pinguedo combuſtibilis extrahenda, & deſiccanda. Sume deinde libram vnam cupri calcinati, & ſemis aluminis calcinati, & ſalis communis præparati tantum vt aluminis, & tere cum aceto vt ſit liquidū, & coque vt in ſulphure, & ſublima in aludeli, ſine alembico, & ſit longitudinis vnius pedis: colligе album, & denſum, clarum, & lucidum, & ſerua, quia ſatis eſt aptum.

De *argenti viui præparatione.*

Cap. VIII.

ARgentum viuum ſic ſublima. Sume de eo libram vnam, vitrioli rubificati lib. duas, aluminis rochæ calcinati libram vnam, & ſalis communis lib. ſemis, & ſalis petræ quartam partem: tere totum, & incorporatum ſublima, & collige album, denſum, clarum, & ponderoſum, quod circa vaſis ſpondilia inuentum fuerit, & ſerua, vt tibi de alijs ſcripſimus. Sed ſi in prima ſublimatione inuentum fuerit turbidum, vel immundum, quod tibi accidere poterit, propter tuam negligen-

gligentiam, illud cum eisdem fæcibus nouis iterum sublima & serua.

De *Marchesitæ præparatione.*

Caput IX.

MArchesita trita ponatur in aludel magni fundi ad digiti spissitudinem, & primò sulphur cum lento igne colligе, & cum cessauerit, vigora ignem, renouato cooperculo, & ascendet quod argenti viui locum obtinet, vt tibi plenariè scripsimus in perfectionis nostra Summa completè.

De *Tutiæ præparatione.*

Caput X.

TVtia puluerizata in aludele posita magnæ ignitionis administratione, sublimatur & fit bona. Sal ammoníacus sublimatur à sale communi, vt in practica de salibus tibi scripsimus. Argentum viuum ita sublimatur rubicundissimum: Recipe libram vnam Mercurij, & libras vitrioli rubificati duas, & libram salis petræ, simul mortificato: & sublima, & post etiam sublimetur ab alumine rochæ calcinato, & sale petræ cum eisdem ponderibus. Et est magnum nostræ inuentionis secretum: nec sit prætermittendum, quin consideratio fæcum sit notanda in sulphuris sublimatione & sui comparis; quoniam sulphur sublimatum à calce cu

pri, magis dealbatur, quàm à calce ferri. Et ſic inueſtigandum eſt de arſenico: nam à ferro ſublimatur magis rubeum. Poſſunt etiam ſublimari à vitriolo & alumine calcinato, & cum ſale communi, & ſale petrę commixtis, & ita ſufficienter tradidimus ſpirituum præparationes artificiosè non modicè.

TERTIA PARTICVLA HVIVS LIBRI, *Quomodo corpora ſint præparanda.* Cap. XI.

TErtiam noſtram particulam ponimus imperfectorum corporum præparationem completã, & inueſtigauimus modũ: primò qualiter p̃parari debeant vt perficiãtur, quo ad complementũ primi ordinis, vel ſecundi per ſe, ſine medicina: Secundò præparationem eorum ad recipiendam medicinam albam vel rubeam.

De *præparatione Saturni*. Cap. XII.

SAturnum calcina cum ſale communi præparato fuſum, cum ſpatula ferrea agitando quouſq; in cinerem vertatur: deinde coque per diem naturalem, & ſit aliquantulùm ignitus, & non multum, ablue cum aqua dulci completè: deinde calcina per triduum, donec intimè rubificetur: & ſi uis ad album, cum aqua aluminis albi imbibe, &

be, & reduc cum oleo tartari, vel eius sale. Si verò ad rubeum, imbibe cum aqua croci ferri, & viridis æris prædicto, & reduc cum sale tartari, vt prius: & hoc itera quousque sufficiat.

De præparatione Iouis.

Cap. XIII.

IOuem calcina vt Saturnum, & albifica eius calcem per triduum, vt in Saturno, nec errabis. Sed eius reductio difficilis est, nisi fiat in furno illorum qui per cineria vel cementa recedunt, & sit illud imbibitum. Scias tu inuestigator huius operis, quòd præparationes fæcum reductibilium plenariè in hoc libro conscripsimus, cùm totus iste liber sit practicus cùm inuestigatione certa compilatus. Sed in Summa nostra præseruauimus nobis alium stilum magis philosophicum, cùm ibidem, vt Theoricus, hîc verò vt Practicus purus, artem completè inscripsimus. Vt autem artifex errare non possit, subiungo illud, quod reducere quæris, sit tantùm, quantùm illud quod præstare habet reductionem, & calcem diuisam coadunare. Sed in tincturis est alia consideratio. Nam figens vel tingens multiplicandũ est super tingendum, donec tinctura appareat, quá desiderabis: siue sit in corpore vel medicina: & hoc est vnũ de secretis nostris. Postq̃ reduxeris hæc duo plumba, & inue-

neris ſplendorem & colorem, & omnia alia ad votum tuum forte ignitione carebunt, & vt conſequaris intentum, incipe ſic. Diſſolue tutiam calcinatam, & ſtannum calcinatum, & has aquas miſce, & cum hac aqua imbibe calcem ſtanni, vice poſt vicem, ſic cum induxeris octauam partem tutiæ in totam calcem, reduc in corpus, & vide: ſi ignitionem habuerit lunæ, bene quidem, ſi verò non iterum calcina, & age, vt prius, donec ignitionem habuerit. Et omnes aquas diſſolutiuas ſpirituum & corporum, ponam in fine libri huius, & quamlibet earum pro ſuo genere: nec mireris quòd diſperſimus huius practicæ ſpecialia in diuerſis voluminibus, cũ ab improbis hanc artẽ fugare conamur.

Quomodo poſſint igniri hæc duo.

Cum talk vel Mercurio præcipitato, vel vtilius cum Luna pura ab hoc deducta calcinando & ſoluendo peruenimus ad horum duorum corporum ignitionem & duritiam completam cum ſplendore inenarrabili.

Scias tamen quòd ſola ſpeculatio, quæ multum valet in Summa noſtra in hac noſtra inuentione parum prodeſt. Sed térere, cóquere, aſſáre, inhumáre, calcináre, fúndere, deſtrúere, conſtrúere, corpora emundare, cum his clauibus aperies occultas ſeraturas arcani noſtri, ſine quibus ad huiuſmodi conuiuij epulas non vocaberis. Deſtrue ſine ira,

ne ira, & complebis cum lætitia.

De præparatione Martis.
Caput XIIII.

MArtem sic præpara: Tere libram j. limaturæ eius, cum libra semis arseni-ci sublimati. Imbibe illud cum aqua salis petrę & alcali, ter reiterando, funde violenter, & habebis ferrum album: itera quousque sufficienter liquescat cum dealbatione peculiosa.

De præparatione Veneris.
Cap. XV.

VEneris purgatio duplex est, vna quidem ad album, alia verò ad rubeum.

Ad album purgatur sic: Calcina ipsam solo igne, quemadmodũ tradidimus in Summa nostra perfectionis. Sume ipsam calcinatam, tere libram vnam cum vncijs quatuor arsenici sublimati, & imbibe cum aqua litargirj ter vel quater, & reduc cum sale petræ ac oleo tartari, & inuenies corpus eius album, splendidum pro medicina suscipienda. Est & alia præparatio eius ad rubeum: Tere libram vnam limaturæ eius cum vncijs quatuor sulphuris, vel laminas eius cum sulphure cementando, & sic calcina, & ablue cum salis aqua & aluminis, & cum reducentibus reduc in corpus mundum, aptum

ad tincturam rubeam. Est enim tertia præparatio eius. Calcina ipsam solo igne, & tunc dissolue partem eius, & tantùm tutiæ calcinatæ dissolue, & cum hac dissolutione imbibe quater vel pluries residuum calcis, vel cum sola tutia dissoluta, sic quòd intret tutia vltra calcis medium, & sic reduc cum reducentibus, & habebis corpus mundum & splendidum, & cum paruo adminiculo ducitur ad statum altiorem, si verus inquisitor fueris veritatis. Est & quarta præparatio eius, ex se ipsa calcinata rubea, solo dico igne, facias viride æs, intensum, quod flos cupri nuncupatur. Illud autem viride æs dissolue cum aceto distillato, & congela: congelatum cum reducentibus reduc in corpus: quod aptum erit ad multa, si inuestigatio tua non erit negligens, in operibus similibus per nos datis. Hunc verò librum composuimus, vt sit introductorius Summæ nostræ, vel ea absente sit totius Summæ conclusio finalis, ad complementum vtriusque medicinæ. Nam hîc ponimus practicam gradatim, illic verò theoricam speculationis nostræ, modò magis generali, cum demonstrationibus manifestis ordinatam.

QVAR-

QVARTA PARTICVLA
huius libri de Medicinis.
Caput XVI.

SEcundum ordinem prȩmiſſorum practicabimus in hac quarta particula noſtra, verum inueſtigationis modum cõponendi medicinam quàmlibet, albam videlicet & rubeã ſecundum naturam & proprietatem corporis tranſmutandi, vel ipſius Mercurij cum omnibus ſuis pertinentijs occultis & manifeſtis. Et hoc in ſecundo vel tertio ordine, omnibus ſophiſticationibus amotis, quia nihil ſophiſticum recipit hic liber noſter, cùm de veritatis Inuentione intituletur. Quamobrem primò de Elixirijs albis incipiemus.

De medicinis albis pro Ioue & Saturno.
Caput XVI.

MEdicina alba pro Ioue præparato: Sume Lunæ puriſſimæ libram vnam, Mercurij viui libras octo, & amalgama: quo facto ablue cum aceto diſtillato, & ſale communi præparato vſque ad colorem cœleſtinum, vel lazurij: quo abluto, extrahe de Mercurio quantum poteris, exprimẽdo per pannũ ſpiſsũ, & appone Mercurij ſublimati duplũ Lunæ: tere ſufficiẽter & coque

inter cineres in phyala vitrea cooperta per diem & noctem extrahe, tere, & iterum co. que, frange phyalam, & separa illud quod sublimatum est ab inferiori puluere quasi ru beo, & caue de nimio igne, aliàs totum fun-deretur in massam nigram, puluerem pone super porphyriten, & adiunge ei duas par-tes ammoniaci præparati, & partem vnam Mercurij sublimati: tere trituratione bona, & imbibe cum aqua salis alcali, vel aqua sa-lis petræ, si zozam non inueneris: & pone ad distillandum cùm imbibitum fuerit mul-tũ bene liquidè vt lac, cum lento igne: & nec extrahe totam aquã, sed sic vt remaneat sic-ut pix fusa: redde illi aquam, & sic ter facien-do. Deinde extrahe, & tere super lapidem, & desicca multum, imbibe cum oleo ouo-rum rectificato, vel desiccato, vel cum oleo salis alkali, vel petræ, vel tartari, donec fun-datur cum ingressu, & proijce vnam partem super quinque stanni præparati: & est Luna perfecta in secundo ordine, absq; errore.

Item alia medicina super Iouem: Sume talk calcinatum, & tere cum sale ammonia-co, ana, & sublima ter vel quater, & dissolue cum aqua, qua imbibe Lunam calcinatam, vt in prima medicina feciſti, toties donec bi bat suum pondus, & da ei ingressum cum o-leis prædictis, & proijce vnam partem super decem partes Iouis præparati, & videbis in-tentum.

tentum. Tertia medicina Iouis fit cum vna parte Lunæ dissolutæ in aqua sua, videlicet stillicidij cupri & salis petræ, vt in fine habetur, cui adiunge duas partes talk dissolutæ, vel tutię calcinatæ, & dissolutæ: congela recipiendo aquam, & redde hoc ter vel quater: cōgela, & incera cum amoniaco sublimato, quousque fundatur, & proijce vnam partem super octo partes Iouis præparati. Et si vis has medicinas proijcere super Saturnum præparatum ad album, tunc minue Saturnum in suo tertio, & fac vt in Ioue.

De *medicinis solaribus, pro Ioue & Saturno*:

Caput XVIII.

PRima igitur medicina solaris sic fit: Calcina solem, amalgamando prius cum Mercurio, vt in luna, extrahe Mercurium per pannum, tere cum duplo salis communis pręparati, pone super lentum ignem, vt recedat Mercurius, extrahe salem cum aqua dulci, & desicca, & sublima ab eo tantûm salis ammoniaci, reddendo sibi quater, tunc dissolue in aqua vitrioli, & petræ, & iameni, vt in fine libri huius habetur. Solue crocum à ferro extractum per calcinationem, vel cuprum calcinatum rubeum. Iunge has aquas ana, extrahe aquam per distillationem, & redde sibi quater. Vltimò de-

ſicca, & imbibe cum oleo ouorum rectifica-
to, vt in fine libri huius, quouſq; fluat vt cæ-
ra, & vna pars tingit quatuor partes obrisè.

Secunda fit in ſole ſoluto, vt in prima, & viridi facto de cupro calcinato & diſſoluto, ana, mixtis & inceratis, diſtillando & reite-
rando, & in fine incera cum ſulphure præpa
rato, quouſq; fundatur vt cera, & tingit o-
cto partes Saturni ſplendidè.

Tertia fit ex auro ſoluto, & ſulphure ſolu-
to, & viridi diſſoluto, mixtis & præparatis, vt in ſecunda, & in fine inceratis cum oleo capillorum præparato, vel ouorum, quia v-
na eſt via, & cadit vna pars ſuper decem Sa-
turni, vel Iouem præparatum ad rubeum.
Poſſunt etiam hæ medicinæ proijci ſuper Io
uem præparatum in rubeum, & erit res ſplẽ-
didiſſima perſeuerans materia, vt opus fi-
niſſimum, ſecundum eius gradum. Nam hæ medicinæ alterant in ſecundo ordine, vt re-
tulimus.

De *medicinis albis pro* Venere, *& Marte.*

Caput XIX.

TRanſeamus nunc ad Veneris medici-
nas, & Martis: & primò de medicinis horum ad album. Sume argenti, vt ſu-
pra calcinati partem vnam, tere cum duab.
partibus arſenici pręparati, & vna parte Mer
curij præcipitati, & imbibe cum aqua ſalis petræ, litargirij, ammoniaci, ana, quouſque

pondus

pondus ſuum biberit, deſicca & incera cum oleo albo de claris ouorum, vt inferius videbis, & vt in alijs, quouſq; fluat, & cadit vna pars ſuper quatuor Veneris vel Martis præparatorum. Secunda medicina fit ex Luna calcinata, & tantùm Iouis calcinati & ſoluti, miſce, deſicca, & incera cum duplo horum arſenici ſublimati, quouſq; fundatur. Tertia fit ex Luna calcinata, vt ſuprà, arſenici & ſulphuris ſublimatis & tritis, cùm tantùm ſalis ammoniaci, quod ſublima ter ab eis: & proiice vnam partẽ ſuper ſex horum duorum corporum præparatorum.

De medicinis rubeis, pro Venere & Marte.

Caput XX.

SOlaris verô medicina fit, vt ſumas thutiæ libram vnam, calcina & diſſolue in aqua vitrioli & ſalis petræ, tum cum ea aqua imbibe calcem Solis, vt bibat eius duplum, diſtilla, recipiendo aquam, & hoc quater reddendo. Vltimò incera cum oleo capillorum, vel felle taurino, & proiice vnum ſuper ſex cupri extracti de viridi æris præparato, & erit excellens, purum & laudabile. Tu autem porrige manum ad noſtra dicta: aliter in vanum ſtudes, & recipe in corde in noſtris voluminibus intentionem noſtram, & videbis nos verum inueſtigaſſe.

De medicina tertij ordinis ad album.
Caput XXI.

HInc verò ad tertij ordinis gradum aſcendemus: & primò de medicina Lunari, tàm pro corporibus imperfectis perficiendis, quàm pro ipſo Mercurio in veram Lunam coagulando. Primò diſſolue Lunam calcinatã in aqua diſſolutiua, vt prius: quo facto, coque eam in phyala cum longo collo non obturato ore per diem ſolum, vſquequo cõſumetur ad eius tertiam partem aquæ: quo peracto, pone in loco frigido, & deuenient lapilli ad modum criſtalli fuſibiles, & hoc eſt argentum reductum ad Mercurium noſtrum fixum & fuſibilem: de quo recipe vncias quatuor, de arſenico albo præparato vncias ſex, & de ſulphure præparato vncias duas, & miſce ſimul bene terendo cum aqua ſalis petræ & ammoniaci, & pone in phyala cum longo collo ad lentum ignem per ſeptimanã, & indurabitur vt pix: extrahe, & iterum incera cum aqua, vt prius coquendo per quatuor dies, & iterum incera tertia vice, & inuenies illud oleum fuſum infra triduum, & cùm infrigidatum fuerit, frange & extrahe, & inuenies laminam fixam, fluentem vt cera, & eſt primus gradus. Iterum appone tantùm vt prius de noua materia, & iunge cum iſto fermento, & fac vt

prius,& ſic tertiò & quartò. Et inuenies me-
dicinam cuius bonitas eſt magna & excel-
lens caidt enim ſuper decem cuiuſlibet cor-
poris, vel ipſius Mercurij in lunam veram.
Hunc autem lapidem cuſtodi, & ratiocina-
re per modum à nobis traditum in Summa
noſtra, & peruenies ad altiora. Nec enim
propoſuimus cuncta in vno ſolo monſtrare
volumine, cùm liber librum exponat & de-
claret.

De medicina Solari tertij ordinis.
Caput XXII.

MEdicina verò Solaris fit ex Sole diſſo
uto, & præparato ad modum Lunæ,
cui appone ſulphuris ſoluti partes 3.
arſenici partem vnam & mediam. Incera
cum oleo viridis æris facto cum ſale armo-
niaco, vt in fine habetur, per omnia facien-
do, vt in Lunari capitulo, & erit medicina
tingens omne corpus, & ipſum Mercurium
in verum ſolem, pars vna ſuper ſex, vel am-
plius, ſecundum modum iam tibi traditum.
Lege & perlege Summam perfectionis no-
ſtram, & inuenies modum regiminis tibi or
dinatum, vt in infinitum tingas, ſi ingenium
acutum poſſides: nec diſcurre hinc inde
in diuerſis philoſophorum dictis ambiguis.
Nam omnes ad vnã tendunt perfectionem,
tibi à nobis ſufficienter traditam. Experiri

poteris, si tantùm valeas, sin autem, recede, quia damnum incurres & inanitionem.

De aquis solutiuis, & oleis inceratiuis.

Caput XXIII.

FIli, doctrinæ perquire experimenta, nec desine, quia fructum in eis inuenies millecuplum, quia tibi soli hunc librum scripsi, quem complere volo cum aliquibus aquis & oleis, in nostro magisterio multum necessarijs: cum ijs sigillabimus librum nostrum de perfectionis Inuentione. Et primò cum aqua nostra dissolutiua, de qua mentionem fecimus in Summa nostra, cùm loquuti fuimus de Dissolutione cum aquarum acumine. Primò sume libram j. de vitriolo, de Cypro, & libram semis salis petræ, & vnam quartá aluminis iameni, extrahe aquam cũ rubedine alembici: nam dissolutiua est multum, & vtere ea in capitulis prælibatis: fit autem multò acutior, si cũ ea dissolueris quartam salis ammoniaci, quia soluit solem, sulphur & argentum. Aqua alia philosophica nostra inceratiua. Sume oleum distillatum ab ouorum albuminibus, tere cum medietate ipsius salis petræ, & iterũ distilla, vel salis petræ & ammoniaci, ana, & fit optimè, vel cum sale alkali misce, & distilla vt prius: & in quantùm hoc plus reiteraueris, tantò melius incerat: aut cum oleo tartarino, coniunge oleum prædictum, & distilla oleum prædi-

prædictum inceratiuum album. Oleum inceratiuum rubeum: Sume oleum vitellorum, seu capillorum humanorum, cui adiunge tantùm salis ammoniaci rubificati, & iterum distilla, & hoc ter, & erit oleum rubicundisimum inceratiuum. Oleum viridis æris fit, cum viride æris dissoluitur in aqua salis ammoniaci, & cum illo composito, admisce oleum vitellorum, & distilla, & hoc terreiterando, & habebis oleum viridis æris ad incerandum, aptum & vtile. Oleum fellis fit, extrahendo à felle oleum, vt à capillis humanis per omnia faciendo, vt in alijs. Et non dico, quòd ista dent humiditatem radicalem mineralem, vt probauimus in sulphure & arsenico, sed saluant tincturam â combustione, donec ingrediatur, & postea fugiunt in expressione ignis, vt à nobis alibi narratum est. Quicunque artifex secundum dicta nostra, in hoc libro nostro tradita, perfectè & studiosè fuerit operatus, inueniet post complementum operis sui, nos verum inuestigasse: & hîc liber noster terminatur, qui de Inuentione veritatis, seu perfectionis intitulatur.

FINIS.

GEBRI ARABIS PHILOSOPHI SOLERTISSIMI, RERVMQVE NAturalium peritissimi liber Fornacum ad exercendam χημείαν pertinentium. Interprete Rodogero Hispalensi.

Præfatio, diuidens librum in tres partes.

CAPVT I.

CONsiderauimus consideratione non phantastica, nos totam artem tradidisse in voluminibus nostris. Sed ne ob inuidiam mordeamur, hunc librum Fornacum præscripsimus, in quo tractabimus practicam manualẽ, tam in spirituum, quàm corporum præparationibus, vt artifices leuius contingere valeant ad operis complementum. Cùm ergo vltima consideratio in rerum cognitione magis propinquarũ consistat, & in modo operandi, & res á rebus regimine ignis extrahi possunt. Et cùm ad hanc rem peruenire non possumus, nisi separando superflua à contento desiderato, facili-

ſcilicet ſulphuris combuſtibilitates & terrei tates corpus quodlibet infœdantes. Hinc eſt quòd primò ſingulos operandi modos tractabimus, vtpote qualis furnus cum ſuis inſtrumentis ſpectet ad quamlibet rem prę-parandam, vſq; ad operis complementum, cum regimine ignis illi appropriato, & qualia vaſa pertineant ad propoſitum, vt artifex perficere poſsit ſuam operationem. Secundò, quæ res præparandæ ſunt, vt ex ſimplicibus, ſeu commixtis verum Solem vel Lunam generare valeat cum ſplendore. Tertiò narrabimus illa quæ perfici poſſunt cum alteratiuis, & quæ naturaliter alterantur cum complemento totali, & modum permiſcendi cum proportione debita, & cum medicinis longo tempore ad hæc præparatis. In fine autem pertractabimus recapitulationem omnium experimentorum noſtrorum, cum quibus peruenimus ad notitiam veritatis huius.

PRIMA PARS HVIVS libri de modis operandi.

De furno calcinatorio. Cap. II.

Flat furnus calcinatorius quadratus in longitudine quatuor pedum, in latitudine trium pedum, & ſit ſpiſsitudo pa-



rietum dimidij pedis in hunc modum, & altitudo ſit 4. pedum, vbi ponantur Luna, Venus, Mars, vel aliæ res calcinandæ in patellis terreis de fortisſimo luto, de quo cruſibula fiunt, vt poſſint in ignis aſperitate ſtare, vſque ad calcinandi totalem combuſtionem. Calcinatio theſaurus rei eſt, nec te tædeat calcinationis. Studeas autem in noſtris voluminibus quæ diximus. Per calcinationem mundificantur corpora imperfecta, & per reductionem calcinati in ſolidam maſſam. Et

tunc

tunc proijciatur medicina noſtra ſuper ea: & gaude.

De furno ſublimatorio.
Caput III.



Fiat furnus ſublimatorius, videlicet per modum in Summa noſtra de ſpirituum ſublimatione prius traditum completè ſecundum hanc formam.

In ſublimatione ſulphuris debes cooperculum ſublimatorij facere cum magno libe-

ro concauo canali interius ad modum alembici sine naso. Nam aliter descenderet totum sublimatum ad fundum vasis præ nimio calore. Nam in fine sublimationis non ascendit sulphur, nisi cum expressione vsq; ad ignitionem aludelis, & nisi sublimatum in canali retineretur superius, cùm leuiter fundatur, descenderet iterum per vasis latera vsque ad fundum, & sic nihil inueniretur sublimatum, vt notum est expertis.

De *furno distillatorio.* *Caput* IIII.



Furnus

FVrnus distillatorius est idem cum furno sublimatorio, fit autem vas distillatorium ad modum istius figuræ. Ignis autem administrandus est secundum exigentiam rei distillandæ. Modum autem sufficienter descripsimus distillatorium tã mineralium, quàm vegetabilium, in Summa nostra perfectionis.

De *furno descensorio*.
Caput V.



FVrnus autem descensorius fit in hunc modum: Et est apud nos inter fusores cinericiorum, & cementorum mirabiliter vsitatus. Reducuntur autem omnia corpora calcinata, combusta, soluta, & coagulata per hunc furnum in solidam massam. Imò cineritia & cementa, & testę seu crusibula, in quibus sæpius fusum est argentum ad recuperationem illius metalli imbibiti.

De *furno fusorio*.
Cap. VI.



Fur-

FVrnus fusorius, in quo omnia corpora leuiter fundūntūr per se, & est furnus iste multum vsitatus inter fusores & monetarios: nec non & aurichalcum in his furnis funditur, & tingitur cum tutia vel calamina, vt notum est expertis, & sic fit.

De furno solutorio. Cap. VII.



FVrnus dissolutorius fit cum cacabo aquæ pleno cum instrumentis ferreis, in quibus artificiosè tenentur alia instru-

menta ne cadant, in quibus fit omnis dissolutio: & hæc est forma furni & vasorum, vt sequitur. Aliqui autem ponunt fimum, fenum, aut stramina. Quod dictum reprobo: quia si vas ab eo rumperetur, destruerentur illa: sed ex aqua calida leuiter recuperàtur solutũ cum non soluto per coagulationem, vt patet expertis.

De furno fixatorio vel Athanor.
Caput VIII.



Fiat

Fiat furnus fixatorius ad modum furni calcinationis, & sit patella profunda terrea plena cineribus cribellatis. Sit autem vas cum materia fixanda bene sigillatum in medio cinerum situata, sic quod spissitudo cinerum subtus & superius, & incircuitu sit ad spissitudinem quatuor digitorum, vel secundum illud, quòd fixare desideras: quia maior ignis requiritur in vno quàm in alio fixando: per hunc furnum, & per hanc viam peruenerunt antiqui philosophi ad opus magisterij, quod notum est verè philosophantibus, quod per nos est satis monstratum sufficienter in libris nostris, illis qui fuerint veritatis inuestigatores. Et hæc super est figura Athanor. Qui verò in huiusmodi potest magis ingeniari, non excusetse ab hoc per nostram traditionem.

SECVNDA PARS DE rebus præparandis.

De præparationibus spirituum mediorum mineralium & aluminum.

Cap. IX.

IN hoc capitulo dicam præparationes spirituum, & primò Mercurij. Si autem perfectè desideras eum sublimare, ad libram eius pone salis communis libram semis, &

aluminis glaciei calcinati libras duas & mediam, & ſalis petræ libram ſemis, mortifica totum, ſimul terendo cum aceto, quouſque non appareat in eo de viuo aliquid, & ſublima vt ſcis, quia eſt vtile. Sublimatur autem Mercurius rubeus, ſcilicet libra vna eius ab vna libra ſalis petræ, & libra vna vitrioli, cum quibus optimè teritur: & ſublimatur rubeus & ſplendidus. Sublimatur autem arſenicum, ſcilicet libra vna, & libra vna limaturæ Veneris, & ſalis communis libra ſemis, aluminis calcinati quarta libræ vnius. Mortificentur cum aceto ſuper ignem mouendo, quouſque totum denigretur: & iterum imbibe, & erit album: & deſicca mouẽdo, & hoc ter ſublima, azymum & vtile. Sulphur autem decoctum in lixiuio, & exſiccatum ſublimatur cum eiſdem fæcibus ſicut arſenicum, excepto quôd loco limaturæ Veneris, ponitur limatura Martis, vel batitura ſquamæ eius in vaſe prædicto. Sal autem ammoniacum à ſale communi ſublimatur, æquis ponderibus impoſitis. Tutia verò & marcheſita, atque corpora imperfecta ſublimantur, vt narratum eſt in Summa noſtræ perfectionis. Sales verò & alumina præparantur, & bauratia, & vitriola, vt in libro noſtræ Inueſtigationis ſufficienter ſcripſimus.

De

De Calcinatione Iouis.
Caput X.

IVpiter ſpecialiter calcinatur ſic: Sit teſta magna ſuper furnum ſituata, & ſtanno impoſito, cum tantundem ſalis communis præparati, & aluminis rochæ calcinati. Moueas ſemper cum ſpatula ferrea perforata, quouſque totum fuerit incineratum. Cribra & pone in igne, & ſit ſemper ignitum, quouſque optimè dealbetur, & ſerua.

De calcinatione Saturni.
Caput XI.

SAturnus eodem modo calcinatur vt Iupiter: ſed calx eius rubificatur vt minium: quam ſerua.

De calcinatione Veneris.
Cap. XII.

VEnus ſic calcinatur: Ponitur in furno calcinationis prædicto cum ſale communi præparato, vel in ſua limatura, vel per ſe, vel cum arſenico pulueriſato, vel cum ſulphure, inungendo cum oleo communi. Et ſic calcinatur per tres aut quatuor dies igne fortiſſimo. Calcinatum percute, vt cadat à tabulis: reſiduum calcina: calcinatum & tritum recalcina, quouſq; optimè rubificetur, & ſerua.

De *Calcinatione Martis.*
Caput XIII.

MArs quidem calcinatur per eius limaturam in prædicto furno, quousque optimè rubificatus fuerit, vt puluis impalpabilis sine tactu. Et dicitur crocus Martis: & hoc multum in arte ista operatur.

De *calcinatione mediorum mineralium.*
Caput XIIII.

OMnia atramenta, sales, alumina & tutiæ genera cum tartaro, & alia diuersa calcinantur in furno dicto Calcinatorio cum igne mediocri vel forti, secundum exigentiam rei calcinandæ, vt patet in libro de Inuestigatione perfecti magisterij: sed omnia corpora calcinantur, vt in Testamento nostro.

De *ablutionibus calcium, corporum combustorum.*
Caput XV.

ABlutio omnium corporũm combustorum & calcinatorum sic fit: Habeas primò vas terreum vitreatum, magnum, impletum aqua dulci calida. Cum qua abluc calcem quamcumque corporis calcinati, fri-

ti, fricando ſæpius, vt totum ſal & alumen diſſoluatur: tunc cùm reſidentiam fecerit, euacua aquam cautè, ne aliquid de corpore exeat per lotionẽ. Calcinatum iterũ impone in aquam calidam, & reitera vt prius, quouſque bene & perfectè ablutũ fuerit, & ſerua.

De inceratione calcium ablutorum.
Caput XVI.

INceratione calcium ablutorum fiũt ſic: Calcem ablutam deſicca, poſt diſſolue in aceti diſtillati libris duabus, ſalis communis, aluminis glaciei, ſalis gemmæ, ana, vncias duas, & quatuor libras calcis ablutæ prædictæ deſiccatæ imbibe: quouſque totam imbiberit aquam prædictam: deſicca, & ſerua.

De reductione calcium in ſolidam maſſam.
Caput XVII.

REductio illius calcis ablutæ & inceratæ ſic fit: Calcem inceratá ablue cum vrina diſtillata, quouſq; extraxeris ſales, & alumina cum ſpurcitia corporis calcinati, qua deſiccata, ipſam imbibe cum oleo tartari, in quo diſſolue ad libram vnam olei, vncias duas ſalis ammoniaci, & vnciam vnam ſalis petræ. Sint autem calcis libræ quatuor: & talis imbibitio fiat per vices deſic-

cando & imbibendo: & desicca, & descende in descensorio magno, & reduc in solidam massam corpus purgatum à sulp'iureitate combustibili virtute ignis calcinantis: & à terrestreitate fœtida, virtute salium, quæ in reductione secum retinent terræ fœculentiam, corpore purificato ab immunditijs accidentalibus, quæ ei superuenerunt in minera sua. Quod autem in radice suæ generationis ei innatum fuerat spurcitiæ, palliari poterit cum medicina, cuius maior pars argenti viui substantiam in se contineat, vt à nobis monstratum est sæpius in Summa nostra ad artis exigentiam.

De solutionibus corporum præparatorum, & de eorum coniunctionibus certis, cum proportione certa, vt meliora appareant cum fulgore, post eorum reductiones.

Cap. XVIII.

CVM dupliciter corpora imperfecta ad perfectionem reducantur, aut per præparationis modũ, & commixtione perfectorũ cum imperfectis, aut per medicinã ad hoc præparatam. Hîc verò narrabimus, quare perfectum imperfectum perficit. Et etiam imperfectum ad perfectum reducitur cum præparationibus à nobis generaliter demonstratis. Et has præparationes in hoc capitulo specialius tractare proponimus sufficienter

ficienter. In primis narramus, quòd corpus, vt prædictum est, mundatum per calcinatio nis & reductionis modum, vel limari oportet, vel in granulas diuidi, vt notum est. Quoniam post fusionẽ proijcitur super tabulam minutè perforatam super aquam frigidam, dictam aquam fortiter mouendo. Et iste est modus noster. Hanc granulaturã dissolue in aqua dissolutiua nostra, quæ fit ex sale petræ & vitriolo, quantum eius medium; vel limaturam eius dissolue in aquam limpidam. Appone fermenti præparati tertiam eius partem, hoc est Lunæ præparatæ & solutæ. Et per medium diem coctæ, & in loco frigido positæ. Fit enim lapis cristallinus, & hoc est fermentum illius fermenti, tertiam eius partem appone: & extrahe aquam, & redde, & hoc septies. Et postquam reductum est in corpus affina per suum examen, & gaudebis de hoc quod generasti. Et quia pertractauimus in generali de corporum imperfectorum administratione perfecta, nunc speciales regulas de quolibet corpore dabimus veriores & certas. Primò de Ioue incipientes dicimus: postquam præparaueris Iouem, & reduxeris eum, dissolue illum in aquarum acumine, quo dissoluto, vt prædiximus, ad eius 9. partes, adiunge de talk calcinato, & soluto partem vnam, aquas claras commiscendo. Hanc autem rectifica aquam per alembi-

cum ſepties, extrahendo & reddendo. Et cum vltimò deſiccatum fuerit, da ei de aqua ſalis petræ imbibendo & deſiccando, & reduc in corpus mundum, ignitionem, & cineritium expectans. Si enim argentum viuum præcipitatum & diſſolutum cum Luna diſſoluta coniunxeris, & Ioui diſſoluto, vt diximus, appoſueris, inuenies poſt reductionem corpus nobile pertractatum ſub proportione prænominata. Saturni autem regimen, completur eo præparato & diſſoluto cum tertia eius fermenti rubei diſſoluti, quibus vt prius præparatis & reductis, corpus quidem pulchrum te inueniſſe lætaberis. Veneris quidem regimen ſpecialius pertractantes, narrauimus, quòd eam præparatam & diſſolutam rectificabis ſepties vel pluries, aquam ab ea diſtillando & reddendo. Qua coagulata, fac inde viride nobiliſſimũ cum ſale ammoniaco & aceto diſtillato. Illud autem viride in vaſe Martis rubifica, & diſſolue iterum, cui adiunge Lunæ præparatæ & diſſolutæ tertiam partem eius fermẽti diſſoluti: partem verò mediam totius: & fermenta: aquam poſt extrahendo & reddendo ſepties: hoc autem reduc in corpus, & gaudebis. Martis autem regimen eſt, vt Veneris, ſed propter eius maximam fœditatem nihil boni in eo expectabis. Lunæ verò regimen eſt, quòd eam diſſoluas & coagules

gules septies, vel ad minus quater. Et ad eam dissolutam, adiunge aquas fixas rubificantes, quas narrauimus, & inuenies corpus aptum, solare, quia cum sole conuenit, & remanet cum eo quietè. Et sit tuum adiutorium Venus optimè purgata & dissoluta: & cum ab ea extrahetur sulphur mundissimum, tingens & fixum. Et dico tibi quòd Mercurius purificatus & fixus, habet palliare fœditatem corporum imperfectorum. Fixum verò sulphur extractum à corporibus purum, habet colorare cum splendore. Et ex hoc magnum secretum tibi elicias, quòd ipse Mercurius atque sulphur extrahi possunt, tam à perfectis quàm imperfectis corporibus debitè præparatis. Sunt enim ad hoc adminicula spiritus purificati, & media mineralia per solutionem, vt opus ad perfectionem reducatur congruè, necnon & peculiosè multum.

TERTIA PARS DE Corporibus perficiendis, & medicinis alteratiuis.

De *modo perficiendi tertij ordinis.* Cap. XIX.

CVM autem sufficienter pertractauimus omnes modos imperfectorũ corporum cadentes in secundo ordine,

nunc ad tertij ordinis medicinas est transeundum. Quæ autem sint medicinæ,& quales secundi & tertij ordinis, sufficienter demonstratū est in libro nostro perfecti magisterij, vbi demonstrauimas demonstratione competenti & vera lapidem nostrum de argenti viui substantia esse procreandum,& hoc sufficienter vt theoricus speculatiuus. Hîc verò practicam manifestè reserabimus enodatam,& est,vt studeas lunam vel solem resoluere in aquam suam siccam, quam vulgus Mercurium vocat. Et hoc, vt duodenaria proportio aquæ contineat partem solam corporis perfecti. Nam si cum igne léto hæc bene rexeris,inuenies per 40. dies corpus illud in meram aquam conuersum : signumq; suæ perfectæ dissolutionis est nigredo desuper apparens. Si verò vtrunq; opus album & rubeum,perficere conaris,vtrumque fermentum per se modo iam dicto, dissolue,& serua. Et hoc est nostrum argentum viuum de argento viuo extractum, quod volumus pro fermento. Pastam verò fermentandam extrahimus more solito ex imperfectis corporibus. Et ex hoc tibi tradimus regulam generalem,quòd pasta albà extrahitur de Ioue & Saturno: Pasta verò rubea ex Venere & Saturno. Est autem in fermento corpus quodlibet per se dissoluendum.

De

De regimine Iouis & Saturni.
Caput XX.

ET quia in hoc capitulo demonstrabimus regimen Iouis & Saturni. Primò innuimus, quòd hoc caput est ad albū, & est modus talis: Accipe libr. vnam Iouis mundissimi; & funde: quo fuso impone in eo duodecim libras Mercurij bene mundati, mouendo totum vt commisceatur, quod pone in phialam cum collo vnius pedis in furno Athanor, Et aliam phialam Saturni sic præparati, & subiice ignem lentum per septimanam, & habebis pastam dissolutam, aptam ad fermentandum à fermento albo, secundum proportionem quam monstrabimus ad præsens. Sint pastæ Iouialis 4. partes, Saturni tres, fermenti albi vna pars: istæ dissoluta, vt diximus, misceantur per minima, & ponantur in putrefactione, in modum dissolutionis nostræ ignis mediocris per septem dies, quibus extractis & bene mixtis, per pannum liquidiora exprime: quod verò remansit spissum, in Chemia bene sigillatum, pone in Athanor per tres septimanas, ignem philosophicum continuando. Postea extrahe, & si siccum inueneris, da sibi ad bibendum tertiam partem aquæ reseruatæ, & iterum pone in Athanor sicut prius, per tempus prædictum,

& sic ter facies, quousque biberit totam aquam suam. Tunc pone in Chemiam in furno fixationis per duodecim dies: tunc extrahe, & reduc cum reducentibus. Et illud inuenies, quod antecessores nostri maximo studio inuenerunt, generans generatum. Idem autem in cineritio cum plumbo affina, & inuenies corpus albedine perfectum, generans perpetuò suum simile. Cuius expositionem vnà cum cæteris meis antecessoribus, cum eo quod scripsimus, successoribus relinquo.

De *regimine Veneris & Saturni.*

Cap. XXI.

SInt pastæ Veneris libræ tres, Saturni libræ duæ, fermenti rubei libra vna, his optimè dissolutis, fiat commixtio per minima, quam fermenta calore, vt in albo dictum est, extrahe aquam, & quod in panno remansit, pone in Chemiam optimè sigillatam per tres septimanas. Extrahe reddendo sibi tertiam partem aquæ suæ reseruatæ, & coque, vt in capitulo præcedenti, & sic ter. Cùm autem biberit totam aquam suam, pone in orobo ad figendum. Et cùm fixum fuerit, reduc cum reducentibus corpus paratum ad augmentandum & tingendum.

Dere-

De regimine Martis.
Cap. XXII.

CVM Martis ſolutio nimium inueniatur difficilis, apud quam plures modos, & diuerſa etiam alia experimenta per nos facta, in fine huius libri per tractabimus. Sint ergo Martis paſtæ libræ duæ, Veneris libræ quatuor, Saturni libræ quatuor, miſceantur ſine fermento: & coque per ſeptem dies, & inuenies totum ſiccum: fige, & pone cum medietate eius litargirij triti, & commixti ſimul in reductorio, & inuenies corpus mirabile, & multum vtile, ſi ea ſapias, quæ pertractauimus ſæpe.

De *regimine Lunæ.*
Cap. XXIII.

REgimen Lunæ eſt, vt reducatur de minera ſua ad nobilius, & hoc eſt, vt diſſoluas eam, de qua accipe libras tres, Veneris diſſolutæ libras quatuor, fermenti diſſoluti libram vnam, coniunge aquas, coque per ſeptem dies cum lento igne, in Orobo clauſo, vt in Marte cum tota aqua ſua: deinde fortifica ignem paulatim per alios ſeptem dies, & ſit quaſi ſublimationis. Sed per alios ſeptem dies da illi parùm fortiorem ignem, vt figatur tota aqua cum eo, quem puluerem in pauca quantitate reduc, & ſi re

tinuerit ſecum partem Mercurij, (quod leuiter ſcire poteris, ſi calcinare ſciueris) bene quidem. Si verò non, iterum ad figendũ impone, quouſq; ſufficiat, hoc autẽ reduc cum reducentibus rubeis. Et Lunam coloratam, tranſmutatam, & fixam inuenies, quam honora. Nam ſi bene ſtudueris in noſtris voluminibus, inuenies per conſiderationem noſtram, ſuper quæ actionem ſuam fundare debeat verus inquiſitor.

De regimine Mercurij.

Cap. XXIIII.

REgimen Mercurij fit duobus modis. Primò ipſum bene lotum & purificatum, amalgamabis cũ ære noſtro ſubſcripto proportione certa. Secundus modus eſt, vt ipſum diſtilles, & inde aquam vitæ facias. Quantum ad primũ modum, hæc eſt proportio. Sint Mercurij vnciæ 48. Solis vncia j. Lunæ vncia j. Veneris vncia j. Saturni vncia j. Funde hæc corpora: primò Venerem & Lunã: ſecundò Solẽ: tertiò Saturnum. Extrahe ab igne, & ſit in magno cruſibulo, habeasq; dictum Mercurium bene calefactum in alio, & cùm indurare ceperit, infunde paulatim Mercurium, mouendo cum baculo: & reimponendo ſuper ignem, & mouendo quouſq; bene fuerit amalgamatum cum Mercurio toto. Pone ad diſſoluendum per ſeptem dies, extrahe aquam cum panno, re-

no, residuũ fac volatile, supponendo ignem ignitionis. Istud iterum imbibe cum aqua sua tota, & pone ad generandum, iterum ad desiccandum per quadraginta dies, & inuenies lapidem, quem pone ad figendum, & habebis lapidem augmentabilem vsq; in infinitum. Custodi ergo hũc librum à filio tuo, quia iste exponit cuncta quæ scripsimus in diuersis libris nostris.

De fermento Lunæ ad azymum.
Cap. XXV.

FErmentum lunę ad azymũ fit, cùm luna dissoluta fuerit in aqua sua corrosiua, quæ fit ex vitreolo & sale nitro. Et si hãc aquam decoxeris ad tertiam, & in aere posueris per aliquot dies, descendent lapilli cristallini: quos si posueris per se in balneo, vel in fimo per aliquot dies dissoluentur, erit oleum lunæ, & ipsum fermentum: quod serua ad album.

De fermento solis ad rubeum.
Cap. XXVI.

FErmentum Solis fit, cùm Sol dissolutus fuerit in aqua sua, & decoctus atq; præparatus, secũdum capitulum prędictum fermenti lunæ, erit fermentum solis ad rubeum, quod serua.

De fermento Fermenti, tam albi quàm rubei super Mercurium.
Cap. XXVII.

COMpositio medicinæ nostræ, quæ dicitur Fermentum fermenti super Mercurium, fit per hũc modum ad album: Accipe fermentum Lunæ, quod est eius oleum, & appone duplum eius arsenici sublimati, & in aqua dissoluti, quibus appone Mercurij dissoluti quantum arsenici: commisce aquas, easque pone super ignem per diem ad incorporandum: deinde extrahe aquam per alembicum, & redde. Et hoc quindecies fac sic incerando, & erit currens, vt cera fusibilis: tunc appone tantùm ceræ virgineæ albę fusæ: & cõmisce, & proiice super Mercurium lotum, secundum quòd tibi videbitur expedire. Nam illud resolutum augmentatur in virtute & pondere. Si autem ad rubeum sit hoc fermentum fermenti hoc modo, dissolue solem in aqua sua, (compositionem fac autem omnium aquarum illarum, & aliarum rerum, quæ sufficienter sunt traditæ in libro nostro, de Perfectionis inuentione, & dissoluendi modus, quare hîc omisimus) quo sole dissoluto, ad partem eius appone duas partes sulphuris dissoluti: in eadem aqua simul & tres partes Mercurij dissoluti. Sintq; omnia ista veraciter dissoluta

luta in aquam clarisſimam: quibus mixtis, coque per diem, vt fermententur: deinde extrahe aquam, quindecies ſemper reddendo: incera cum cera crocea virginea, id eſt oleo ſanguinis, vel oleo ouorum ad modum dictum, proijce ſuper Mercurium crudũm, ſecundum quôd videbitur tibi expedire. Scias vtique ſi hanc medicinam perfeceris, ſecundum modum tibi traditum in ſecũdo ordine Summæ noſtræ de medicina Mercurij congelatiua, inuenies per reiterationem operis, & per ſubtiliationem eius, quòd vna pars iſtius tingit Mercurij infinitas partes, in ſolem altisſimum nobiliorem omni ſole naturali.

Recapitulatio experimentorum authoris.

Caput XXVIII.

CVM intendamus in noſtro volumine declarare cuncta dubia, quæ accidere poſſunt cuilibet artifici concludam librum meum cum omnibus veris eperimentis per me probatis & expertis. Et per has operationes veras percipere poterit inueſtigator nouus, veritatem ſeu falſitatem receptorũ diuerſorum ſophiſticorum, ne tempus ſuum exponat viliter, & bona ſimiliter in falſificorum receptionibus. Et primò de ſpiritibus ſolis: poſtea de alijs conſequenter modis ſuis, tam de corporibus, quàm de ſpiritibus. Sed iſtud capitulum diuiſum eſt in

duo. Primò narramus experientiam antiquorum per nos expertam: Secundò rectificationes eorum omniũ. Sed ad ea quæ sunt albedinis est prius insistendum, pro vt nos incepimus. Bona dealbatio. Recipe Realgaris vnciam j. argenti viui sublimati vncias tres & semis, tartari calcinati vnciam j. tere, & incorpora, & pone in phialam cum longo collo vnius pedis, sic quòd duo digiti intrare possint, & sit lutata, & pone super ignem coopertam cum panno. Fac primò ignem lentum per quartam horæ: deinde subtus & in circuitu, augmenta ignẽ, quousque furnus vlterius ardescat cum ignitione, infrigidatũ frange, & quod metallinum inueneris, extrahe & collige magnam copiam: quia iam dicam tibi modũ, qualiter hæc medicina rectificetur vtiliter. Dealbatio artificiosa. Super tutiam sublimato vnam partem mercurij sublimati, & duas partes arsenici sublimati, quousq; habuerit ingressum: hoc Venerem dealbat clarè, & speciosè multum. Item alia. Cum litargirio dissoluto imbibe mercurij sublimati partes tres, arsenici sublimati partes duas, quousq; fiant 8. pondera: cui adiunge arsenici sublimati alia octo, tere simul, & funde cum oleo tartari, & dealbabis Venerem pręparatam ad libitum. Item alia. Arsenicum metallinum cum tantundem calcis Lunæ, tere, & imbibe cum a-

qua

qua ſalis ammoniaci: & deſicca, & tere, & poſt diſſolue ſalem tartari in aqua ſalis petræ, cum quo oleo imbibe medicinam, deſicca eam ter incerando. & deſiccaudo: & gaudebis de hoc, quod nunc narrauimus. Item alia noſtra. Iouem calcinatum, ablutum & deſiccatum, toties imbibe cum arſenico metallino, cum medietate eius mercurij ſublimati, quouſq; fundatur, & intret Venerem: nam ipſam dealbat ſplendidè præparatam. Item. Super tutiam calcinatam, diſſolutam, & coagulatam, ſublima arſenicum ſublimatum album, ſic quòd arſenici ſint 3. partes: tutiæ verò vna, reiterando ſublimationem ſuper ipſum quater: nam habet ingreſſum cũ illis: adiunge mercurij ſublimati medietatem totius, terendo & incerãdo quater cum aqua ſalis ammoniaci, petræ & tartari, ana, cum quo coagulato, cementa laminas Veneris præparatas: & funde, & erit res valde pulchra. Item alia. Venerem calcinatam & inceratam tere, cui adiunge arſenici ſublimati, & dimidiam partem mercurij ſublimati, quibus bene tritis & mixtis, adiunge parum de aqua ammoniaci, incerando ſuper marmore, pòſt deſicca & ſublima: ſublimatum redde fæcibus iterum imbibendo. Et ſic ter in quarta vice imbibe cum aqua petræ, & ſublima id, quod ſublimari patitur. reitera, donec fuſum maneat in fundo: illud

autem in cupro præparato reſplẽdebit cum nitore. Item. Super calcem Veneris præparatam, toties ſublima arſenicum ſublimatum, quòd aliqua pars arſenici remaneat cũ eo in aſperitate ignis. Illud autem imbibitum cum aqua petræ, & vltimò inceratum cum aqua Lunæ & Mercurij præcipitati, in fine cum oleo tartari rectificati, quouſque fluat, Martem dealbat mirificè, & intrat ſecundũ ordinem, ſi ſagaciter ambulaueris in conuallibus huius artis. Dixi nanq; alibi, quòd ſi Mercurij vbiq; præcipitati obtineat in commixto, ſplendidius ambulabis, præcipuè ſi fermentum album diſſolutum cum Mercurio diſſoluto, poſt aliqualem eius fixionem adiunctum fuerit per medium inceprationis, inuenies te iuxta viam ambulaſſe. Et quia probauimus Iouem qualitercunq; præparatum, in toto primo ordine totaliter inutilem, qualecunque ſibi magiſterium ſuperuenerit, etiam Saturnũ & Martem: propter hoc in Summa noſtra dedimus eum medicinæ tertij ordinis ſubſeruiturum: quia excellentisſimè ibi declaratur, vt ſæpius eſt probatum in Summa perfectionis noſtræ, & iam infinitos modos de facto probauimus & ſciuimus. Aptiora tamen deſcripſimus de ipſius Veneris dealbatione.

Ludi

Ludi Mercuriales. Cap. XXIX.

NVnc autem incipiam de Ludis Mercurialibus. Fac cementum de litargiro argenteo, & ſale alkali de zoza, hoc pone in cruſibulo ad ſpisſitudinem digiti, ibidem pone globum amalgamationis Mercurij & Lunæ, ſuperpone reſiduum cementi, vt ſit globus in medio cementi. Deſicca, luta, & pone in lento igne per medium diem, paulatim ignem vigorando, ſicque de veſpere vſq; ad crepuſculum calere incipiat cum modica ignitione extrahe, & in cineritio affina, & erit Luna in pondere, & ſurditate, & fixione multum melior. Item. Lunã amalgama cum mercurio, cui adiunge tantùm Saturni, quantum eſt luna: pone in cruſibulo alto, ſic, quòd tres quartæ ſint vacuæ, ſuperpone oleum ſulphuris, & coque vſque ad olei conſumptionem, pòſt tene per duas horas in igne mediocri, & generabitur ibi lapis niger cum paruo rubore, hunc lapidem fac tranſire per cineritium, & Lunam inuenies augmentatam in pondere, ſurditate, & fixione. Item aliud optimum opus meditandũ. Lunam amalagamtá cum Mercurio tere cum duplo eius arſenici metallini. Cui adiunge Veneris amalgamatæ proportionem decuplam, Lunæ ſcilicet & arſenici: tere totum: & fige, & reduc in corpus, & bene tibi erit.

Citrinatio Lunæ. Caput XXX.

POstquam duximus in cognitionem illorum albantium cũ magisterio: nunc ad citrinationem Lunę accedamus, specialius quàm in Summa nostra. Zyniar nostrum philosophicum ex Venere præparata deductum, dissolue cum aqua dissolutionis Lunæ, cui adiunge medium eius Mercurij rubificati per sublimationem, & aliqualiter fixati & dissoluti: Lunæ autem dissolutæ quantum ipsum zyniar appone: quibus fermentatis per diem, extrahe aquam per distillationem, & redde, & hoc decies. In fine coagula, & reduc in corpus, & gaudebis ab inuento. Aliter. Solue ipsum zyniar & crocum nostrum præparatum cum Mercurij sublimatione, quousq; rubescat, adiunge tantum salis ammoniaci, & sublima ter ab illo croco, quod dissolue. Sint autem crocus & zyniar ana, cui adiunge tantùm de Luna dissoluta, quantùm de duobus: fac vt in precedenti, incerando, & reduc, qnia leue.

Item, alium modum tibi tradimus leuiorem.

Recipe croci & zyniar dissolutorũ ana, adiunge tantùm auri dissoluti, incera vt prius. In fine congela, & da illi quartam eius de oleo salis petræ: & proijce tantùm Lunæ, & exit tinctura cum citrinali aspectu.

Aliter autem & optimè.

Fac aquam de zyniar nostro, & de illo croco no-

co noſtro, & imbibe calcem Solis & Lunæ ana, quouſq; biberint eorum pondus. In fine incera cum oleo ammoniaci & petræ, & reduc in corpus nobile. Item, Sublima ammoniacum à viridi noſtro, cui tunc adiunge crocum & zyniar, ex qnibus bene commixtis, ſublima bis vel ter, ammoniacum extractum de prædicto, & in fine diſſolue totum, cui adiunge tertiam auri diſſoluti, incera vt prius, & congela. Et proijce ſupra Solem & Lunam, ita quòd Lunæ ſint duæ partes, Solis autem vna, & erit bonum.

Finis libri Fornacum.

RERVM ET VER-
BORVM IN AVICEN-
næ & Gebri Chemica lo-
cupletiſsimus

INDEX.

A

Abaxes ut genere tur 38
Abimezeri operatio ad album 57
reprehenditur 58
abimazeri Alfarabi laus & integritas 54
Abluendi cupri ratio 178
ablutio auri phyſica 367
ablutio quibus rebus fiat 210
ablutio quid ſit & quare fiat 207 triplex ibidem
ablutio calcis ut fiat 87
ablutionis formulæ multæ 216. & deinceps
ablutiones calcium corporum combuſtorum ut fiant 748
Abuali Abizalemi filio ſuo Mercurij indurationem oſtendit 45
abuali & Abumazar ut in opere differant 298
abumazar Chemiſta 67
abuzalemi Mercurium ut ſublimarit 80. & 81
Accidentiũ ſpoliatio poſſibilis eſt, ergo & corporũ melioratio 485
Acecon quid ſit 121
ad magiſterium non ualet ibidem
acerton ut fiat ex plumbo 119
acetum quomodo frgidũ

ſit cum ex uino fiat 359
æceti acerrimi præparatio 485
aceti natura, & in magiſterio uſus 160
Adam alchimiſta fuit 66
Aenigma de uero magiſterio 202
æquinoctia fiunt ſole in Ariete & Libra exiſtẽte 398
aer facilè in ignem & in aquam uertitur 7
aer calidus & humidus eſſe ut cognoſcatur 5
an ſit 6
aer cibus ignis eſt 6
aeris natura 4
æs ſi in aurum ſit conuertendum quid ſit præcauendum 92
æs quomodo à ſtanno ſeparetur 319
æs ut auri colorem nanciſcatur 432
æs ex ſulphure ſolis effigiem acquirit 542
æris præparatio ad rubrum 434
Albellui herba ex qua fit ſal alkali 380
Albi hiſpanici præparatio 483
alba & nigra rès cum omnibus coloribus, & eſt Mercurius 313
Alchimia an ſit uel nõ ſit 36
alchimiæ finẽ plures ſunt conſecuti 516
alchimiam eſſe negantiũ rationes 508
Alchizaram uirgæ improbantur Auicennæ 96
Alcofol cõtra oculorum uitia ex magiſterij opere nata 98
alderia ferrum 123
Alexir quid ſit 181
alexir prima 419
alexir tingit ſine mutatione ponderis 95

alexir CC. anno melius quàm primo 83 mille annis durat ibid.
alexir quid sit, & quare sit 108 est græca dictio, eiusq; etymologia ibidem
alexir solis habet ingredientia septem 183
alexir ad albũ multæ formulæ 441
alexir est puluis mutans non bonum in bonum 298
alexiris ad rubrum præparatio 434
alexiris Lunæ uita quanta 186
alexiris ☉ & ☽ præparatio 103
Alpharabij modꝰ indurãdi Mercurium 61
Algerid lapis est 504
Alkali herba ex qua paratur sal alcali 134
allaton à sale armoniaco optimè tingitur 309
allaton quid sit 220
duplex est 128
allaton quomodo fiat 304
allatonis opera Chemica cupro respondẽt 309
inceratio ibid. sublimatio philosophica 311
allegorica Chemistarum uerba 292
alleuiatio (quàm uocant) lapidi utilis est 85
Almahagra alumen rubeum 385
Aludel rotundum esse debet & totius formæ describtio 238
aludel non est aperiendũ nisi refrixerit 105
aludel ut & ex qua materia conficiendum 569
aludelli ut lutandi in omni opere Chemico 237
alumẽ glaciale seu rochæ ut præparandum 715
alumen triplex, albũ, rubeum, & citrinũ 385

alumen duplex Iamenũ, & Margani 138
aluminis glaciei & Rochæ præparatio 481
Iameni præparatio. ibidem
plumosi 482
aluminum fusio 654
amaritudo in magisterio commendatur 76
amorem inter inimicos facere oportet 462
Anoca animal intrat in magisterium 77
Antachimum plumbum ad magisterium non usurpatur 118
antimonij præparatio 484
Antroicus episcopus Chemista 67
anulorum leuamen 443
Aqua sulphuris 385
aqua dissolutiua Gebri 751
aqua lapidis omnia corpora soluit 83
mercurium indurat. ibidem
aqua aluminis albi ut fiat 384
aqua pro auro uiuo ponitur 285
aqua uiua, id est aqua sicca 537
aqua philosophica inceratiua Gebri 734
aqua aquilæ est aqua lapidis 420
aquæ sang. humani præparatio 405
aquæ lapidis descriptio 129
aquæ natura 4
aquarum solutiuarum descriptiones Gebri 734
aquila est magisterium 3
aquila est lapis noster 76
Aramus alchymista 66
aranea lapis 304
Arazi Chemistæ laus 68
libri Chemici studiosè perlegendi 69
eiusdem Mercurij indurandi

durandi modus ibid.
arentium est ignis 314
argentū cur à terra corrumpatur 33
argentum quomodo & ex quibus generetur. 32
argentum in minera alijs confusum metallis est ignobile 548
argentum malleo elongatur 29
argentum si inter fundēdum rugitum facit, est de magisterio 344
cito soluitur si non sit naturale ibid.
argentum triplex, naturale, petrale, & magisterij 131
argentum uiuum duplicitermundatur 659
argentum uiuum coagulans medicina 679
argentum uiuum alteratum an sit materia metallorum 538
argentum uiuum per se non est perfectiuum 623
argentum uiuum fixionē admittit 544
argenti fusio ut fiat 133
argenti generatio ab auri generatione ut differat 628 pondus
cur quàm auri minus ibidem
argenti probationes uariæ 344
argenti inceratio 357
sublimatio 361
argenti delectus pro magisterio 391 . naturalis signum certiß. 392
argenti ablutio 345
calcinatio 346
argēti ueri definitio 547
pulcherrima explicatio 548
argenti uiui sublimatio ad ☉ & ☽ 373
indurandi modus 374
assatio 375
argenti uiui uera defini-

tio 544
Aristoteles alchimiam ésse affirmat 35
Arithmetica quid conducat magisterio 288
Armarcasita est marcasita auri 77
Armoniacus sal inter sales non numeratur 382
Armoniacus sal ut asseruandus 157
Armoniacus sal medius est inter mercurium & auripigmentum 31
Armoniaci salis solutio 87
Armoniaci salis solutio 145 plures differentiæ ibid. Aegyptij præstantia 146
Armoniaci salis præparatio fit per sublimationem 102
In Armoniaco salę crystalli color commendatur 393
Ars paucis diebus facit quod natura in centũ annis 17
Ars naturam in celeritate perfectionis superat 511
Ars metalla non transmutat sed natura 518
Arsenicum cur facilè seperetur 620
est albedinis tinctura ibidem
Arsenicum solum non sufficit ad perfectionem 526
Arsenicum ut à sulphure differat 543 duplex est ibid. fixionem admittit ibid.
Arsenicum facilem fusionem reddit 643
Arsenici fixio 611
Assatio Mercurij 375
Astronomia quomodo Chemicæ conducat 289
Astronomicæ obseruationes de duodecim signis 399

athanor

Athanor ut fiat 744
Atramenti nigri præparatio 482
atramentorum præparatio 716
Attozongi seminis usus 159
Auaritia Chemiæ officit 503
Aura hominis sani est azoch præparatum 422
Aurea uasa quomodo cõficiuntur 89
aurum rerum omnium huius seculi precioſiß. 276
aurum quomodo & ex quibus generetur 32
aurum quamobrem corrumpi non poßit 32
aurum ut in calcem redigatur 365
aurum malleo elongatur 29
aurum uiuum album ad ☽ rubeum ad solem usurpandum 273
aurum uiuum quomodo generetur 29
aurum quid sit, & quid sit quod aurum facit odore plumbi teritur 546 547
aurum cur precioſius reliquis metallis 48
aurum fieri arte posse tribus rationibus docetur 44
aurum de alexir triplex 125 fucatum quo modo conficiant ibid.
aurum exarchi quomodo præparetur 130
aurum uiuum induratũ & tinctum uerum aurum euadit 45
aurum difficulter destruitur et uix struitur 512
aurum finum in igne nõ minuitur 73
aurum uiuum non assatũ nil ualet 61
auri uiui præparatio ut fiat 102

auri naturalis occultæ uirtutes 128
auri abluendi modus 364
auri color diuersus à sulphuris mistione est 626 ponderis causa 627
auri signa ex quibus cognoscitur septem 125 & deinceps
auri delectus ad magisterium 392
auro quatenus singula metalla conueniant 547
Aurichalcum quomodo fiat 304
auripigmentum in alexir significat ignem lapidis 284
auripigmentum est ignis lapidis 107
auripigmentum leue est ad intelligendum 3
auripigmentum ut melio retur ac sublimetur 377
auripigmentum quid sit 29
auripigmentum ubi sit asseruandum 157
auripigmentum cum calce mixtum Psylotrũ euadit 46
auripigmenti delectus 394
auripigmenti præparatio 102
auripigmenti species earumq; differentiæ 143
usus 144
auripigmenti solutio 245
Azauene quid 121
azenzar omnibus metalis inest 36
azoc pueri iugulatio 214
azoc ut reuiuiscat 188

B

BAc, bac, bobo, barbar, soni sunt de uitro iudicantes 446
Balneum æreum corpus humectat 7
Balneum bonum non medio-

diocre uitra, quid sit 438
Batlaunz Chemista 67
Bauaoui 408
Baurach 139
armoniaco simile ibidem
Baurac triplex est, & ut soluatur 383
Baurach in corio est asseruandum 156
Baurac rubeum melius est 384
Bauracnon soluitur 160
Baurachij præparatio 484
Bordolagos quid 76
Blanchetum ut conficiatur 119
Boli præparatio 484
Botus Barbatus quomodo præparandus 339
Botes faciendi modi quatuor 340
Bucros flaton alchimista 67
Buso lapis 304
Buso est magisterium 3
Butyrum est aer lactis 14

C

Calchi stannum 119
Calcinãdi auri ratio 364
calcinari septem corpora possunt 251
calcinatio quid efficiat in corporibus 738
calcinatio quid sit 592
eius diuersitas 593
usus 594
calcinationis furnus qualis 176
calcinationis & solutionis causæ 681
calcinationis plumbi modi uarij per rubricas distincti 424
calcinationis examen 704
calcinationes argenti uariæ 348
calcinatorij furni compo nendi ratio 737
calcinatorij furni descri-

ptio 595
Calculi præstantiß. remedium 387
Calor solis quod in C. annis coquit Chemistæ paucis horis faciunt 37
Calx philosophi magna 333
calx ad fermentum de albis 193
calx ad corpus solis geometricè proposita 197
calx cupri ut & quare paretur 189 ut bona esse cognoscatur 109
calx cum salibus 205
plumbi ad solem 206
calx ad sponsalitium sol & lunæ ut præparanda 200
calx de cupro ad sponsalitium solis 195 ad sponsalitium Lunæ 196
calx est græca uox et pulueren significat hindenauß 190
Calcis inhumatio quomodo fiat 210
calcis argenti induratio 355
calcis stanni lauatio 292
induratio 294
calcis bene ablutæ signa 219
calces ut in solidam massam redigantur 749
calces ad plumbum decē 252
Cancer tingit ♄ & ♂ 433
Capelli ut fiant 117
Capilli bestiarum non intrant in magisterium 151
capilli hominis sunt mercurius 313
capillorum delectus, ablutio & colligendi tēpus 414
capillorum fumus cupro auri colorem conciliat 152

Capri-

Capricornus tingit Mercurium 433
Capucium de terra magisterij quomodo conficiendum 116
Caradisse Chemista 67
Carnis nomine explicatus lapis noster 202
Caseus est terra lactis 14
Caules Auicennæ plumbum designant 77
Cementum cur quædam corpora plus quædam minus perferant 692
cementi examen ut componendum & exercendum 694
Cera nigra, id est, capilli, lapis sunt 431
Ceratio quid Gebro 615
cur sit inuenta ibidem
Cerob stannum 219
Ceruſæ præparatio 483
in Chemista quæ requirantur in uniuersum 504 & deinceps
Chemistarum nobiliorum catalogus 67
Cinabrij præparatio 487
Cineritium quid 44
Circulus diametro plus triplus est 191
Citrinum alumen 385
Citrinitas Lunarem est & solarem medicinas distinguit 682
Cineritij examen solummodo sol & Luna sustinent 688
quomodo sit componendum & exercendum 691
Citrinitas metallorum est à sulphure non comburente 642
Claron Alchymista 67
Coagulatio solutorum ut fiat 609
Coagulandi Mercurij ratio duplex 603

difficilis est 604
coagulationis definitio, usus, finis 603
Cocolata lapis 304
in Cœlum ascendere est Mercurium præparare 291
Cœlestinus color quomodo ex argento fiat 548
Collirium pro alchimistis 98
Coloramentum Mercurij 405
colores metallici per attenuationem eluceſcũt 94
colores metallorum mutari posse exemplo cupri docetur 39
Constantia in Chemico necessaria 505
à Contrario ad contrariũ non fit transitus sine medio 539
Cornua bouis quid 211
corona cum oculo, oculus cum albedine sunt magisterium 431
corporis cum spiritu mixtio quomodo fieri debeat 100
corpora multum humida difficulter cum sulphure calcinantur 542
corpora omnia calcinantur iuxta Gebrum 748
corpora metallica septẽ 96
corporum præparationes Gebri 722
corporum præparatio quamobrem fiat 105
corruptionis metallorũ causæ tres 631
Cotabiua Chemista 67
crocus Martis ut præparetur 483
Cucumerum aqua est azoc 441
cuperosæ præparatio & mundatio 482
cuprum cum sale armoniaco induratur 224
cuprum malleo elongatur 29

cuprum Mercurio inimi cum 151
cuprum triplex, Hermi-minium, naturale, & Nauarræ 114
cuprum cur facilè ab igne absumatur 33
cuprum ut fundatur 116
cuprum ut à stanno separetur 320
cuprum argento quàm auro est propius 114
in C. annis perficitur in terra ibid.
cuprum calcinatum, dealbatum, sæpius solutum in argentum abit 106
cuprũ quomodo, ex quibus, & quanto tempore generetur 32
cupri calcinatio 87
cupri ꝑparatio Abuali 62
cupri delectus 390
cupri solutio cur uehementem ignem desideret 159
cupri præparatio ad solẽ 196
cupri lauamentum 178
cupri calx XXV. annis durat 188
cupri præparatio Gebri 491
cursuum operatio fit per incorporata iuxta Abimeger 57

D

DEalbatio corporũ quomodo fiat 386
Debilis fortis, fortis debilis quid 314
Deladelum ferrum libenter funditur 124
Delphini ut occidantur 419
Descensionis causæ, differentiæ, usus 582
Descensorium uas 582. & 585
Desponsationum formulæ XIX 462
Destillatio triplex per filtrum, per descensoriũ, per alembicum 586
cur inuenta ibid.

omnes res puras reddit 587
Destillatorij uasis compositio 741
Destillatorij furni descriptio 176
Dens hominis quid 76
Diaboli dentes quid 309
Dialectica Chemiæ quid conferat 288
Dominus de ponderibus Chemista 67
Durandus monachus chemista 67
Duriciei in metallis causa sunt ☿ & ♀ fixum 642

E

EGidius Chemista 67
Electuarium contra infirmitates factas ex opere magisterij 97
Elementa ut inuicem differant quatenus ad chemiam attinet 5
Elementa ut se mutuò solu-
uunt 12
elementa capillorũ quomodo præparanda 416
elementa ut in se mutuo conuertantur 9
elementa omnibus mixtis ineſſe 15
elementa quatuor Chemica, prima destillatio, secunda destillatio, tertia destillatio, sublimatio 4
elementorum qualitates in mixtis nõ insunt actu 12 duorum separatio ut fiat 13
elementorum ouorũ præparationes 411
elemẽtorum ab inuicem differentiæ 11
Elephas, lapis 304
ex Elementis omnia quæ in mundo sunt conflata esse 10
Elixir de fœmina masculum facit in prægnante 50

omnes infirmitates cu
rat ibid.
elixir an pondera ut & colores mutet in metallis 40
elixir mistum esse ex rebus VII. 64
elixir cõfectum reliquis præstat 183
elixir ad rubrum optima 437
elixir prima ad album 421
elixiris maioris proprietates 493
elixiris ad album sine Luna descriptio 180
Euchachium plumbum 115
Epersina ad purgandum allatonem utilis 309
Equini stercoris commẽdatio ad magisteriũ 71
Extinctionis ignitorum examen 701

F

FArina hordei est plumbum 327
tritici est sanguis ibidem
Farinæ philosophorum id est, ut in panes cogantur 2
Fel hominis facit ad indurandum mercuriũ 64
fermentum cum impuris corporibus non miscetur 105
Fermentum cur cum quatuor elementis miscetur 299
fermentum solis in æternum durat 284
fermentum mutat opus minus in suam naturã 298
fermentum potest facere aurum magisterij 363
fermentũ cum alexir miscendum propter colorationem 61

ſine Fermento non exit nec ſol nec luna 443
Fermentatio ſolis 444
fermentationum formulæ 444 *& deinceps*
Ferrum fixum difficilius funditur 629 *facilè figitur* 630
ferrum quomodo fundatur ſeu fuſile reddatur 125
ferrum ut ſublimetur 336 *ſoluatur* 337
ferrum calcinatũ eſt crocus martis 748
ferrum ad opus magiſterij non eſt adhibendũ 87
ferrum malleo elongabile corpus 28
ferrum currens eſt magnum magiſterium 330
ferrum quàm plumbum meliore ſulphure eſt 33
ferri dealbatio Phyſica 387
ferri fuſio ut fiat 330 *præparatio* 331 *lauatio ibid.*
ferri generatio & materia 33
ferri ſex ſpecies earumque differentia 123
ferri generatio ex liuida materia utraq; 629
Feſtinatio in magiſterio eſt prohibita 204
Filius quem debemus iugulare & bibere ſanguinem eius eſt Mercurius 314
per Filtrũ deſtillatio cur ſit inuenta 587
Fimus ad ſoluendam calcem 468
Fimi inhumatio 210
Fixio quid ſit 610 *cur inuenta ibid.*
Fixio Martis & Veneris optima eſt 638
fixionis differentiæ 610
fixatio fit per res XVIII. 433

Fixatorius furnus Gebri 744
Fæcum administratio in purgatorijs sulphuris Gebro commendatur 718
fæcum coniunctionem ad sublimationem necessariam esse 560
Fornax calcinatorius 737
Fornax ut construenda ad sublimandum 564
Fornacum liber cur à Gebro conscriptus 736
Fortitudo seculi ut inquirenda 75 in XXIII. rebus consistit ibidem
Frigida loti cur quandoque calescunt 8
Fuga & adurentia è sulphure tollenda 525
Furnus sulphuris & mercurij est materij metallorum 539
Furnus ad destillandum sanguinem humanum 401
furnus magisterij ut præparandus 3
furnus calcinatorius quo modo præparandus 176
furnus descensorius 742
fusorius 742
furnus destillatorius ut parandus 176
furni forma pro fusione cupri 117
furni calcinatorij forma 595
furni destillatorij pictura 742
fusio perfecta ab ignis moderatione dependet 662
fusionis examen 697
fusionis causæ 643
fusorius furnus ut fiat 742

G

GAlla & uitriolum aquam nigrore

tingunt 74
Gallina nigra est mercurius 433
Gallinarum triplex præparatio 3
Galud de Babylonia alchimista 66
Garganum quid 657
Garonton oleum oculis utile 356
Garsia Cardinalis Chemista 67
Geben Chemista 67
Geber in magisterio fuit magister magistrorum 49 mentitus est Abuali ibid.
Geber, Iahias & Morienus tres excellentißimi philosophi 61
Geber noluit scribere ut intelligeretur 50
Gebri uanitates explosæ 51
Gebri iuramêtum de certitudine Summæ suæ 498
Gemmæ quàm aurum precioſiores non ſunt 275
Geometria lapidis 338
Geometria quid ad Chemiam conferat 288
Geometrica calcis cupri ad magisterium assignatio 191
Gergozos ignis est 212
Gessureum plumbum 115
Gilebert Cardinalis chemista 67
Gir lapides precioſi cur 41
Goracini ciuitas Indiæ allegoricè ad lapidem collata 297
Granulatura quid ſit 751
granum arentium 314
Gras 297
Grifus est lapis philosophorum 76
Grossum gracile facere quid ſit 70

Grus lapis 304

H

Haramuge de magisterio lapidis iuramentũ 55
Hematitis lapidis præparatiõ 484
Herbalis lapis est lapis philosophorum 414
Herminium cuprum 114
ad magisterium est inutile ibid.
Higer Chemista 67
Homo monocul⁹ est mercurius 291
Hypotheses artis uariorum uariæ conuelluntur 522

I

Iacob Almonum Chemista 67
Iacob Alhartarne Iudæus Chemista Auicennam multa in Chemicis docuit 68
Iabiæ Abimdimon laus 52
scripta quàm Gebri dilucidiora ibid. error detectus 53
Iameni alumen 138
Iameni alumen ubi nascatur & quale sit 385
Iariz alchymista 68
Iarnec 436
Ieconiæ præcepta de calcibus 290
Ieuf alchimista 68
Ignis aere alitur 8
ignis non fixa omnia cõsumit 654
ignis non habet uim super uitrum 39
ignis gradus tres in sublimatione obseruandi 558
ignis et aquæ misturæ uariæ 19
ignis attemperandi præceptum 208
ignis moderatio fusionis perfectæ causa 668
ignis præparatio 403

Ignis regimen in sublimando 562
ignis natura 4
ignitorum extinctionis examen 701
ignitionis examen 696
igniuntur perfecta corpora ante fusionem 696
impedimẽtorum artis diuisio 500
Imperfecta dupliciter perfecta redduntur 750
inceratio quid sit 225
quid à solutione differat 226
inceratio quibus metallis sit commodior 269
incerationes calcium ablutorum ut iuxta Gebrum 749
indurare quid sit 67
indurandi mercurij modus Alfarabij 61
induratio cupri ut fiat 224
induratio non debet fieri cum rebus solutis 264
indurationis causæ, modus, differentiæ 223
ingenij acumen ad alchimiam adferendum 502
Ingressio medicinarum ut fiat per artificium 681
inhumatio philosophorum 213
inspissatio ut fiat 514
eius causa in metallis 515
intrà mare, & bibe de aqua, quid sit 291
Ioannes Euangelista Alchemista fuit 67
Isaac Iudæus Alchymista 66
Iupiter argento uiuo abundat 638
Iupiter ad perfectionem proximè accedit 643
Iupiter inter imperfecta metalla

metalla est perfectius 589
Iouis à Venere separatio 320
Iouis præparatio 488
Iouis definitio & natura 549
Iouis Mercurius non est tam bene coctus, ut lunæ 279
Iouis specialis calcinatio 747
Iouis multiplex præparatio 656
Ixsili uitrioli species 138

L

LAcena oculi quid 442
Lamazarac 356
Landelum ferrum 123
Lapis philosophorũ unicus est 476
Lapis naturalis uulgaris & noster quid 84
ut à spiritali differat ibidem
lapis uitalis & animalis 79
lapis herbalis XXX. annis durat post separationem 186
lapis noster an sit Herbalis 82
lapis herbalis est Mercurius 313
lapis noster quid sit 86
lapis est mater magisterij, ut centrum circuli 200
lapis hominis uiuit CXX annis 184
lapidis usus explicatur 107
lapidis alleuatio utilis 85
lapidis naturalis utilitates 84
lapidis magisterium saltem est pro regibus & diuitibus 83
lapidem nisi philosophis

Deus largitur 108
Lapidum colores falsi à Morieno proditi 64
Laton fit ex tutia cum eu pro mixta 304
Latonis solutio 316
Latonis solutio magnum ignem requirit 159
Lauamentum pro cupro 179
Lauamenta triplicis usus gratia fiunt 208
Lauandi calcem modus 87
Lauatio cupri 93
Lauatio plumbi 259
Lauationis mercurij perfectæ signum 659
Lauationis Chemicæ causæ 60
Lauatorij uasis forma 176
Lazurij lapidis præparatio 484
Leuamen quid sit Chemistis 73
Leuamen ad suam naturam reducit 439
Leuamen est fermentum Chemistarum 103
Lex herbalis 101
Lignorũ delectus ad sublimationem 568
lingua hominis cur dicatur oleum 292
lingua syluestris hominis quid sit 78
lingua hominis quid sit Chemistis 76
lingua cerui quid 421
Litargyrij præparatio 483
Luna ut fiat ex Venere 180
luna cur & quamobrem humida 56
lunæ præparatio Gebri 493
lunæ citrinatio fit à natura & ab arte 671
lunaris medicinæ administratio 683
Lupus lapis noster 304
lutum ad cooperiendas ollas

ollas 234
lutum magisterij 132
lutandi ratio in omnibus operibus Chemicis 235 & deinceps

M

MAGNEsia sulphure multo ac turbido constat 624
Magnesiæ sublimatio 581
Magisterium caput rubrum, pedes albos, oculos nigros, habet 3
magisterium philosophi cum ad Lunam 237
magisterium facturus quid quoque loco facere & habere debeat 160
magisterij utilitates 82
magisterij lutum 234
magisteria quomodo à philosophis inuenta 286
Magrane aluminis species 385
Mahomet de Razi Alchimista 67
Malleationem unde perferant metalla 513
malleationem quæ metalla faciliorem habeãt 643
Mars rubram tincturam facilè accipit 552
Mars non per se, sed per accidens non comburitur 693
Mars & Venus quomodo conueniant ac differant 646
Martis definitio & natura 552
Martis præparatio 492
Martis cum & sine sublimatione præparatio 657
Martis calcinatio 748
Marti Mercurius cur

difficulter adhæreat 638
Marti mercurius non adhæret nisi arte 544
Martem dealbantes medicinæ 669
Marchasita ex quibus componatur 623
marchasita ad tincturam & elixir non usurpanda 65
marchasitæ sublimatio 575 in quali uase fiat 576
marchasitæ quinq; species 133
Matres nostræ quid sint 327
Medicina tertij ordinis, ad album 732 rubrum 733
medicina secundi ordinis à tertij ut differat 682
medicina una omnia metalla perficit 647
medicina nostra ex quibus eliciatur 661
medicinæ nostræ septem proprietates 711
medicinæ albæ pro ☽ & ♄ 727 rubræ pro ijsdem 729
albæ pro ♀ & ♂ 730 rubræ 731
medicinæ primi, secundi, tertij ordinis 664
Mel potentia non actu est calidum 8
Mendacia Auicennæ quatuor credenda 85
Mercurius triplex, naturalis, plumbalis, stãnalis 148
quomodo sublimẽtur cum sit frigidus & humidus ibid.
mercurius quomodo à sordibus sit mundandus 573
mercurius in metallo nõ sublimandus 158
mercurius quomodo omnes colores habere dicatur 313
mercurius rubeus ut sublimetur

limetur 746
mercurius Lunæ difficulter adhæret 544
mercurius ut assetur 375
mercurius tribus modis sublimatur 80
mercurius tinctus sine alexir facit solem 371
mercurius in magisterio auri non nisi ruber ponendus 272
mercurius est argentum imperfectè coctum 114
mercurius quando sit rugialis ut cognoscatur 195
mercurius est in metallis causa perfectionis 632
mercurius an sit petra 371
mercurius ut præparetur ab Auicenna 93
mercurius ad album sine admixtione est sublimandus 231
mercurius ad rubrum minus sublimatur 232
mercurius durat nonaginta annis iuxta Aristot. 284
mercurius est aqua uiscosa, &c. 544
tribus mineralibus facilè adhæret ibi.
mercurius ut fiat de plumbo alkosolis 388
mercurius quomodo indurandus 48
mercurij nobilitas unde sit 29
mercurij induratio est primum in magisterio 86
mercurij mũdificatio duplex 659
mercurij duæ unciæ cum fermento sufficiunt ad facere Lunam 372
ablutio ibid. sublimatio 373
mercurij coagulati colo-

res unde sint 605
mercurij usus in sananda scabie 46
mercurij induratio Morieni improbata 64
mercurij temperamentū quale sit 47
mercurij delectus & probatio ad magisterium 393
mercurij induratio ab Abuali confecta 45
Metallum magisterij quomodo parandum 250
metallum & cuprum Auicennæ idem sunt 321
metallum ut calcinetur 326
metallum nullum sine mercurio deaurari potest 544
metallum quid sit 545
metalli calx quomodo in duranda 328
randa ibid.
metalli uariæ maneries 319
metalli solutio 322
ablutio 325
metalli dealbatio physica 388
metalla quomodo generentur Gebro 540
metalla omnia in aurum uiuum reduci possunt 36
metalla à natura, cui ars famulatur, trāsmutari 518
metalla sex sunt 545
metalla omnia tribus de causis corrumpuntur 631
metalla duplicis sunt alterationis 646
metalla quæ facilè & quæ difficilè soluantur 160
metalla sex quæ malleationem admittant 28

metallorum Mercurius 680
metallorum defectus supleri, superflua tolli per medicinam debere 650
metallorum imperfectorum sublimatio ut fiat 582
metallorũ perfectio circa mixtionis modũ uersatur 517
metallorum colores mutari posse 39
Mineralium mediorum calcinatio Gebri 748
mineralium mediorũ laboriosa operatio ad pfectionem 535
mineralium præparatio est primi ordinis medicina 664
mixtionis tres modi, ut metallum, ut laton, ut alexir 317
Moduli Chemici 88
mollificationis causæ in metallis 642
Mons Arami 305
Moraburti moduli ut fiant 89
Morienus regis Versusaha filius, 63
multa mendacia scripsit ibid.
Morienus de materia magisterij explicatus 55
Mutatio est sapientia magna 99 tribus fit modis ibid.
Musica quid ad magisterium conferat 289

N

NAtura nihil mutat niſi adsit potẽtia, quædam ad actum 240
Nauarræ cuprum 114
Nitaforis alchimista 67
Nitri differentiæ septem 135 solutio ibid.
Nitri præparatio 479
Nitri sal paratur ex uino 383

Noe alchymista 66
Organa incompleta artis opus impediunt 501
Oui testa instrumentum Chemichum 62
oua gallinarum nigrarũ 2
oua ut asseruanda 157
oua gallinarum quamobrem dicantur lapis naturalis 407
oua nigræ gallinæ quid sint 76
oua gallinarum sola intrant in magisterium 753 subuentanea inutilia sunt ibid.
ouorum delectus, inhumatio, destillatio 409

O

OLeum nostrum, 403
oleum fellis 735
uiridis æris ibi.
oleum sanguinis, capillorum, ouorum, quid sit 315
olei sang. humani præparatio 405
Olea inceratiua Gebri 735
ollæ calcinatoriæ 177
Ombre Abnabitalni alchimista 67
Opinionibus non facilè acquiescendum Chemico 502
Opus ad rubrum in æstate fieri debet 432
ad album hyeme ibid.
opus minus, maius, & medium quid sit chemistis 665

P

PAlliationis Chemicæ causæ motiuæ Gebri 687
Panni linei natura, usus, delectus 158
Patres nostri sunt clemẽta

ta 327
Paupertas impedimentum est alchimiæ 504
Penus monachus Chemista 67
Perfecta corpora quæ, et imperfecta 476
Perfecta corpora ante absolutam ignitionem nõ funduntur 696
Perfectio metallorũ unde sit 475
perfectionis medicinæ decem à Gebro inuentæ 647
perfectionis causa in corporibus est ab argento uiuo 634
Periæ rubræ ut præparẽtur 387
Petra naturalis, herbalis, animalis quid' 55
petra non petra 49
quid sit, coniecturæ 50
Philosophus si magisterium esse neget, ipse habet 78
Philosophi per affirmationem quandoq; negationem intelligunt & uicissim 63
Philosophiæ scientia in Chemista requiritur 504
philosophicè explicatũ magisterium 206
Pilulæ auripigmenti 77
Pimpinellorum aqua est azoc 441
Pizagros Alchymista 67
Planetarum ad metalla comparatio 47
Plato alchimiã esse affirmat 35
Plato magisterij certitudinem facto comprobauit 46
Plinius Chemista 67
Plumbum malleo elongatur 28
plumbum calcinatũ duodecim annis durat 188

Plumbum omnium facilimè in aurum transmutatur 115
ut ab auro differat ibid.
plumbum alcali 389
plumbum de caulibus est lapis noster 77
plumbum quibus rebus soluatur 256 *non est lauãdum in cupreo uase* 257
plumbum quàm cuprum maiorem indurationẽ requirit 262
plumbum calcinatione non ut Iupiter emendatur 640
plumbum album aliud, aliud stridens 649
plumbum alcosoli nõ soluitur 160
plumbi præparatio Gebri 490
plumbi inceratio 267
plumbi ablutio 248
calcinatio septem modis fit 251
plumbi delectus pro magisterio 392
plumbi generatio ut fiat 33 *odor aurum calcinat ibid.*
plumbi definitio, naturáque 548
plumbi dealbatio 387
plumbi Alcosoli utilitates 133
plumbi inhumatio 258 *lauatio* 259 *induratio* 262
plumbi alcosolis mercurius 388
plumbi solutiones tres 275
plumbi calx pro faciendo ☉ 208
plumbi quatuor species 115
è Plumbo aurum fieri per magisterium 48
Poma cur in aqua non mergantur 14
Pondus magnum perfectionis est argumentum

tum 664
ponderis magni, mediocris, parui cauſæ 663
pondera quamobrem ab elixir non creſcant 41
pondera pro horis allegoricè poſita 291
ponderum regula 150
ponderum ratio ad deſponſationes explicata 466
ponderum elementorum ratio ad ſolem & Lunam 213
ponderdtas res ut ex leuibus faciamus 93
Porcus lapis eſt 304
portulaca, pro rebus frigidis & humidis ponitur 419
Portæ elemẽtorum lectio quid ad faciendũ magiſterium conducat 23
Præparatio ſpirituum et alexiris 202
præparatio quid ſit 476
præparatio corporũ fit per ſuam ſublimationem 101
præparationem omnibus immundis corporibus eſſe neceſſariam 648
Proprietates ſex rerum ex quibus medicina elicitur 709
proprietates ſeptem in omni re conſiderandæ 30
Puerum ſuum nemo fortiter percutiat 332
Purgatio corporis ut facienda per medicinas 355
purificatio ♄ & ♅ fit per ſalia, alumina, et uitrum 653

Q

Quadranguli definitio 198
quadratura circuli eſt impoßibilis 108
Quæſtiones didaſcalicæ methodi 4, explicatæ 31

Qui accipit quod debet, &c. 47
Qui non habet non operetur, Axioma Chemicum 86

R

Ana lapis 304
Rebilogar Alchimista 66
Reductionis examen 704
Res, non res, quæ est res, sunt quatuor spiritus 313
Res quæ non est res, sal est 312
Resina est lapis 101
Rinocerotis cornua quid sint 211
Rotũditas in aludelis est necessaria 238
Rubrum quid 44
Rubri alexir descriptio 423

S

SAL armoniacum in sole significat aerem 420
Sal armoniacus quid sit 31
Sal nitrum in hordeo est asseruandum 156
Sal alcali quomodo dealbetur 380 *solvatur* 382
Sal alcali albescens præciosius est 89
Sal armoniacum dicitur dens diaboli 309
Sal armoniacus omnium optimus est 369
plurimus in magisterium intrat ibid.
Sal armoniacum non solutum est terra lapidis 107
Sal petræ præparãtium 479
Sal gẽmæ in cinere asseruandum 156
Sal nitri differentiæ septem 135
Salis alcali præparandi modus 134
Salix calx longam decoctionem requirit 194
Salis communis mũdatio 478

478 præparatio
ibidem
Salis urinæ præparatio
480
Salis gẽmæ præparatio
478
Alkali præparatio ibi.
Salis armon. solutio 369
sublimatio 370
Salis nitri conficiendi mo
dus 383
Salis communis usus 137
Salis armoniac. solutio 87
Salis armoniaci intelle-
ctus bonus 3
Salis gemmæ usus 136
Sales Chemistarum VII.
qui sint 96
Sales ut fundantur 654
Salium præparatio Ge-
bri 714 diuersi
tas ibid.
Salium numerus Chemi-
cus 340
Salsedines fratres di-
cuntur in Chemia 327
Sanguis azoch 227
Sanguis pro magisterio à
pueris quindecim an-
norum est colligẽdus
400
Sanguis hominis necessa-
rius est ad magisteriũ
397 tẽperati esse de-
bet ibid. circa æqui-
noctia colligẽdus 398
Sanguis humani humatio
401 destillatio ibid.
Sanguinis humani dele-
ctus ad magisteriũ 154
per Sanguinem operatio
Morieni censetur 63
Sapientiæ matres, artes
288
Saturnus cur sit frigidus
& siccus 56
Saturnus Ioue magis ter-
reæ substantiæ est 640
Saturnus citius à calce
sua redit quàm Iupi-
ter 532
Saturnus totaliter mutus,
Iupiter aũt stridẽs 649
Saturnus & Iupiter du-
pliciter mundatur 673
Saturnus recipit tinctura

aquilarum 433
Saturni & Iouis defectus quis, et ut sarciẽdus 652
Saturni præparatio 490
Saturni definitio 548
natura facilè in Lunã abit 549
Saturni petra . 115
Saturni dealbatio ut fiat 387
Saturni calx rubificatur ut minium 747
Scama argẽti ab ipsius fit solutione 73
Scientiæ decem 288
Scorpio lapis 304
Senes ad faciendum magisteriũ sunt inepti 501
sensus magnus, mediañ, paruus quid sint 275
Sermone quali utendũ in alchimia docenda 523
serum est aqua lactis 14
Sicca in aquam non solu-untur 240
sicali farina quid sit 327
Simia lapis noster 304
Sol solus in mercurio sub mergitur 544
sol fit per ignem 5
solis fermentãdi formulæ 454 præparatio 657
solis p̃paratio iuxta Gebrum 492
solis chemici definit. 546
solis dealbati puluis quid in medicina præstet 387
solis natura & generationis modus 625 (386
solis dealbatio inutilis in Solem et lunam corpora omnia mutari possunt 647
sole in Sagittario existente cur sit frigus 360
solaris medicina tertij ordinis 733
solaris medicinæ tertij ordinis administratio 685
solutio auripigmẽti 245
solutio stãni physica 303
solutio per quæ fieri debeat 600 cur inuenta, & quid sit 599
solutio ab inceratiõe quo modo

modo differat 226
ſolutio metalli 322
mercurij ibid.
ſolutio quid ſit 240
ſolutionis uarij modi 241
ſolutionem corporũ quæ promoucant 242
ſolutiones argenti uariæ 362 (743
ſolutorij furni deſcriptio
ſoſæ herbæ deſcriptio 134
Species in ſpeciem mutatur 518
ſpecierũ tranſmutatio nõ ob mixtionis modũ impoßibilis habetur 517
Spina piſcis ut in uermẽ conuertatur 38
Spiritus fœtens eſt lapis noſter 495
Spiritus fœtẽs eſt duplex 537 eſt principium metallorum ibid.
abſq; ſpiritu nulla corpora ſublimantur 106
ſpiritus per ſe ſublimantur 229
ſpiritus adurentes q ſint, qui uerò minus 556
ſpiritus chemiſtarũ quatuor 96 qui ſint ibid.
ſpiritus non fixi non poſſunt rectè corporibus adhærere 528
ſpiritus ſi figantur terræ euadunt 529
ſpirituũ præparatio 102
ſpirituum mundificationes iuxta Gebrum 718
ſpirituum ſolorum hypotheſis ad artẽ non ſufficit 528
ſpirituum calcinatio ut fiat 598
ſpirituũ uſus quis ſit 106
ſponſalitiũ chemiæ q d 78
Sputum hominis eſt toxicum 505
Squilarupiz alchim. 66
Stannum cur ſtridens ſit in fuſione 279
ſtannum ut ſtridorem deponat 656
ſtãnum inter imperfecta eſt perfectiß. 549 rubedinis tincturam ſuſci

pit 550
ſtannum malleo elongatur 29
ſtannũ metallorũ omniũ pximè accedit ad perfectionem 643
ſtannum nõ ſufficit ad operis perfectionẽ 529
ſtannũ ſulphure nõ fixo abundat 636 duplex argentum uiuum continet 636
ſtanni præparatio Gebri 488
ſtãni electio pro magiſterio 391
ſtanni ab ære ſeparatio 319
ſtãni ſpecies quatuor 119 delectus 120
ſtanni induratio 299 ſublimatio ad ☉ & ad ☽ 300
ſtanni natura & præparatio 279 lauatio 281 calcinatio 282 calx ad ſolem 283 ad Lunam ibid.
ſtanni incerãdi ratio 296
in Stanno ad album operatio Morieni improbatur 65
Stellæ dant metallis perfectionem 512
ſtellarum ſitus quatenus Chemiſtæ ſit obſeruãdus 520
ſtercoris humani temperamentum 152
ſtercoris equini præparatio & uſus 159
ſtridoris inter fundendũ ſtãnũ quæ ſit cauſa 637
ſublimatio in metallo fieri non debet 158
ſublimatio quamobrẽ inuenta 555
ſublimatio eſt deturpatio, ſolutio uerò eſt mũdatio 302
ſublimatio ſine calcib. difficilis eſt non impoßibilis 561
ſublimatio quinq; modis fit 270
ſublimatio auripigmenti 377

377 ſulphuris 379
ſublimatio mercurij trib. modis fit 80
ſublimatio non debet fieri per botũ barbatũ 229
ſublimat. definitio 557
tres gradus ignis obſeruandi 558
ſublimationis abſolutæ ſignum 580
in Sublimatione tria ſpectanda 231 utendũ uitro non metallo 230
ſublimandi mercurij ratio 572
ſublimatorij uaſis lõgitudo cur procurãda 578
ſubtiliationis corporum modus 487
Sudor hominis ualet ad dealbandũ cuprũ 153
Sulphureitas duplex, fixa & aduſtibilis 635
ſulphureitas lunæ nõ eſt fixa 628
ſulphur & mercur. cauſæ ſunt perfectionis metallorum 475
ſulphur perfectionis cuiuſuis corruptiuũ 676
ſulphur nõ calcinatur facilè 541 nec figitur ibſit tinctura omniũ corporum 542
ſulph. rubeũ ad magiſterium eſt aptiſſimum 87
ſulph. quandoq; ℞ lapide noſtro ponitur 142
ſulph. in terrã mutatũ eſt materia metallorũ 538
ſulph. fixum & non fixũ fuſionis & non fuſionis cauſa 634
ſulphur ſolem tingit 626
ſulphur quid ſit 32
ſulph. eſt aer lapidis 107
ſulph. ſolum, non ſufficit ad materiã lapidis 525
ſulph. eſt pinguedo terræ indurata 542
ſulph. cum ☿ mixtũ in unguenti formam 46
ſulphuris ſublimatio 379 ſingularem furnum requirit 739. 749
ſulphuris intellectus ma-

lus 3 uariæ differen tiæ 142
ſulp. adurẽtis examẽ 702
ſulphuris oleum ſeparari ab ipſo nõ poteſt 541
ſulphuris corruptionis cauſæ 619
ſulphuris fixio 611
delectus 394
Summæ perfectionis Ge bri commendatio 474
Syrupus contra ueneno- ſos halitus 97

T

TAliconi ſtanni ſpe cies 119
Tartari præpara- tio 480
Tartuca 304
Tartucæ deſtillatio 410
Tartucarũ p̃paratio 412
Taſraſim teſizin 367
Temporis diuiſio aſtro- nomica ad Chemiã ad hibita 185
Terra quomodo frgida ſicca eſſe cognoſcatur 5
terræ præparatio 406
terræ magiſterij compo- ſitio artificioſa 116
terræ uẽter quatenus æ- ſtate frigidus hyeme ca lidus ſit 16
terræ natura 4
ad Terram deſcendere quid 291
terrarum de omnib. lapi dibus lauatio 417
Tranſgetationẽ mollifica tio præcedere debet 88
Tutia lapis non eſt 304 quid 304 Aegyptia eſt optima, ibid. cum cu- pro mixta facit Allatõ 121 ad magiſterium non ſufficit 527
tutiæ cũ cupro mixtio 40
tutiæ ſublimatio 581
præparatio 484

V

VAporum acutorum examen 699
Vaſa pro colligen- do ſanguine 401
Venus in profundo auri colorem habet 550

Venus

Venus cũ, et ſine eleuatio ne præparari pöt 657
Venus per ♀ & arſeni- cum dealbatur 666
Venus habet ſulph. non fi. xum 632 cur diffici- lius fundatur 633
Venus & ♂ ad rubedinẽ inepti 666
Venus & mercurius ini- mici ut recõciliẽtur 150
Venus facilius alijs metal lis in lunã uertitur 178
Veneris definitio & na- tura 550 opus ut per ficiatur 306 à Ioue ſeparatio 320
Veneris eleuatio cum tu- tia 657
Veneris præparatio Ge- bri 491
Veneri mercurius diffi- culter adhæret 544.638
Veritas mẽdacium & vi- ciſſim eſt Auicennæ 77
Vermes in muſcas abire: ergo ſpecies in ſpeciẽ 518
Violaceum ex ſulphure & Venere 542
Viridis æris præparatio 483
Viride optimum Gebri 752
Vita corporum quomo- do ſit cuſtodienda 266
Vita elixiris ſolis 184 durat M. annis 83
Vitalis lapidis duratio 187
Vitreolum facile in aquã redigitur 384 pro re calida ponitur 441 non ſoluitur 160
Vitrioli quatuor ſpecies earumq; differentiæ 238
Vitrioli Romani præpa- ratio 482.716
Vitrum non eſt materia magiſterij 535
Vitrum calidum natura 16 ex tegulis, &c. ac ſimulibus confici 17

Vitrum Alcharab coquitur cum rebus uiuis 255
uitri præparatio 484
uitri ꝓprietas omnia ad se conuertere 579
uitri natura, diuersitas, usus 154
uitri fusio à corporum fusione differt 654
uitriandorum uasorũ ratio 37
Vnguentum contra aduſtiones operis Chemici 98
Vniones ut rubri fiant 387
Vnec ſtanni ſpecies 119
Vrina deſtillata acceto for tior euadit 87
urina quomodo deſtilletur uarijs modis 367
urinæ ſal 480
urinæ puerorum deſtillatio & uſus 152
Vrſus lapis eſt 304
Vſifur fit per ſublimationem 542

X

Xad inquiſitio 209

Y

Yritium quid 77

Z

Zarnech quid 423
Zucrat
Zubaibar } Alchimiſtæ
Zaib 67

FINIS.

BIBLIOTECA CENTRALE VENEZIA
Fondo antico
1789
61311
S

ATENEO
VENETO
VENEZIA
OTECA
f
a
257